Caudicæ nauiculæ ex uno ligno cauato factæ.dictæ ꝙ quattuor uſq; ad decem hoies capiant.
Caudex:petra.
Caudinum oppidum eſt:unde caudinus.na.num.
Cauea theatrū ſpectaculi locus:pōit' pro aliquo animaliū clauſura: quæ uulgo capia dī q̄ſi cauea
Cauernæ:cauæ partes.
Caucre præteritū caui.declinare. uitare habetq; in ſe negationē:ut caue fiat pro ne fiat.
Cauillatur:mordet: deridet. conuicioſe iocatur. argumentis:tergiuerſat':caute perſcrutat':
Cauillatio:iocus urbanus.
Cauillū idē eſt quod cauillatio:iocus cū cōuicio.
Cauillo diminutiuū a caluo pro caluillo.
Cauis:auis aiacia.
Caula cancellum ante iudicium uel ingreſſus.
Caules cancelli tribunales.ubi ſūt aduocati.
Caulæ munimenta ouiū uel ſepimenta ouiliū.ouile enim græcum eſt.οἶος enim ouis eſt.aulæ græce receptacula ſunt.
Caulis generaliter hærbaꝝ uel olerū medius frutex:qui uulgo thyrſus dicitur quod a terra ſurſū conſcendat:ex quo dicitur quoddam genus olerum ſpecialiter.
Caulis quia thyrſus eius amplius cæteris oleribus coaleſcat.
Caulis dicitur generaliter quicquid in oleribus naſcit' auull.s primis foliis:dictus ꝙ coaleſcat:maſculiuum eſt:nam.y.liqueſcit.
Cauli cauliculi.cauliculi uero ſunt ramuſculi.
Caulona:regio aſſyriæ.
Caulus uel agreſtes uentus corus dicit'.
Caulonus mons uel oppidum calabriæ.
Cauma.tis. καῦμα calor æſtus.græcum eſt.
Cauum profundū cū ambitu.
Cauum dicitur uacuū natura. inde cauatū manu
Cauno:negociator.
Caunus cabellus.
Caupo negociator tabernarius a capiendo nimiū dictus:unde cupa cauponum taberna.
Caupillus lignum cauatum quaſi cymba lembus. carabus breuis.
Caupo caupona:quod ſignificat tam ipſam tabernam q̄ mulierē cauponula facit:ut leo leæna draco dracæna leno lena:ſtrabo ſtraba.
Caurus pro corus uentus eſt.
Cauſa eſt animi impulſus ad aliquid agendum:rō uero gerendoꝝ ordo ex cauſa ueniētium.
Cauſa dicta a caſu:a quo uenit:eſt enī origo & materia negocii:quæ dū præponitur cauſa eſt:dū diſcutit' iudiciū:dū finit' iuſtitia.
Cauſula diminutiuū.
Caſa aut argumento aut probatione conſtat:argumento q̄n nec teſtibus nec tabulis dat probatio onem: ſed ipſa inueſtigatione inuenit ueritatem unde & dictum argumentum .i.argutum inuentum.ꝑbatio aūt teſtibus & fide tabulaꝝ conſtat
Cauſaꝝ genera ſunt quinq;. honeſtū:admirabile: humile:anceps:obſcurū.
Cauſæ genus honeſtū eſt cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet animus auditoris. Admirabile:a quo eſt alienatus animus eoꝝ qui audituri ſūt. Humile:quod negligitur ab auditore. Anceps in quo aut iudicatio eſt dubia: aut cauſa honeſtatis uel turpitudinis particeps: ut benuolentiam pariat & offenſam. Obſcurū in quo aut auditores tardi ſunt:aut difficilioribus ad cognoſcendum negociis cauſa cernitur implicata. cauſarum ſtatus ſūt duo:rationalis & legalis. De rationali oriunt' coniectura:finis:qualitas: tranſlatio. De fine iudicialis & negocialis. De iudiciali abſoluta & aſſūptiua. De aſſumptiua cōceſſio:remotio criminis: relatio criminis compenſatio. De conceſſione purgatio & deprecatio.
Cauſa eſt propter quam unūquodq; fit.cauſarum tria ſunt genera. deliberatiuū: demonſtratiuū: & iudiciale. Cauſa dicit' a chaos:quod fuit principium omnium rerum:inde cauſa dicitur origo uniuſcuiuſq; rei.
Cauſa ſine ratione pōt eſſe. ratio uero non ſine cā

Cauſales & rationales:quaſi quidam ſub una ſpe/
cie ponere uoluerūt:hoc differunt:quia præcedit
cauſa:ratio ſequitur.
Cauſales cōiunctōes ꝓprie ſunt:quæ cauſā antece
dentē cauſatiue ſignificant.i.res uenientes ex cau
ſa antecedente.
Cauſarius:litis amator.
Cauſeius:reus.
Cauſari:calumniari.exigere.in cām ducere.
Cauſidicus.orator.defenſor.patronus.
Cauſis κϖυσις græce interpretaſ incenſio latine
Chaus latine quod græce chaos diciſ : huius chai.
facit confuſio caligo cuius ablatiuo uſus & Oui/
dius ī metomorpho.ſic hereboq; chaoq;.
Cauſos incendioſos.græcum eſt.
Cauterium κϖυτηριον dictū quaſi cauturium:
quod urat & prouida ſit in eum ſeueraq; cautio:
ut dum uideſ cuius ſit auaritia refrænes.
Quod interdum pro ſigno:interdū ꝓ cura adhi
betur:ut uis morbi ignis ardore ſiccetur:inde cau
terio as.i.inuro dāno.
Cautio a cauēdo dcā breue uel charta recordatiōis
Cautes ſaxa aſperata ui maris.dictæ a cauēdo a na
uigantibus ſcilicet quaſi caute.
Cautus a cauere.ſollicitus præcauens.
Cæa inſula in oceano omniū frugū fertiliſſima.
Ceberes quē uirgilius nimis diligens cum alexan/
dro alexin uocauit.
Chebron ciuitas iudææ:ipſa eſt arbe a numero ita
uocata:ꝙ ibi tres patriarchæ ſepulti ſunt & quar/
tus adam.Ipa eſt mambre ab uno amico abrahæ
ſic dicta.
Chebron ciuitas interpretaſ coniunctio uel coniu
gium κλειθ-ῶ clieſtho.i.clauſus ſit.
Cecidit preteritū de cado uerbo:ſuccubuit periit
ad terram eliſus eſt.
Cecini preteritum de cano.prædixi.cantaui.
Cecrops regnauit in attica. hic urbē athenas in hel
lape condidit ex ſuo nomine cecropiam uocauit
hanc etiam minerua diciſ conſtruxiſſe.
Cecropii ul'cecropidæ athenienſes græci a cecrope
Cecumini.i.mali feruores. Nam cacos malum.
κϖυμα græce æſtus.
Ceculum uinum campaniæ uel uetus dictū ꝙ cæ/
cet & confundat ingenium.
Cæcula ſerpēs dicta:ꝙ parua ſit nec habet oculos
Cæcus dictus: qđ careat uiſu: qui utroq; oculo nō
uidet inde cæco as.i.cæcum facio actiuū eſt.
Cæcum inteſtinum dictum:ꝙ ſit ſine foramine.
Cecutientes:lyppientes.parum uidentes
Cedar filius hiſmael fuit:interpretaſ tenebræ uel
mœror.Hieronymus tamē ſic ſcribit cedar inter
ꝓtatur cum mundus totus ī maligno poſitus ſit.
Cedar regio ſaracenorū trās Arabiam ſita q̄ mari
ægyptio contigua eſt.
Cædes occiſio a cædendo p æ ſcribenda.
Cædo dis.cæcidi cæſum.i.incido ferio uerbero.
Cedo dis ceſſi ceſſum.locum do dimitto p e ſcri/
bitur cedo ꝓ dic nihil āplius habet p e ſolum.
Cedrus arbor alta:cuius lignū iocundi odoris eſt
& diu durans:nec a tinea unq̄ exterminaſ.huius
ligni reſina cedria diciſ:qua libri illiti nec t neas
patiunſ:nec conſeneſcunt
Cedrinus de cedro.
Cedrus magni odoris & imputribilis uirtutes & ſi/
gna exhibentes ſignificat:qui dicere poſſūt:chri
ſti bonus odor ſummus deo.
Cedrus ſuo odore ſerpentes fugat.
Cedri ſignificāt excelſioris potētiæ uiros & ī malo
Cedrus in creta africa atq; in ſyria naſciſ.
Cædula charta.
Cephalenia:inſula maris magni.
Cephi monſtra quædam ethiopiæ.
Cepheſus fluuius.
Chein χειν iudicatores uel fundere græce.
Cella dicta:ꝙ nos uel aliquid occulte.celet.i.apo/
theca:inde deriuaſ cellariū.
Cellariū diciſ:quod in eo colligāſ miniſteria mē
ſaꝝ:& quæ neceſſario uictui ſuperſunt.
Celare:occultare:denegare uel ſculpere:deſignan
do incidere.
Cælatum inſculptum a cælio:quod eſt ferramēti
genus:quod uulgo cælionem uocant.
Cælare ꝓ ſculpere p æ ꝓ abſcondere per e tm̄.
Celeber:frequēs.feſtiuus.uenerabilis.præclarus. a
cælo:inde celebritas:ꝙ nō ibi terrena:ſed cæleſtia
tm̄ agantur.
Celebrare etiā īde dr̄.i.cælo dignum facere.& ce
lebrabile.i.dignum celebrari.
Celeber & celebris dr̄ brior rimus.
Cælebs cælo aptus.coniugii exps uel cælo beatus
hic & hæc cælebs bis.quaſi cæleſtium uitam du/
cens:inde cælibalis.
Chelæ brachia ſcorpii:quæ faciunt libram.
Celena:locus campaniæ.
Celeptra myrteum genus frugis.
Cele græce genus uaſis uimineū.uel tulis ſupellex
Celeno una harpyiaꝝ raptrix fuit.
Celer uelox.
Celeritas animoꝝ & factoꝝ uelocitas:uelocitas au
tem pedum a cillere.
Celer uel celeris & hoc celere & ſecundū utrunq;
comparaſ celeriſſimus ꝓ cellerrimus.
Cellere:affligere uel macerare ſuperſtare:inde cō
ponitur excello ꝓcello.i.ualde macerare.
Celes cithara:qua canitur.
Celes oues aues.
Celes celicole.
Celeuma clamor nautarum.ſiue carmen ſup mor
tuos.uel ſuper lacum.
Celeus rex eleuſinæ ciuitatis pater triptolemi q ru
ſtici opis inſtrumēta mōſtraſſe dr̄ doctus a cerere
Cælia inſula eſt Aug.
Cæli ſignificant animas ſanctas quādoq;: aliquan/
do libros utriuſq; teſtamenti.
Celia potio eſt a calefaciēdo dicta ex ſucco triti/
ci per artem confecta. ſuſcitatur enim ignea illa
uis germinis madefactæ frugis: ac deinde ſicca/
tur:&poſt in farinam redacta molli ſucco admi
ſcetur quo fermentata ſapor auſteritatis & calor

ebrietatis adiicitur.
Chely græce brachium dicit, inde chelys lyra dicitur. utrunq; tamen græcū est.
Celiarchos immortalitas.
Cælibatus uirginitas castitas dictū p cælo dignus sit quis.
Chelydrus serpēsq fumare uiā facit. dictus p terra & aqua moret: quasi chersidros: χερσοσ enī terra. hydor aqua dicit græce. sēper directus ambulat: nā si torserit se: dum currit. statim crepat.
Cælicola dictus p cælum colat: est enī angelicus.
Cælicola commune est.
Cælicolæ larū pluraliter: facit tamē p concisionē cælicolū qd' maxīe fit in patronymicis & cōpositis ut graiugenū caprigenū omnigenū trinū dinū amplorum æneadum dardanium ausonidum.
Cæli significant euāgelistas uel sanctos a terra eleuatos ferentes dominum.
Chelidon χελιδων hirundo.
Calidonia hirundinina hærba est: cuius sucus oculis mederi dicit: Nā ulcera in oculis & aspitudines siue albugies extenuat hirūdinina: dicta siue q aduētu hirundinū uidet erūpere: siue q pullis hirundinum si oculi auferunt: mater eoꝝ hac eis hærba medet: qd' sic experiri potes: si pulli eius de acu oculū pūgas: uidebis enī ilico matrē ipsi⁹ florē huius hærbæ oculis apponere pro luminis reparatione.
Chelidonia hærba ortulana odorifera.
Chelidonia gēma ex hirundinū colore uocata.
Chelidoniacus gladius: dictus q sit ī modum caudæ hirundinis.
Chelysiustitiæ iudicium.
Cælitus de cælo. aduerbium.
Cælius tuscoꝝ lingua september mensis.
Cæliū ferramēti genus: uñ cælare id est sculpe dr.
Cælius monsin urbe roma.
Cælius excelsus.
Celonis genis nauis: quā græci celecram dicunt id est uelocem.
Celox species nauis. fœmininū est.
Celonitis gemma oculus indice testudinis uarius & purpureus.
Celonium stagnum siciliæ retro abiicit ꝓximtāes odore.
Celtiberi populi sūt: qui deuouētes se suo regi nō post eum uiuere uolunt.
Celtiberi dicti a gallis. qui prius celtici dicebant: & ab ibero hispaniæ fluuio: ubi consederūt: quorum ex nomine uocata est celtiberia regio.
Cælum dictū: q tanq̄ cælatū uas impressa lumina habeat. Alias aūt a celando superiora cælum græce uranos dicit.
Cæleſtis & cælitus denominatiua a cælo & cælitus aduerbium.
Celsus a cælo dictus: q sit sublimis.
Cemata pecuniæ.
Cema pondus retinet trium scrupulorum.
Cæmentū a cædēdo dictū: q crasso lapide surgat minoꝝ lapidū cōgregratio uel cæsuræ lapidum uel mendaciū cogitationū. uel molliores petræ.
Cæmentarius: qui uictum manibus quærit: qui cæmentum operatur.
Cæmentaria: ecclesia.
Cemerias syluas obscuras.
Cemme preces cōnubii.
Cæna dicit a cōione uescentium.
Cœnon κοινον græce cōe dicunt: quia antiquitus semel in die. i. sero communiter comedebant.
Cæna απο τοῦ κενον græce noua.
Cænaculū superior pars domus: dictū a communiōe uescētiū: uñ & cænobiū cōgregatio multoꝝ.
Cenchrias: generosus.
Cenctis serpens semper rectum iter faciens.
Cenes interpretat inspectio.
Ceneto: æstimo. iudico.
Cænix χοινιξ nomen mēsuræ κοινοσ quotiēs sextarius quater assumit. græcum est.
Cænon κοινοσ græce: latine significat nouū uel commune uel mixtum.
Cæno ouū neutrum.
Cæno as aui. tus sum.
Cænobiū monasteriū plurimoꝝ: dictum q cōiter uiuant. Cænon enim græce commune dicit.
Cœnobitæ genus monachoꝝ: quos cōiter uiuentes possumus appellare.
Cœnū: sordidū lutum. uorago. ꝓfundum. inde cœnosus
Cœnolentus: renouatus.
Cenos κενοσ inanis & uacuus: inde cenodoxia iactantia seu uana gloria.
Cenodoxus. inanis: glorie cupidus.
Chenophali genus monstri: dicti qa canina capita habeant.
Cenosura minor ursa dicit arctor carrum.
Cœnosus: lutulentus. a cœno.
Cenothaphia simulacra: quæ græci uocant morphonica.
Cenothaphium inane sepulchrum.
Censere: iudicare. sententiam ꝓferre.
Censores patrimonioꝝ & morum iudices.
Censores apud ueteres romanos erant: erat enī dignitas iudicialis.
Censorinus quasi censura dignus.
Censorius q censū quærit uel ex censura pulcher.
Censi dñr: quoꝝ pīmonia publice annotata sūt.
Censuales officiales: q censū p ꝓuincias exigunt.
Census pecunia opes facultas.
Censū apud romanos Tullius seruilius ordinauit
Censura iudicium cum seueritate uindicta.
Censura honor quidam a censendo. i. iudicando.
Centaurea a chiroue centauro reperta genus hærbæ. eadem lignifios & fel terræ uocat.
Cētauri dicti απο του κεντειν ταυρα q primi equis sedentes dum e flumine potarent hoc nomen habuerunt. dicitur etiam confictum ad exprimendam humanæ uitæ uelocitatem quia equus uelox sit.
Centauris species uocabulum indidit id est homo equo mixtus. dicitur enim monstrum fuisse: hi

alii peletronii: alii laphitæ dicuntur.
Centauri a latinis breuitate dicti: nã hippocẽtauri dicere debemus ἱππος equus κεντειν pũgere αὖρα: rota chalcaris, quia cũ supius essent homines: inferius erant equi.
Centaurus etiam species nauis cuiusdam dicitur.
Cẽtũ significat perfectũ numerũ: unde dominus q reliq̃rit domũ uel filiũ &cætera centuplũ accipiet uel quia tetragonus est .x. decies .x. Centum dicit latine grece ἑκατον quod ẽ triculus. Centũ zona ellicia ueneris q̃ legitimas nuptias ligat
Centões apud grammaticos dici solent: qui carminibus Homeri seu Virgilii ad ꝓpria more centenario: ex multis hic inde cõpositis in unũ farciũt corpus ad facultatem uniuscuiusq; materiæ.
Cento filtrum collectio illius: qui uilliſſima uectigalia colligit in foro.
Centesimas dicunt lucrũ in parte usuram.
Centiceps centicipitis.
Centimanus a manus cõpositũ eius seruauit declinationẽ huius centimanus. Notaꝫ igitur nullum aliud ꝓpriũ uel adiectiuum uel mobile quartæ declinationis esse.
Cẽtꝫ κεντρον stimulus græce, i. radius ferreus:
Centrum græci dicunt in cuius medio cuncta uerguntur id est punctum.
Centrum medium cæli uel circuli cuiuslibet rei aut cumulus absidos.
Cantipeda genus animalium a multitudine pedum dicta.
Centuria mensura terræ uel uineæ habens per singulas partes .xx. pedes.
Centuria ager .cc. iugerũ., qui apud antiquos centum iugeribus existebat post duplicata nomẽ retinuit.
Centurias dicimus partes exercitus in cẽtenos milites diuisas unde & q his præsũt centuriones dicunt: ergo succẽturiati sũt nõ qui ī prima sed in secunda centuria sunt quasi sub prima centuria.
Centurio qui centũ militibus præest: qui præest cohortibus militũ uel manipularius.
Centurus centaurus.
Centussis componitur ex centum & assibus masculinum est.
Cenum: acutum.
Cephalea colla uarie distincta.
Cephas hebraice: petrus græce: latine agnoscens syriace caput: q̃i capite sit constitutus apostolꝰ
Cephalalgea κεφαλαλγεα capitis passio.
Cephalen κεφαλην eni græce dicunt caput.
Cephalagria inde, i. humor capitis: & cephalia id est uena capitalis.
Cæpa dicta q̃ nõ aliud sit q̃ caput: inde cæpariũ & cæpula quasi diminutiuũ. cæpe huius cæpe ī plurali hæc cæpæ harũ cæparũ: antiqtus ẽt hæc cæpa pæinuenit ī singulari & cæpicius & cæpiciũ
Cephus signũ æthiopũ rex pater andromadæ ꝓpter ipsam inter sydera locatus dicit.
Cœpio quod nõ est in usu facit cœpi pimus. supinum cœptũ. Cœpi pro incipiẽdo pœ scribitur.
similiter ceptus pro capiendo per e solam. Inceptus per e solam.
Cepostua latine dicit ortus sancti ioãnis.
Cæra materies fuit litteraꝝ illaꝝ: quæ paruulorꝝ nutrices fuerunt.
Ceraunus figulus græce: nam latine cæra a græco κηρος ceros: quod est idem.
Ceraſa poma dicta a ceraſo urbe ponti: quam lucullus deleuit: unde & hoc genus pomi in italiã deuexit: & a ceraſe ciuitate ceraſum appellauit.
Ceraſus κερασος arbor ipsa fœmininũ: ceraſũ fructus eius neutrũ. ceraſus hærba.
Ceras τοκερως cornu græce.
Cerata τακερατα cornua græce.
Ceraſtes serpẽs dictus: q̃ in capite cornua habeat
primæ declinationis.
Ceras, adis corripit penultimam. neutrum est ꝓprium loci.
Cerates mẽſura duoꝝ calculoꝝ uel unius filiq̃ & dimidiæ & sic scribit quẽ sembolũ dicunt.
Ceraunia urbs græciæ.
Ceraunia mõs maximus sub quo immenſæ sunt petræ.
Ceraunia montes epiri uel loca: quibus ioniũ mare ab hadriatico separat: ubi fulmina cadunt: a crebris dicti fulminibus: græce enī κεραυνος dicitur fulmen.
Cerauneus lapis flãmeus a calore dictus inuenit ubi fulmina cadunt.
Ceraunus nota: quæ in libris apponit: quotiẽs multi uerſus iprobant: nec p ſingulos obelat.
Cerauniæ uuæ: dictæ q̃ rubeant.
Cerberus inferoꝝ canis: tria capita habere dicitur pp tres ætates: infantiã: iuuentutem: ſenectutẽ: dictus quaſi κρεοβορος id est carnẽ uorans.
Cercophytecus ſimia est caudata, i. mainon.
Certior comparatiuus a certus.
Cerdoniaci hæretici dicti a cerdone: hi abnegant xp̃m natũ paſtũq; ſed ſimulaſſe paſſionem.
Cerdones ſutores, cerdo donis.
Chære græce: latine aue dicitur.
Cere proprium ciuitatis: quæ Agellina dicit.
Cereale papauer dictũ: quia longũ. hæc cibo ieiunium quaſi cerere continet.
Cerealia arma inſtrumenta piſtoria.
Cerealius piſtor a cerere, i. frumẽto, quod aptat.
Cerebrum medulla capitis: diminutiuum eius cerebellũ.
Cerebroſus in cerebro patiens.
Cerefolium genus hærbæ
Cerenum interpretatur hæres.
Ceres, i. terra quaſi creares a creandis frugibus dicta aſſerũt appellãtes eã nominibus plurimis, dicũt enī eã opẽ q̃ ope terra melior fiat: dicũt ꝓſerpinã frugẽ ueſtã q̃ uariis ueſtita ſit rebus. Eandẽ ignẽ dicũt quia eundẽ habet uelut ex ethere, & ideo uirginẽ putãt, quia ignis iuiolabile ſit elemẽtũ nihilq; ex eo naſci poſſit quia cũcta conſumit
Ceres dea a paganis dicit q̃ uſum frugibus inueniſſe dicitur: ideoq; accipitur ꝓ frumento.

Cæreus a cæra dictus: ex qua fit: quasi canella est.
Cerite penultima breuiat, neutrū.
Ceritis, ppriū est loci: sed ceres ceretis penultima producta patrium.
Cerethei & pheretei pugnatores doctissimi.
Chæret gaudet græce.
Cerimoniæ apud latinos dñr sacra oīa quæ apud græcos orgya dñr. dicta qnasi carimonia eo q; his quæ ī sacris offerunt: in quotidiano carēt hoies.
Cerimoniū & cerimoniæ pluraliter dictæ: qđ nos uitiis carere faciant.
Cerinta uilis herbæ genus.
Cerritus īsanus amens ira cereris pcussus.
Chermel hebraice dicit: qui & carmelus. Require ubi de carmelo superius diximus.
Cernere: aspicere: cōsiderare longe.
Cerno creui: quod est a cresco apud antiquos.
Cernida cribellus pollinis.
Cernida cribellum ad pollinem.
Cernui: socci sunt sine sola.
Cernuus accliuis: humilis pronus. in capite ruens.
Chæro gaudeo græce.
Cæroferarius a ferendo cæreum dictus acolythus græce.
Cerognothi κ̄ρογ̀νοθ̄ι: tempus nosce:
Ceroma unguentū athletarū: inde ceromaticus ex eo perunctus.
Cerostata candelabra uasa ecclesiæ a cornibus dicta græce.
Cerota: firma: reparata.
Cherśydros masculinū genus serpētis.
Certa: clara: manifesta.
Certitudo: propalatio.
Certare: pugnare: quasi certū se dicēs habere.
Certamē pugna agonalis.
Certatim studiose uel cū certamine.
Certamina lusus a frequentia eorū quos græci agonas dicunt.
Ceros κ̄ρος̄ græce masculinū est.
Cæra latine cherubin plenitudo scīæ dei interpretat uel sancta mens in excelsis dei.
Cherub in singulari generis masculini: in plurali cherubin & est generis neutri.
Cheruci lineæ in malo nauis.
Cheruces funes nauiū.
Cerusia genus potionis a cerere.
Cerui dicti ἀπ̄ο τ̄ων κ̄ρατον apo toncraton: idest cornibus.
Ceruus æger ramusculos oleæ dū mādit: sanatur: ceruus fugiens spineta penetrat illæsus oculis caligātibus serpentē deuorat & in eo æstu & uenenī ardore ad fontē uadit mersusq; in eo caliginē: & quæq; supflua exuit. Ad hæc cū amoris incendio detinet priore subsequētis caput renes suos sustē tāte natādo uel p deuia siluarū ad externas regiones deuenit. Fideles cerui significant.
Ceruus significat sanctū & xp̄m.
Cerui furcæ sustētacula.
Ceruix dr: qđ per eā cerebrū ad medullam spinæ derigatur: quasi cerebri uia.
Ceruix in singulari collum: in plurali superbiā significat.
Ceruical dr: q; sub ceruice ponat a ceruicis græco.
Ceruicatus supbus.
Ceruigium nauigium.
Cherulas colles uel ualles.
Ceruli dicunt quidā pisces in ægypto.
Cerula nigra uel alta maria a cæræ colore. Nam cerula est uiride cū nigro.
Cerulus dicit ipse color.
Ceruleus uero qđ ex cerulo cōstat.
Ceruleus niger cū colore uiridi marinus color est fuscus. cerulus naturæ: ceruleus fingitur.
Ceruleus bestia marina.
Ceruśa quædā materies apta ad pingendū quæ ex plūbo stānoq; conficit hoc modo. In uase enī aceto acerrimo īposito sarmenta aminea collocabis: sup sarmēta tabulas plūbi uel stagni tenuissimas pones: deinde uas diligētissime claude illiniq; ne quid spiraminis exeat. post aūt dies .xxx. uas aperi & ex distillatione tabularū ināta ceruśa iuenies quā electā inde & arefactā teres: & itez aceto admixto in pastillos diuides.
Cæsa incisa occisa a cædo ris destructa.
Cesa sic ahpellant hastas galli.
Cæsa ē græcū pluraliter & cōmata articulū ideō paruā distinctionē significant.
Cessabundus: īstabilis: uacillans.
Cæsarauguśta terra conensis hispaniæ oppidū.
Cæsarea una palæstīa: altera philippi: quā ipe philippus frater herodis in honore Cæsaris condidit: & ex utriusq; noīe uocauit: quæ & paneas dr. Tertia etiā cappadociæ: quarta mauritaniæ oppidum quā luba rex maurorū condidit.
Cæsariati: comati.
Cæsaries coma a cædendo dicta: uirorū est tm̄.
Cæsar iterpretat possessio principalis.
Cæsarū nomē a Iulio cœpit: qui bello ciuili amoto primus romanū singulariter obtinuit principatū dictus autē a cæso matris utero: quo eductus est: uel q; cæsarie natus sit: a quo sequētes romanorū imperatores dicti sunt: quia comati essēt. Quicū q; n. exacto utero nascebant: cæsones uel cæsares dicebantur.
Cæsonia uxor cæsaris.
Chesionomaton: multitudo nominū coniunctorū: diuerso sono una re significātium ut in esaia. Vegenti peccatrici. populo graui iniquitate: semini nequam.
Cestidium: creditum.
Cæsim per cædes. quō uicissim per uices.
Cæsius lentiginosus quasi cæsus facie.
Cæsia lenticulosa.
Cespes: terra graminea.
Cespito as aui: cadere: offēdere.
Cestos κ̄εστ̄ος zona ueneris. Cestō betonica uel lacturia dicitur a quibusdā.
Cæstus coriū quoddā: quo inuicē pugnantes se cædūt: uñ dñr cæsti brachialia pancrationum.
Cæstus lora: quibus mala plūbea ligabātur: unde

pugiles ludebant.
Cæstus:picturaq; arma.
Cæsus pcussus incisus maculatus a cædo cecidi.
Cæsuræ fiunt in uersu:in quibus cedit̃.i.diuidit̃: ut poolla & cõmata.
Cetarii piscatores dr̃ abusiue.uel qui salsamenta pisciũ.i.liquamẽ uendũt:tractũ a cete.
Cetaria uiuaria:in quibus cetæ & alii pisces sũt uel officina in qua liquamẽ ex piscibus conficitur.
Cete marinæ belluæ græce dicta ob imanitatẽ corporis scilicet:plurali n̄tõ hæ cete sicut tempe gtõ hoc cete:latine uero cetus dr̃.
Cete ingẽtia in pfundo atlãtici tm̃ ifinite magnitudinis:quæ si qñ supnatãt fluctibus isulas aduare putes & mõtes altissimos ad cælũ uerticibus emi nere:qbus uisis nautæ terrent̃.
Cæteri reliqui ex eodẽ numero:
Cæteq;.nam:sed.
Ceteus interpretat̃ abscissus.Aug.
Cethei quidã sapientes uerboq; inuentores.
Cethim filius niuã:a quo cethei,i.cyprii.
Ceticutii cyprii apud quos & urbs citiũ uocatur.
Cetra scutũ quod dã loreũ.
Cetus ille fuit:qui andromadã uolens interficere a Perseo ĩterfectus est.
Cetus genus belluæ marinæ græce cete dr̃.Cœtus uero,i,multitudo per œ scribit̃.
Cetura interpretat̃ thymiama.
Ceu:sicut quasi.
Ceueo es:turpiter agere.
Ceuens:crisans:clunẽ agitans.
Ch.ph.th.prius scribebant græci.post singulas eas fecerunt.χ.φ.θ.
Cyacea nouember mensis.
Ciemus prouocemus cõcinnamus:
Cyanea gemma scythiæ.
Cyane dea sicula.Cianeæ locus ĩ mari:ubi saxa uagari dicunt̃:quæ simplegades dicunt̃.
Cyarios gens immysia.
Cyaticus rex optimi imperii.
Cyathus unciã retinet & tres scrupulos pondus,x. drachmas appendit:a qbusdã dr̃ casatus.
Cyathi calicesq; maiores & angustiores fialis.
Cybanaris:quasi tunica ferrea.
Cibaria;commeatus alimẽta.
Cibare:cibũ dare.
Cibatius panis qui seruis dat̃ nõ delicatus:
Cybelus mons phrigiæ troiæ.
Cybele ipa est terra dicta græce a cibo.i.solido uel ἀπὸτοῦ κυνᾶιειν:idest oratione capitis:quæ ĩ eius sacris fiebat.
Cibele dicta a cibelo primo sacerdote uel a cibelo oppido.
Cibus dicitur quia capitur bucca:unde cibo bas:cibarius a um.
Cybus græcũ est.Est aũt in geometria figura:quæ longitudine latitudine & altitudine continetur: fitq; corpus solidũ.hoc etiã dr̃ tessera bis bini bis latine cubus.
Cibotus κιβωτὸς græce nos arcã dicimus.
Cicadæ ex ciculoq; nascuntur sputo quæ æstate rũpuntur.
Cicatrix obductio uulneris liuor dicta q; obcecet uulnus.
Cicẽdela scarabeoq; species dicta q; uolãs cãdet,i. lucet:uñ dr̃ cicendele quia similiter luceat ut cicendelia quæ uitreas lampadas uocamus.
Cicer græcũ est genus leguminis.
Cicinus olor.i.cignus.
Cyclades insulæ sunt in ægæo mari dictæ q; in ciclo,i.in orbe sunt positæ:sunt autẽ.liii. quoq; metropolis est rhodie.
Cyclades dictæ quod licet spatiis longioribus a delo i orbẽ tñ circa delon sũt positæ.Nã orbẽ ciclũ græci dicunt quidã aũt ppter scopulos: qui circa easdẽ sunt:circũdant̃ aũt a pelago mirtoo tenentes a septẽtrione:ubi est tenedos in meridiẽ:ubi ẽ mare carpathiæ Milia.d.ab oriẽte ubi est prima rhodus in occasũ ubi est cithera.M.cc.
Cyclas dis genus uestis a rotũditate dicta sursum stricta deorsũ ampla.
Cyclopes:qui unũ in frõte hñt oculũ.hi & agiopagitæ dicunt̃ quos india gignit.
Cyclopea saxa:in quibus ciclopes habitauerunt in sicilia.
Cyclops pis penultimã pducit Vergi.
Cyclus græce orbis dicit̃ uel gicus κυκλὸς græce circulus latine.
Cyclus ideo dr̃:quod in orbe digestus est:& quasi in circulo dispositũ ordinẽ cõplectat̃ annoq; sine uarietate & arte uñ factũ ẽ ut quæq; materia simplici informitate facta ciclica uocaret̃.
Cyclicæ dñr artes a græcis:qa origo earũ sicut circuli lateat:& qa idissolubilis sũt materiæ ut licet desint qui eas capiant:ipsæ tñ nõ pereunt.
Cygnus quidã iuuenis:q dr̃ mutatus in olorẽ auẽ: quo noie ipse olor noiat̃.
Ciconiæ aues dictæ a sono:quo crepitãt quasi cicaniæ:quẽ rostro faciunt.
Ciconia pelargos πελαργὸς dr̃.Antipelargosis uero græce latinæ retributio bonoq; iterpretatur uirtus itaq; retributionis in his attẽdat̃ auibus pietatisq; clemẽtia quæ depositos pris artus per longæuũ senectutis plumaq; tegmine alarũq;:nudatos ñmigio circũstãtes soboles,ppriis pẽnis fouẽt ac collato cibo pascũt.hæ etiam quasi tessera militare dñr:& circa orientẽ a cornicibus dirigi.
Ciconia ab hispanis lignũ longũ uocat̃ quo ĩ hortis hauriũt aqs.Idẽ hortulani telonẽ uocãt.
Ciculi sũt aues a uoce,ppria noiatæ,hi ueniẽdi tps hñt miluoq; scapulis susceptis,ppter breues & paruos uolatus:ne p lõga aeris spacia fatigati deficiant ipsi cuculi uel tuci dñr.
Cicũ granũ mali punici aut umbilicus lupini.
Cicur placidus mãsuetus prudẽs.pluraliter cicurs
Cicuris:domesticus sus.
Cicurare:mãsuete facere.
Cicunia:fulica.
Cicuta genus herbæ dictæ q; in thyrso geniculato nodos habeat cæcos,idest occultos,ut canna:inde

cicutius herbis uenenatus.
Cicutiens lippiens.
Ciddaris:mitratiara:pileus sacerdotalis.cuphia.
Cidnus fluuius ciliciæ ex tauro monte means.
Cydonia mala ab oppido:qd'est in creta dicta: ex quo pomo cidonicū cōficit:fit quoq; ex eo uinū: quo desideria languentiū fallunt,nā uinum repræsentat.
Cydon:numerus annorū.
Cydones:puerorū amatores dicunt.
Cieo es & cio cis ciui citū eiusdē significatōis.Sed a cio cis quartæ declinationis ,producit penultimam citū.a cieo uero breuiatur.
Cieo es inde cibus cibo as citus citor & cito aduerbiū componit concitus:unde concito dr.cito .as: ide cōponit sollicito tas,sollicitus exercito as,incitos as.incitamentū:suscito cōcito recito : & quæ ab his fiunt.a cieo es fit concio excio & accerso is. accio:& quæ ab his fiunt.ciuis etiā ciuicus ciuilis ciuitas cōponitur conciuis.
Cygneus:candidus.
Cygnus mensura retinēs.viii.scropulos:
Cygnus auis genus quæ & olor dr.q; totus sit albus plumis a canendo dictus:eo q; carmina modulatis uocibus fundat.
Cygnus poeta quidā fuit.
Chiliarchos χιλιαρχος tribunus qui mille uiros habet.
Cyllaris:equus pollucis.
Cyllenus mons archadiæ:ide cillenius mercurius: a loco dictus:
Cillere mouere.
Cilix:pirata de cicilia.
Cilices quidā populi quos uicit Pompeius. piratæ erāt a tharsis filio iuuam orti fūt dicti a cilicia regione:ubi posuit eos Pompeius.
Chilia:χιλια græce mille dicunt.
Chiliaste græce milliarii heretici sunt q dnt mille annos epulaturos scōs cū xpō corporaliter.
Cilia dicta q; celent.i.tegant oculos uel a cillēdo: idest mouendo.
Cœliaci qui passionē uentris patiunt græce enim χοιλια uenter dr:inde cœlialisis.i.assidua uentris solutio.
Cilicia asiæ minoris,puincia iuxta tauū montē a cilice quodā nomē traxit:quē ioue dnr fuisse.plurima iacet cāpis recipiēs ab occasu lyciā: a meridie mare scythicū:a tergot auri iuga.
Cilices pro piratis & piratæ pro cilicibus ponunt.
Cilicus ca cum:de cilicia.
Cilicium dictum quasi capraū pilicium:uestimētum est.
Cylindrus in geometra figura quadrata hns supius semicirculū in solido.
Cylindrus lapis uolubilis in modum colūnæ:quo area coæquatur.
Ciliū:uñ argētarii uel sculptores opant:a quo celata uasa dicimus qui uulgo cilio dr.
Cillones hoies angusti capitis & longi.
Chiliones uero aspiratione breuioribus labiis homines uocant.
Cylus cithara.
Cyma:caros:malus.
Cymarsus græce princeps uillæ.
Cima capita oleū græce:uel quasi coma.
Cymbala'acitabula:quæ percussa inuicē se tangūt faciuntq; sonū p.y.
Cymba:nauicula.
Cymeri :quo corrupto uocabulo cimbios appellamus.
Cymbia quæ & urceola poculoū genera uasa dicta ad similitudinē cymbæ.
Cym nomē uici indeclinabile neutrum.
Cymæa græce quæ & cumana latine cognomento Amalthea una de decē sybillis:quæ.ix .libros attulit Tarqnio:quibus erāt decreta romana.
Cymea ciuitas campaniæ:quæ & cumæ pluraliter latine dicitur.
Cymedia gemma:quæ inuenitur in cerebro piscis eiusdem nominis.
Cimeras uas frumentarium.
Chimæra nomē nauis:nunc alias monstrū.i.belua ore leo postremo draco medio capella capite uomēs ignē q̄ bellorofontes īterfecit:tiphonis & hectriæ filia fuit.
Chimæra mons ciliciæ q locis quibusdā ut fertur: leones & capras nutriens;quibusdā ardēs:qbusdā plenus era: serpētibus.hūc bellorofōtes habitabilem fecit:uñ chimærā dr occidisse.
Cymæria una ex sybillis quæ italiæ fuit:
Chimerinoro picos quintus circulus cæli:qui a latinis hyemalis dr:quia cū huc sol uenerit hyemē facit.
Cimex uermis de similitudine cuiusdā herbæ dictus:cuius fetorem habet.
Cimæ κεῖ μαι græce iaceo . kimenos κεῖ μενος iacēs positus.kimisis κεῖ μεσις dormitio inde kimiterion.i.pausatoriū uel dormitorium.
Cimiteriū ubi iacent & dormiunt mortui.unde dicitur græce cimiteriū quasi cimisterio : uel quasi mortuæ carnis tritio aut tuitio.
Cimiliarcha.i.thesauri custos.
Cimi herba:,ppter similitudinē cimicis dicta.
Cymia uasa modica:
Cymici heretici dicti ab immundicia.cōtra humanā enim uerecundiam in propatulo cum uxoribus coibant ut canes.
Cyminum itali dicunt:galli uero cuminū uirtutē habet calidā.
Cyminum græce cuminum latine.
Cyminus mons & lacus est.
Cymothoe una nympharum.
Cinabriū puluis rubri coloris . quidam hoc dicūt esse minimum.
Cinnamomū dictum q; in modū cannaū sint rotūdæ uirgæ eius tenuissimæ,hoc aroma cum frāgitur in modum nebulæ seu puluer is uisibile spiramen mittit.
Cinnamomum breuis arbuscula est:sed mire uirtutis & odoris:cuius fructus stacte dicitur : qcqd

abeō tangitur illæſum ab omni putredine & uermibus ſeruatur.
Cinnama unguenta.
Cinnamo neutrum pro unguento.
Cinari ut quidam putāt acitabula:quæ percuſſa in modulos concitantur.
Cynabat ſyrorum lingua Iulius menſis.
Cincinni capilli dependentes.
Cincinnoſus: cui capilli criſpi dependent.
Cinctura lata zona:minus lata ſemicinctū:minima cingulus.
Cinctus pro cinctus paratus.
Cinædi dicūt molles & euirati miſtri matris deū
Cinei orti ſunt a iethro genero moyſi.
Cinæus nomen gentis.
Cineres oſſa reliquiæ animæ.
Cinereus doſinus uel doſninus equus.
Cynereth mare galilææ uocatur.
Cinericæ oues cineris colorem habentes.
Cinga fluiuus.
Cingere:circumire:circundare.
Cigulū quo ſerui publici cigebāt obliq purpura
Cingulum hominis generis neutri.Nam animalium genere fœminino dicimus hæc cingula cingulæ ut equi & aſini.
Cynici quidam philoſophi parciſſimæ uitæ.nam cynos canis dicitur qui parciſſimū eſt animal.
Cinis ex incēdio dr:ex eo.n.fit hic cinis ul cier riſ
Cynips pis proprium.
Cinyphei hirci maiores a flamine africæ:quod & cinyps dr:ubi plurimi ſun.
Cynocephali homines:qui canina capita habēt; ſimiles ſimiis uel genus ſimiarum.
Cynogloſſa hærba:quā latini linguam caninam uocāt eo q ad morſū caninū iuuet trita cū ſale.
Cynodontes canini dentes.
Cynomia græce muſca caninaue nenoſa:cynō eni græce canis dicitur.
Cynomolgus arabiæ auis:dicta q in fructibus cinnami nidos ponat.
Cinoth lamētatio hieremiæ.latitudo iterpretat
Cinthius actor troiæ qu:dam fuit uel apollo uel mons apollinis.
Cynthius andromadæ pater.
Cynthia luna a cyntho monte deli.
Cinnus tortio oris.
Cinus & prinus latine ilex & lentiſcus arbores.
Chios inſula ubi bonum uinum naſcitur qđ chiū uocatur:in qua fons eſt hebetes faciens.
Cio cis ciui citum.cieo es ſimiliter quartæ declinatiōis & ſecundæ.i.uoco clamo accio aſcio ſcisinde aſciſco.
Cyone urbs peloponeſſi
Chios uuas grandes magis q multas hēt. nomen dictū quod multum uini fluat: χέω eni ē fūdo
Cypariſſus idē & cypreſſus & caprēſſus arbor dicta q caput eius i rotūditat e ſurgat:iputribile lignum.
Cypreſſus uel cypariſſus:puer fuit q dam quem ſiluanus amauit:a quo arbor ipſa eſt dicta
Cyprus inſula a ciuitate cypro:quæ in ea eſt nomē accepit.ipſa ē paphon in carpathio mari uicina auſtro famoſa quōdam diuitiis & maxie ære quod ibi prius inuentum eſt.
Cyprus inſula ab oriente mari ſyrio:quod miſſicū ſinū uocant:ab occidente paphilico:a ſeptentrione aulone cylico: a meridie ſyriæ & phœnicis pelago cingitur.
Cyprius a um de cypro:ubi nobiles uites affluentes ſūt cyprus cypricus.cyprius uero cypriacus facit.
Cyprus interpretatur mixtura.
Cyprium æs.
Cyprus ē arbor aromatica:cuius ſæmen ſimile coriandri album & ſublucidū:quod oleo coctū & expreſſū cypros uocatur unde regale unguentum paratur.a flore cypro uocatū; cuius odorē proprie refert.
Cyprius ſiſipa:quod eſt tenue.
Cyprus lignum inornatum & magnum.
Chir grēce māus dr:uñ chiragra manuū rigiditas
Cyragrica manuum dolor.
Cyras interpretatur lacerator.
Cirrha & niſa duo capita parnaſi mōtis.i cyrrha appollo.in niſa liber colebatur.
Cyrrhat⁹ puer q cyrrhos.i.capillos adhuc ferbat
Circa iuxta erga.circa ad inuiſibilē materiam uel locum pertinet.erga ad animi effectum.circū ad tempus.circiter ad numerū.
Circe inſula orientis.
Circe filia ſolis;quæ dicta ē mutaſſe ſocios ulixis
Circæus eſt mons:ubi circe habitauit.
Circeſſo caſtrum imminens euphrati.
Circiliones dicti:q agre ſtes ſint quos ſcotopira uocant bonoſi hæreſim ſequētes.qui chriſtū filium dei adoptiuum:nō proprium eſſe dixerunt
Circinus apud carpentarios dicitur q uergendo circulum faciat.Circinus circulus:ferrum uel lignum duplex unde fiunt circuli.
Circiter plus minus.ppe fere ad numerū refert.
Circius:qui thracius uentus dicit; eo q choro ſit iunctus.hunc hiſpani gallicū dicunt.
Circulus dictus eo q circunditiōe currat:inde fit circulus per ſyncreſym.
Circulus eſt figura plana quæ ſub una linea cōtinetur:ad quā ex uno pūcto:quod itra ipſā eſt oēs quæ rectæ dicuntur lineæ:æquæ ſibi ſunt.
Circulus armilla uel frænum.
Circumeo:circumiui.circuitum.
Circum præpoſitio:quæ præponitur & ſeparat; ut circūfero circum montem περί ſignificat;& aduerbiū loci περί circū ex hoc circiter fit: qđ ſignificat peri pro iuxta ſed tempori ſolūmodo adiungitur ut circiter kalendas.
Circa quoq; peri ſignificat.quādo pro iuxta ponitur uel circa forum templum circa.x.annos conpoſita tantum poſt ponitur:ut quo circa loco cō iunctionis cauſalis:& circuncirca q ē aduerbiū αντιπερί ſignificat.
Circenſes ludi dicti q i circuneundo enſes poſiti

erant: nam ex una parte aqua: ex altera enſes: per medium uerba.
Circus rotunditas quælibet. Circus romanus a circuitu equorum eo q̃ ibi circa metas equi currãt. Augu. Circuitus ſignificat regẽ tẽporalium cupiditatem: quæ in ſeptem dierum ſpatio quaſi rota uoluitur.
Circulator qui famam portat uel circuit.
Circuncelliones genus monacorum uagantium dicti q̃ circum cellas uagentur. Solent enim diſcurrere hac & illac ſedes nuſq̃ habentes.
Circuncelliones hæretici inſano amore martyrii ſemetipſos iterimentes: ut martyres uocentur.
Circunluo is, i. circunfluo.
Circunciſio in carne præputii abſciſio: quod ſolis iudæis fit conciſio extantis pellis uirgæ.
Circunciſio uulnus: cum aliquid circunducto ferro abſcinditur.
Circunforanus: quia aduocationum cauſa circunfora & conuentus uagatur.
Circunluuio locus: quem aqua circunluit.
Circũpedes obſequia ſeruorum.
Circunquaq; rex omni parte undiq;.
Circunſcribere: damnare bonis propriis priuare concludere: in p̃iudiciis mittere delere.
Circunſcriptoriæ: callidæ: ſubrepeticiæ.
Circuntextus ueſtis ſpecies: quæ græce cydas dicitur dictum: q̃ ſit rotundum palium.
Circunuenire: decipere.
Cyrenæus interpretatur hæres.
Cyrenæa regina fuit libyæ quæ ex ſuo nomine ciuitatem cõdidit: quã cyreenen nominauit.
Cirri non cæſi capilli: quos græci mallones uocãt.
Cyrillus quidam poeta fuit: a quo dictum eſt corilliũ metꝝ qđ cõſtat pẽtametro hypcatalecto ut Regna ſupna pr̃is laudat chorus angelicus κυριοσ dñs adonai kyrieleiſon domie miſerere.
Cyrintiani hæretici a cyrinto quodam mille ãnos poſt reſurrectionẽ i uoluptate carnis futuros p̃dicãt: unde græce chiliaſtæ. latine miliarii dñr.
Cyriocoralli: ornamentum corona.
Cyritat populum alloquitur.
Cyrne iſula dicta a cyrno herculis filio. .i. corſica
Chirocleus quidã liber paruus. dictus q̃ clauſa manu poſſit teneri. Nã chir manus κλεῖ u claudo dicitur græce. Prudentius hunc fecit.
Chiron græci dicũt genus auri cuiuſdã quod hebræi ophat uocant.
Chirodita græce latine manicata.
Cirogiis: funibus.
Chirographũ manꝰ ſcriptio. i. cautio iter creditorẽ & eũ q mutat ut depoſitũ nõ poſſit negari.
Cyrogrillus erinatius ſpinoſus maior eritio.
Chironomontes pãtomimi ſunt: qui manibus geſticulantur. nam chir manus. ioculatores ſunt.
Cironomon geſticulator.
Chirotecha uanti ideſt manus theca
Chiron quidam græcus fuit qui medicinã iumentorum inuenit. inde pingitur media parte hõ & media equus: dictus chiron qa chirurgus fuit.
Chirorgiũ ferramẽtoꝝ inciſio ſine medicamẽto.
Chiron centaurus achillis magiſter.
Cyrurgia manuum operatio latine.
Chiros græce latine chirus o in u chiri facit geniuum ſic ſimilia.
Cyrus rex pſaꝝ primus q laxauit captiuitatem hebræorum.
Cyrus ſtrango.
Cyrus arbor nucis cyrrus circinus ideſt reflexio capillorum
Cyrſum genus uehiculi.
Cyrſum urbs mauritaniæ.
Cis nomen patris ſauli
Ciſalamen interpretatur peritus.
Ciſſalpina gallia quæ infra alpes eſt. ſicut trãſalpina quæ ultra alpes dicitur.
Ciſſeus rex thraciæ.
Cis præpoſitio unde citra: ſed cis ſolet adiungi .p priis nominibus fluminum uel montium reliqs citra magis: ut cis rhenũ uel alpes. citra ſaniem A citra uero citer citerior citimus.
Cis componitur & ſeparatur: & magis localẽ uĩ habet. ut ciſalpes cis rhenum: poſſumus tamen ea uti per tranſlationem in tpe & in aliis ut cis definitum tempus & cis legem naturæ: ſicut ultra deriuatur ex hoc & citra.
Ciſmos græce latine diuiſio. ſciſſo. corruptella uitium:
Ciſos: hedera.
Cis rhenũ de iſta pte id eſt maguncia. ĩtra rhenũ
Ciſta grandis corbis. inde ciſtula ciſtella.
Ciſtella a coſtis uel cãnis: q̃ bus texiẽt dicta capſella
Ciſterna locus aquam colligens.
Cita uelox dicitur a cieo uel cio: unde cito as uoco moneo actiuum eſt.
Citharæ & pſalterii repertor tubal fuiſſe phibetur. a græcis autem appollo repertor creditꝰ quæ pectori humano prius fuit ſimilis: unde, dr̃ nã pectus dorica lingua citharа uocatur: paulatim aũt plures extiterunt ſpẽs eius: ut pulteria lyræ barbiti: fœnices & pectides: quæ dñr ĩdiceæ quæ & feriuntur a duobus ſimul: & aliæ plures.
Citarim curſim.
Cithara inde & citharedus cithariſta citharizo.
Citaxus ſimilis taxo:
Cythera inſula ueneris: una ex cycladibus.
Cytheræa uenus a loco: quia ibi orta eſt.
Citherius ĩterius: exterius. ulterius eſt q̃ſi. pprius
Cytherõ mõs Boetiæ iuxta thebas: pars parnaſi.
Cithii cyprii a cythio urbe ĩterpretaꝰ calcabothe
Cytiſus genus arboris a cytiſo iſula ubi abũdant.
Citiſus genus fructicis. hærba odorifera.
Citiſum frumentum.
Citocacia hærba dicta q̃ cito uentrtem purget: quam uulgo ciconiam uocant.
Citorius mons paflagoniæ: buciferax.
Cito hebraice fauilla uel fumus dici poteſt.
Citra huc ad nos: ultra uero a nobis ad aliam partem: citra te abſq; te: citra ulta extra abſq; citra præpoſitio non componitur & eandem pene ſi

gnificationem habet quam cis.i.localem:niſi q̃ propriis nominibus fluminum uel montium ciſ ſolet præponi: ut cis rhenum.cis alpes. Reliquis uero magis citra:ut citra ſaniem:citra cruorem uel forum:a cis citra:inde citer citerior citimus utriuſq; tamen interpretatio apud græcos ẽ ad uerbium.

Citreus de citro ligno.

Citrus arbor odorifera.

Citria dicta q̃ eius pomum ac folia cedri odorẽ referant.

Citroſa ueſtis dicta: quæ contriſpa ad ſimilitudinem citri.

Citus cita citũ a cio penultimam producit:a cieo corripit:id eſt uelox.

Ciues uocati:q̃ in unũ cœtũ coeant ſocietatis uinculo adunati ad cuſtodiendã legẽ a cieo es.

Ciues romani dicti quia teſtamento liberi effecti ſub conſulibus uel principibus in numero ciuiũ romanorum erãt. Cæteris autem libertis prohibebatur ne uel in urbe roma uel ifra ſeptimum ab urbe miliarium commanerent.

Ciuitas eſt hominum multitudo in quoddã uinculum redacta concordiæ.

Ciuitas eſt collecta hominum multitudo ad iure uiuendum:hic & hæc ciuis .nam in his non põt finiri neutrum:inde ciuicus ca cũ ciuilis ciuitas

Ciuilitas manſio hominum.

Ciuiles panes.ſerui eccleſiæ:uel q expẽſas ſcipiũt

Chium bonuũ uinum a loco dictum.nam chius nomen eſt inſulæ.

Chius & encheladus gigantum nomina.

Cizithi:fons amorem ueneris tollens.

Clades dicta q̃ currendo lædat uel q̃ clã data.

Clades morbus:tabes.calamitas.periculum

Clam:occulte.abſconſe.

Clandeſtinus na num aliquid occultũ uel latens inde clãdeſtinare occultare.quod quia clam dicitur non habet t corruptam.

Clamys genus ueſtis militibus & palæſtris apta.

Clamys dis græcum eſt.

Clamare: uocare.inſonare.

Clamare ſignificat ualida itẽtiõe preces effũdere

Clamo ſimplicis oris eſt.conclamo cũ aliis acclamo incuſo.reclamo poſt aliquã uel iterum inclamo: & ſucclamo murmurantis eſt: proclamo laudãdi uel deprecãdi exaltatio de clamo rhetorizandi:exclamo eleuo uocem.

Clamoſus dr̃ quaſi calamoſus a calamo q ſonat.

Clamor rationabilium:clangor uero irrationabilium & ſine anima.

Clam aduerbium per ſe & præpoſitio ẽ:iungitur ablatiuo & accuſatiuo & grauatur.deriuatur ex hoc clandeſtinus.facit diminutiuum clãculum apud græcos eſt aduerbium tantum.

Claudire claudicare.

Clangere.perſonare.

Clãgor ſõitus tubæ uel plãctus.pprie uox ãferis ẽ

Clãius fluuius cãpãiæ q̃ pter fluit acerras ciuitatẽ.

Claricare:clare florere.

Clarius.i.apollo.dictus a claro inſula.

Clarius.i.diſcus uel menſa.

Claritas eſt ſplẽdoris:claritudo uero nobilitatis

Clarus dictus a cælo q̃ ſplendeat.

Claſſis dicta,απο τῶν κλάων.i.lignis: q̃ portat ligna :unde cales.i.nauiculæ: quæ ligna militibus portãt.

Claſſes dictæ pp diuiſionẽ exercitus:q poſtea manipuli dicti ſũt:Ser.Claſſẽ p ũa naue ponit Vir.

Claſſes eqtes:ide claſſica.i.tubæ q̃s eqtes portãt inde ẽt claſſendix dr̃ concha quã ferunt equites

Claſſes nauiuum multitudo.nauigia.

Claſſis dr̃ απο του κλαυ plura ſignificans: & nauiũ multitudinẽ & horum collectionẽ deriuat ide claſſicus ca um. ſonitus eſt tubarũ: inde claſſica nominantur:quia claſſes ordines eqtũ ut dicta eſt uocantur:qa maxime utuntur tubis

Claſſica ſonus tubæ.

Claſſica cornua:q̃ cõuocãdi cã facta erãt a clamãdo dicta.

Clatri ligna uolubilia in caueis ualidiſſimi fuſtes quibus oſtia obſeruantur ualli.

Claua q̃lis herculis fuit dicta q̃ ſit clauis ferreis ligata.hæc & cateia dr̃: ẽ.n.genus gallici tæli.

Clauati ſocci dicti: q̃ ſola caligis minutis clauis uiciatur

Claudo uel cludo clauſi uel cluſi.inuenitur etiam claudeo: ſed & claudo pro claudico.

Claudia gẽs ẽ a claudo quodã ãtiquo uiro dicta

Claudicaria nauis ſonora.

Claudere:claudicare

Claudus dictus q̃ſi clauſus i eũdo uel q̃ſi clauus

Claudicat claudus incedit uel ſonat.

Clauis dicta q̃ claudat & aperiat.

Clauimilitum calciamenta militum.

Clauus uel fixorium:quo aliquid firmatur: uel gubernaculum nauis uel temo uel remus.

Claui ſunt quibus ligno aliquid adhæret: dicti quaſi chalybei:ferrei.

Clauus gubernaculũ nauis mãica temonis.remus aut caput remi.iterdũ autem acutus fit ex ferro

Clauus ueſtis purpurata.

Clauſula ẽ i oratiõe breuis ſẽtentia ſicut i opodo

Calendix cõcha qua ſignum tegit:fœminino eſt

Clazomeni ciuitas aſiæ pluraliter declinatur.

Clemens pius:ſanctus.nobilis miſericors:dictus. ab eo:q̃ cluat.i.,ptegat ſicut patronus dientem

Clemens cluentem mentem habens.

Cleophas frater ioſep ſpõſi uirginis mariæ pater Simeõis.q Simeõ Iacobo epiſcopo ſucceſſit.

Cleophe maria mr̃ ioannis & iacobi uxor alphei.

Cleopatra regina & ſoror ptolomæi regis ægypti.

Cleocles cleui cletum.

Clepo cler icorum faldeſtorium.

Cleothedrum:in quo plumæ ſternunt ſeſſoris.

Cleos κλέος græce gloria latine: inclytus id eſt glorioſus.

Clepere:clã rapere.furari:ſubripere celare.

Cleptes κλέπτης fur græce uel gippus a clependo uel κλέπτω.

Clepſydria uel cleyndria uas quod de fundo clã aquã emittit, dicit aũt a clepere: quod eſt furari & hydor id eſt aqua.
Cleros græce dicitur ſors.
Cleronomia græce hæreditas
Cleronomus hæres.
Clericus dictus q̃ de ſorte dñi eſt: uel quia dominus ſors & pars clericorum eſt.
Cleri libri noui & ueteris teſtamenti.
Cleribus peccatis.
Clibanus fornax furnus a cliuo dictus. q̃ in erectione ſit collectus. Cliuus enī aſcenſus dicitur flexuoſus.
Clibanus ardens intrinſecus: conſcientia impietatis ſignificat.
Clibanicius panis in teſta coctus.
Clibanari quaſi tunica ferrea.
Clibola inclinata.
Cliba: aſpera difficilia.
Clide urtica.
Cliens a colendo patronum dictus id eſt amicus domeſticus.
Clientes diſcipuli quaſi colẽtes migiſtrũ. qui prius colientes dicebant.
Clientela: officium domeſticum.
Clima menſura pedum ſexaginta.
Climax gradatio. cũ a quo ſenſus ſuperior terminat. iferior īcipit: ut eſt illud ex inocẽtia naſcit dignitas. ex dignitate honor: ex honore iperiũ: hanc figuram nonnulli cathænam uocant: quod ſchema eſt.
Clima aſſenſio.
Climata partes ſunt cæli. q̃ quattuor. i. oriẽtalis occidẽtalis: ſeptẽtriõalis: auſtralis. Alias uero septem dicũt qa ſeptẽ lineæ ab oriẽte in occidentem: ſub quibus & mores hominũ diſpares & animalia ſpecialiter diuerſa naſcũt: quarum prima eſt merois. ſecunda ſienes. tertia catacoras id eſt africa: quarta rhodus. quinta heleſpontus. ſexta meſopontus: ſeptima bruſtenus
Climata ſunt in menſuris agrorũ quæ undiq; habent pedes. lx. ſic:
Climateria natura rei īcerta perfugia auxilia macula.
Climna ſpecies colorum.
Clinis inclinatus: componitur a clinis.
Clinici ſunt qui de lecto non diſcedunt quia cliuus dicitur lectus.
Cline ΚΛΙΝΗ græce dicitur lectus.
Clinitus paraclitus.
Clingo excludo.
Cinxit: decurtauit.
Clio una de nouem muſis hiſtorias canit: interp̃tatur fama uel luna.
Clipſea ciuitas africæ.
Clipeare. contegere. a clypeo.
Clipeola: anulus uel rotula.
Clypeus dictus ab eo q̃ clepat id eſt celet corpus periculiſq; ſubducat. Clypeus peditum. ſcutũ equitũ eſt. Clypeum uero neutro genere ornamentum uel pictura dicit.
Clyſterizare p foramẽ manũ aliquid immittere.
Cliſciſcere: diſiungere.
Clitellæ: ſarcinæ ſellæ. ſomæ.
Clyton græce glorioſum.
Clitũnus lacus in umbria fluuius in meuania.
Clitunnus fluuius ſpoletinus de quo ſi ſtati ut cõceperit bos biberit albũ parit.
Cliuoſus inclinatus inæqualis.
Cliuus monticulus ſiue aſcenſus flexuoſus.
Cloacæ dictæ q̃ p eas colant aquæ. has dicũt primũ romæ tarquinũ priſcũ ideo feciſſe ut quoties pluuiaꝝ iundatio exiſteret. p eas aq̃ extra ciuitatem emitterẽt: ne ſtrages aq̃ꝝ fũdamẽta ſubuerteret.
Cloãtus princeps troianus. unde genus cluentius romanus duxit: ut uirgilius dixit.
Clode: clam. occulte.
Clodus pro claudus. uacillans pedibus.
Clodit. fabricat: excutit.
Cloes folles uel pluma.
Cloma græce: nos ramulũ poſſumus dicere uel picem.
Cloto una ex tribus parcis cõuocatio interpretat.
Cloto colũ baiulat: lacheſis trahit. atropos occat.
Clunacia dea paganorum a clunibus dicta.
Cluere: pollere: excellere: uigere. protegere: ide dictus clemens clementia.
Clunabulũ dictũ q̃ ligat ad clunẽ id eſt pugio. ẽ enī paruus gladius lateri adhærens uel ſpata.
Clunior nobilior.
Clunes dictæ q̃ ſint iuxta collũ: qd eſt longio.
Cluni. maſculini & fœminini generis inuenitur.
Clura uel clurium ſimia dicit: alias ſcythiæ oppidum.
Culſinæ urbs italiæ: quæ nunc eſt tuſciæ.
Coaceruare. cõgregare. coaugmtẽare. cõpaginare
Coagulum a colando uel colligendo dictum.
Coagulatus conſtrictus.
Coactus tantum conſtrictus in unum collectus: a cogo gis.
Coactor: agitator aſelli.
Choa inſula una de cycladibus.
Choa uina uel unguenta: diſyllabũ ẽ a loco dcã.
Coaleſcere: ſimul creſcere.
Coaceruatio concameratio. i. coniunctio arcuum.
Coarguere: coercere. coartare. conſtringere. condenſare.
Coaſpis fluuius perſidis nimiũ dulcis: inde coaſpitis gemma uiridis fulgoris aurei.
Choare: inclinare ſe. uel inſidiari.
Choatræ populi ſunt.
Choabar fluuius in babylonia interpretatur onus uel grauitas.
Chobor interpretatur exuberãs ſiue primitiuus.
Concauca buccina.
Cocem urbs in aſia.
Coccineum ſanguinem a cocco deriuatur.
Coctio arillatio.
Cociſtrio tabernarius eſt græcum.

Cocytus: inferni palus.uel fluuius:uel omnia flumina ignea.
Cocytus dictus græce ἀπὸ τοῦ κώκυτυ id est a luctu & gemitu:& significat quicquid hoies in luctum lachrymasq; compellit.
Cocitos fuit dea athemensia:quam solæ fœminæ colebãt:quæ psaltriam exercebant.
Cocitia infernalia.
Cocleatius lapis cocleis lapillisq; compositus & harena.
Coclear:mensuræ dimidia pars drachmæ.
Coclear in singulari neutrũ.in plurali masculinũ & neutrum.
Coclearium pondus retinet.i.scripulum &.v.
Coclearium quod pendet.græcum est.
Cocleæ.i.conchæ marinæ.
Cocleæ altæ turres & rotũdæ dictæ quasi cychæ q; per circulum conscendantur.
Coclea per circuitũ ascensus græcum est.
Coctum dictum quasi coactum ab igne:uel ab aqua dum aptum sit:a coquo coxi deriuat.
Cocula uasa omnia coquendi causa parata.
Coquus unde coquina deriuatur & culina.i. coquendi artifex.
Coccus græce rubeus uel uermiculus dicit:quãquã ipsius & purpuræ una sit materia coloris:tñ diuersitas magna est.purpura enĩ nigra magis ex primo humoris cõchilioꝝ.i.ostreoꝝ colere tingitur.Coccus uero magis rubeus ex sedeo.
Codex librorum multoꝝ est.liber unius uoluminis.dictus a caudicibus arborũ:quod ex se multitudinem librorum quasi ramorum contineat: unde uites codices appellantur.
Codex cis.diminutiuũ codiculus & codicillus.
Codex radix arborum uel ramalia in radice iuncta:ueteres enim codex nos caudex dicimus:sicut illi clodus nos claudus.
Codex lapis codices libri.cõmentarii historiæ.
Codicillus paruus codex uel scriptura nulla indigens solennitate.sed solũmodo testatoris uolũtatem significans.loco testamenti habetur.
Codia papauer.
Codrus quidam pastor uel poeta uanus de quo iuuenalis prima satyra.uexatus totiẽs rauci chesei de codri.
Cohelet hebraice græce ecclesiastes: latine cõdonator dicitur.
Cœnomia non canina musca sed omnimoda per oe scribitur non p.y.
Cœnodos una ex linguis græcoꝝ mixta uel communis qua omnes utuntur.
Cenodoxus uanæ gloriæ cupidus q famã captat.
Cœo is neutrum est.nam pro cõuenio accipitur. inuenitur tñ actiuũ & passiuũ pro colligere.
Cœpi cœpisti defectiuũ tãtum præterita habet: & scribitur per œ:& significat captionem.unde cœptus tantum.i.inchoatus.
Cohæres coniunctus unius hæreditatis.
Cœssentis.i.socii.
Cœtaneus:unius ætatis.
Cœtus cõuentus multitudo hoium.uel circulus.
Cœus & encheladus gigantes terræ filii.
Cophilos græce follis.
Cophinos græce corbis
Cophinus uas ex uirgultis aptum aliquid mundare.dictus quasi cauus.
Cogere:compellere.
Cogiarium:donatio imperatoris.
Cogitare cogo gis:unde cogitatio dicta q; frequẽter cogat animum reminisci.
Cognabo ignarium.unde ignis excutitur.
Cognati dicti:quia sunt propinquitatis cognatione coniuncti nec sunt agnati:sed post agnatos habentur:quia per fœmineum sexum ueniunt.
Cognitio incognitorum prius notificatio.
Cognitor præsens præsenti datur ad litem soluẽdam.procurator uero etiã absens ad omnes res.
Cognitus:notus.
Cognidium genus potionis ad bibendum.
Cognomen dicitur: quod nomini cognatiõis causam adiiciat.uel cum nomine.
Cohibere:retinere:refrænare.uetare.
Cohibilis:conducibilis.
Coinus genus arboris.
Coinquino nas stercorare simul peccare.
Coire:concumbere.uel in unum colligere:
Coitus:concubitus.
Cohibilius:constabilius.
Coitio natura genitura.
Cois uestis:quæ fit in insulã coo perlucida.
Coinon κοινὸν uel μῖκτον:id est cõmune uel mixtum:in quo poeta & subintroductæ personæ loquuntur ut in iob & in æneide.
Colon fit: cum iam sententia sensum præstat sed adhuc de sentẽtiæ plenitudĩe aliqd supest & media distinctionẽ uocamus: quia punctũ ad mediam litterã ponimus hoc apud oratores: apud poetas uero ubi post duos pedes & dimidium de parte orationis nihil supereſt:colon est.
Colon græcum generis neutri singulariter & pluraliter.
Colon in uersu est:cum diuiditur uersus in partẽ orationis.
Colon est prolongata sententia.
Colon interpretat membrũ.Cola dicũt per quæ mustũ fluit:a colando dicta:hoc colum.
Cola genus pigmenti: quod græci acida dicunt.
Cola ceruisa.
Colax κόλαξ id est adulator:assentator.
Colaphizare κολαφίζο colum cædere.
Colaphus alapa pugnus
Collanũ castꝝ é.unde dicit colina porta romana.
Collatio controuersia symbolum.
Collatius genus lapidis pigmentoꝝ usibus aptus.
Colare.liquare.purum facere.curare.
Colatorium.liquatorium.
Colacteus ex uno lacte nutritus.
Colatũ uinũ puꝝ uel uas ppriũ i quo deportat.
Colax quidam pasitus adulator:a quo fabula dicta est.

Colchi gens orientalis iuxta caucasum montē sæ-
ui sunt.
Colchos ysula ūde fuit medæa:unde dr̄ colchica.
Cole fel græce.
Colene ergo fellis motio:
Collecta dicit̄ eo q; colligatur populus in unū ut
ostendat christum in euangeliū uentur̄ ppe.
Collectio uel ratiocinatio dicit̄ quando ex eo qd̄
scriptū est:aliud non scriptum inuenitur.
Collectiuum est cum in unum colligunt̄ ea quæ
sunt argumentata.
Collega a colligo dicitur generis masculini:offi-
cium uirorum est.
Collega a colligatione societatis dicitur.
Collegarius:unus ex ipsis sociis.
Collegiati dicūtur q; eorum collegio custodiisq;
deputentur:qui facinus aliquod commiserunt.
Est enī sordidissimum genus hominum patre
incerto progeniti.
Collegium societas collegarum in uno honore po-
sitorum.
Collecturia argumenta.
Collegiarius:carpentarius.
Cholera fellis effusio:nam græci κολὴν bilem &
fel dicunt.
Colles significant sanctos uel minoris meriti & in
malo.
Colles sunt præssiora iuga montium: q̄si colla.
Colere: honorabili recordatione uel præsentia
frequentare.
Colydria subcinericius panis modicus & triāgulus
Colydriæ panes quadrati de similia cum oleo in
sartagine frixi.
Collibeo collibes collibui.& collibesco:cōplaceo
Collibia sunt apud hæbreos: quæ nos uocamus
tragemata uel uilia munuscula:ut cicer frixum
uua possa:poma diuersi generis.
Collibistæ uero dicuntur:qui ea uendunt.
Collibus ubi mundantur uestimenta uel aquarū
influens locus.
Colici sunt qui dolorē in parte dextra super pe-
ctinem & uentrem cōstrictum habent uentosita
tē patiunt̄: sanguinē mixtū cū stercore egerunt
his dolor ascēdit ab ūbilico usq; ad splenē totū
illū dextrū tenens. Descēdit quoq; plerunq; ad
unguinem sinistrum perueniens usq; ad anum
ab illibus usq; ad renes infestis doloribus cin-
guntur:qui hoc morbo laborant:sentiuntq; inte
stini ipsius id est coli grossitudinem.
Colica passio a colon id est intestino dicitur.
Coli dolores uentris uel uiscerum.
Colibrum pœnæ genus uel pecuniæ.
Colyphia dicunt̄ panes azimi & genus carnium
id est carnes assæ & semicoctæ qui ē uictus athe
letarum.
Collisio est quotiens nouissimæ syllabæ finis in
alterius principio est.
Collisiones sunt cum aspere consonantes in con-
structione sibi occurrunt sic: si iuret auriga per
lora per flagella per fræna.
Collifuria.boues facientes opus.
Collis collinus:sicut follis follinus.
Colina coquina a coquendo dicta.
Collina turris est romæ in colle sita.
Collyria sonant q; uitia oculorum tergant hoc
collyrium medicamētum.
Colyria:pustulla curruum.
Coliurios arboris genus.
Colurnus uero ex arbore corylī factus.
Coliciani hæretici a quodam colito dicti.qui di-
cunt deum non facere mala contra illud quod
scriptum est.Ego deus creans mala.
Colobium genus uestis dictum: quia longum est
& sine manicis,hoc antiqui uerebantur: sed quia
nuditas brachiorum culpabatur: usus colobio-
rum in dalmaticas est mutatus.
Coloni sunt cultores aduenæ dicti a cultura agri
Sunt enī aliunde uenientes:atq; alienum agrum
locatum colentes ac debentes conditionem geni
tali solo propter agni culturam sub dominio pos
sessoris pro eo q; discolatus est fundus.
Colonia est quæ defectu idigenarum nouis cultо
ribus adimplet̄.dicta q; sit agriculturæ dedita.
Colophonium timetrum a colophonio inuento-
re dictum constat ex spōdæo & dactylo siue tro
cheo:ut hic.Sic te diua potens.
Colocasia genus hærbæ species medicinæ.
Colophonia resina dicta est ex tyrrhena colop ho
nia unde affertur.
Colophon quæ post ephesus dicta ē ubi fuit ora
culum apollinis.
Colophium quod græci cronochium dicunt.
Coloyron græci dicunt currum.
Colo pro diligo.habito.& aro accipitur.
Collomeli dentes pro longitudine & rotūditate
dicti.i.canini inter præcisores & molares.
Colona dicta q; infusa coloret uinum hærba est.
Colocynta & coloquintida cucurbita agrestis &
uæhemēter amara quæ similiter ut cucurbita p
terrā flagella tēdit.dicta aūt coloquitida: q; sit
fructu rotūdo atq; foliis ut cucumeris usualis.
Colores dicti q; calore solis uel ignis perficiunt̄
siue quia in initio colabantur:ut subtiles essent.
Colores aut nascuntur aut fiunt. nascuntur ut sy
nopis rubrica paritoniū.meliuū frecia: auripig
mentum.cæteri finguntur.
Colores rethorici sunt q̄litates uel species dicēdi.
Colos color non uerus sed fictus.
Colossus uocatur statua marmorea & alta.
Colustrum lac nouum.
Columitas salus.
Columis a columna dicitur:quod firmus sit & re
ctus & saluus.
Columis corpore.Incolumis animo dicitur.
Colpus dicitur sinus græce.
Coltax claudicans a coxa.
Coluber colubri dicit̄ q; colat umbras uel quod
sit lubricosus:ceruum fugit leonem interficit:
Coluber colubri cuius fœmineum colubra facit.
Colum colatorium a colando mustum.

Colus inſtrumẽtum unde fœminæ nent, generis fœminini ſecundæ uel quartæ declinationis.
Colum: faſtigium templi rotundum.
Colos color.
Colum, i. longio quoddã inteſtinorum.
Collum ſignificat ceruicẽ ſingulariter: colla pluraliter ſuperbiam.
Collum dicitur q̃ ſit rotũdum & rigidum caput ſuſtentãs ut columna.
Collum inde dicitur collatium, componitur colaphus: inde colaphizo componit̃ de collo incolumus, inde dicitur columna.
Columna ſuſtẽtamẽ ſummitatũ dicta a colũine nam columen eſt culmen ſumma faſtigia.
Columbaria in ſummis lateribus nauium loca cõcaua ſunt, per quæ remi immittunt̃ dicta q̃ ſint ſimilia latibulis columbarum, i. nidis.
Columbar genus uinculi neutrum eſt.
Collus: colli ornamentum uel pro collum.
Columbæ dictæ: q̃ colla earum ad ſingulas conuerſiones colores mutant: unde columbinus nanum, i. ſimplex.
Columba ſeptem uirtutes habere notatur: caret felle: nullum lædit: aliẽos pullos nutrit: gemitũ pro cantu emittit: iuxta fluenta morat̃: granum eligit quod comedat: in foraminibus petræ nidificat: quæ oia in ſignificatione cõueniunt fideli animæ. ſignificat etiam ſpiritum ſanctum.
Columbinus lapis a colore auis dictus.
Colurnus de corylo: ſicut quernus de quercu.
Coluri ſperfecti circuli ſterpretant̃. Sũt aũt duo diuidentes cælum: unus per mediũ cancr̃ & capricornũ: alter p mediũ arietẽ & librã: nec pueniunt niſi ad auſtralẽ circulũ: unde ſpfecti dicũt̃.
Colluuium collectio ſordiũ luxuria imundicia.
Comma dicit̃ quando poſt duos pedes ſyllaba remanet: quando uero poſt tres pedes nihil remanet colon dr̃: quæ tamen nomina indifferenter ponũt̃ apud oratores quaſi ſtegrã ſentẽtiã periodon: partes eius colla: & commata dicunt̃ ut ſuſtinentis enĩ ſi quis uos in ſeruitutem redigit colõ eſt. Si quis extollitur & cætera uſq; ad plenã ſententiam cola & cõmata ſunt, plena uero ſentẽtia periodos. Interpretatur autẽ colon membrum: comma inciſio: periodus clauſura uel circuitus. comma breuis diſtinctio.
Comma eſt prima poſituta uel diſtinctio oratio nis quæ ſubdiſtinctio dicit̃ & ad unã ptẽ litteræ pũctus ponit̃. Media piſtinctio ſeq̃ns nuncupat̃ cũ punctũ ad mediã litterã ponimus, ipſa eſt & cola, ultima: quæ totã ſentẽtiã claudit periodus.
Cõma eſt in uerſu: cũ ipſe diuidit̃ in ſemiqnaria uel ſemi ſemptenaria uel trochaica: ut Arma uirumq; cano. Semiqnaria. Arma uirũq; cano troiæ. Sẽiſeptaria mũera clara dedit dat trochaica
Comma particula ſententiæ: inde comaticus & cõmatice breuiter.
Comaticũ: articulatũ. diſciplinatũ: breuiloquũ
Coma crinis non inciſus græcũ eſt pro ramis etiã ponitur arborum.
Comare, creſcere. frondere.
Comata dicit̃ cõcinata. Coma dicit̃ illud tantũ quod ſextoni ſuperuadunt diapaſon.
Comagena prima ꝓuincia ſyriæ a comagena urbe
Commanipularius: conſcius collega uel comma nipularius.
Cõburere: exurere inde cõbuſtus cõbuſtio.
Combos & teutyca ciuitates uicinæ.
Comere: ornare. coma fieri uidet̃: actiuũ eſt. ide comptus.
Come græce caſtellum.
Commeatus, alimenta: uictus. fruges. a commeando anomalo deriuatur.
Commeare enĩ ſimul ire meare uel tranſire.
Comedere: manducare. uorare. glutire.
Comedo uerbũ anomalum comeſum & comeſtũ
Comedo a comedendo tinea uel uorax.
Comœdi dicti qa prius poſt commenſſationẽ ad eos audiendos uenire ſolebant homes. Sed poſtea aggreſſi geſta uniuerſorum & delicta corripientes in ſcæna proferabant.
Comœdia eſt quæ res priuatas & humiliũ perſonarũ cõprehẽdit nõ tam alto ſtillo ut tragœdia ſed mediocri & dulci. qd̃ ſæpe etiã de hiſtorica fide & de grauibus tractat perſonis.
Comœdia pro κῶμῳδία
Comœdia uilla carmen, nam come κωλη dicitur uilla.
Comœdia in quatuor ptes diuidit̃: in prologum ptheſin: epithaſin: cataſtrophẽ: plogus ẽ platio fabulæ in qua licet abſq; argumẽto aliqd ad populum loq ex comodo poetæ uel rectoris. Protheſis ẽ primus actus & ĩitiũ dramatis. i. fabulæ cuius ptheſis perſona poſtea nõ apparet in fabula & ſemp aperit in pricipio maximã partẽ. Epithaſis eſt icremẽtũ pceſſuſq; turbationũ. Cataſtrophe ẽ cuſtodia turbationũ ad iocundos exitus. Comœdiarũ nomina ex quatuor rebus ſumũtur, a loco ut Andria. a facto ut Eunuchus: ab euentu ut adelphœe: a nomine ut phormio.
Comœdos cantus agreſtes græce uel caſtella. κῶμος iocus immod eſtus.
κωμαξο procax ſum.
Comœlipolium: marubium.
Commendare, laudabilem redere.
Cõmentari, cõponere. admuenire: a commento. quod item fit a comminiſcor.
Commento pro commementor inuenitur.
Commentũ: mendacium. inuentũ. fraus.
Commentabundus id eſt cogitabundus.
Commenta crimina ficta inuenta uel interpretationes: ut commenta uirgilii: deriuat̃ uero a cõminiſci.
Commentaria quaſi cum mente. ſunt enĩ ĩterpretationes ut euangelii.
Commẽtariũ concinũ. i. breuiter ordinateq; compoſitus liber.
Commentem uolumen libri.
Commentus id eſt cogitatio.
Commercia id eſt commutatio mercis. nam a mer

cibus dr̃;quo nomie res uenales appellamus.
Commercia negocia.
Cõmereor cõmereris ritus; qui aliqd deliquit.
Comessor ris,tio.
Comessatio,luxuriosa cõuiuia: a comedẽdo dcã
Comesset;comedisset.
Comessatio:q̃si mensæ colatio·supflua cõuitatio
Comessor oris,gulæ ac uentri nimiũ deditus.
Comes uocatur ab ecclesiasticis uiris congregatio cælestium lectionum.
Comes socius a comitando dictus,seu a cõmeando uel a comeo is,qd̃ nõ est ĩ usu:unde consules romani comites dicti sunt;qa duo erãt; Inde ẽt ex ea consuetudie uniuscuiusq; comitatus,puisor adhuc comes uocat̃;q̃uis in usu nisi unus sit;
Comes comis generis neutrũ etiã coniunctũ inuenitur,Lucanus,Imperiumq; comes.
Cometes uel cometa,masculinum est.
Cometes stella ẽ dictus;q; comas luminis ex se effundat,quod genus syderis pestilẽtiã; famẽ,aut bellum uel regni mutationẽ significat; quẽ lati ni crinitem uocãt q; in modũ criniũ flãmas spargat;quas dicunt esse,xxx.
Comici res lætas, tragici argumenta ex rebus luctuosis describũt,Duo sũt genera comicoꝝ,uetes:q ioculares extiterũt;ut terẽtius. Noui q & satyrici;qbus generaliter uitia carpũt̃;ut Persius;Iuuenalis;& nudi pingũt̃;eo q; uitia denudẽt
Comicus;qui comœdias describit.
Cõmilito tonis,militiæ socius.
Cõminiscor:cõmentũ cõmune fuit antiquitus.
Cõminisci:quasi cũ mente aliquid inuenire; confingere mentiri,recordari.
Cõminor ris,deponens.
Cõminatores,argentarii.
Cõminus iuxta sine intermissione statim fere in præsenti simul prope de proximo; cui contrarium est eminus:cum duabus,m,scribitur.
Cõminus a cũ & manus dictum.
Cõmissa uitia uel peccata.
Cõmissum:in fide traditũ,creditũ coniunctum.
Cõmissura,cõiunctio,ligatura.
Comis hylaris benignus.
Chomys & mnasylus satyroꝝ nomian
Comites socii a comitando dicti,uel cõsules; inde comitatus id est tantum spatii; quantũ unus comes tenet.
Comitatus,comitem tenens.
Comitia dicunt̃ quæ fiunt romæ ad creandos magistratus kl,ianuarii ĩ campo martio;ad quæ ois populus romanus & de italia conueniunt.
Comitio imperii adeptio uel locus seu tempus; ubi uel quando honores dantur comiti.
Comitalis:morbus quo caduci tenent̃, cui tanta uis est ut homo uallens cõcidat spumetq;:dictus q; cui accidisset qñ comitia erãt comiti admittebantur.hæc passio caduca siue epileptica uocat̃ hi qui eam patiuntur lunatici dicuntur.
Comitari commune est apud Boetium; id est simul ire sequi.
Comitas benignitas humanitas.
Comiter:benigne ornate:a comis deriuatur.
Comitto pro credo & pecco,unde cõmissum id est peccatum.
Comizo κώμιζο græce id est ueho.
Como mis id est orno uel pecto. inde dicitur coma & comatus ta tũ; &.hic & hæc comis,i.cõpositus benignus & cõptus ta tũ.i.ornatus; & comiter aduerbium:& comitas nomen. & componitur incomptus.
Commodũ:emolumentũ,merces,lucrũ,proficuum:in quo dominus iuris ẽ cum modo tẽporis.
Cõmodare.id est præstare,qd̃ sibi reddat̃ uelut pecuniã cũ cõmodo aliqd dare id est p̃stare.
Commorari cũ aliquo morã facere:uel aliquem retinere & morari facere.
Commoro pro commoror.
Come græce uicus castellum. Comos græce comessatio:unde comœdiæ quæ ĩ cõuiuiis canũt̃.
Commolere:dentibus comminuere.
Comopolis municipium græce.
Compages:iunctura,ingressus.
Compago coniunctio.
Comparare:emere,cum aliquo æquare,assimilare contra præparare.
Comparo actiuum est; inuenitur tamen comparor deponens.
Comparatio rerũ cõtractus ex conuenientia.
Compareo uero corã appareo, alicui uideor neutrum est.
Cõparatiuus gradus dr̃ assimilatiuus:q alteri cõparatus plus significat,ut doctior hic q̃ ille.
Cõparatio dicit̃ æqparatio uel assimilatio ĩ asceñsu uel descensu:ut doctus doctior idoctus indoctior:ad laudẽ quoq; uel uituperationẽ ut iustus or iniustus iniustior,uel ad medium ut magnus maior sanctus uel latro.
Cõparatio dr̃ cũ nomẽ alterius cõparatiõe p̃ferr̃.
Comparatiuũ est quod cũ positiui intellectu uel cũ aliquo participe sensu positiui magis aduerbium significat:ut fortior magis fortis:ulterior magis ultra q̃ ille qui ultra est.
Comparatiua deriuãtur a noibus adiect iuis sumptis ex accidentibus substantiæ nominis.
Comparatio aũt fit in æqualia:in qbus semp notatur eadẽ inæqualitas,aut ĩæqualia. Inæqualia ut maius aut minus diuidũt̃:q nũq̃ absq; se sunt Ois igit̃ cõparatio: aut in numero cõstat:aut in specie:ut quæ ĩnata uel quæ aduentitia,uel q̃ pp se expetunt̃ ut salus,uel quæ pp aliud: medicina,aut ut ui ut qd̃ nõ indiget;uel quod indiget; aut ĩ aliqua affectione extrĩsecus locata ut quod p ficit maioribus uel minoribus.
Comparietici:cõsortes uicini; quasi unum parietem habentes.
Compascuus ager dictus: quia communiter ad pascendum uicinis relictus sit.
Compater cum aliquo eiusdem filii pater.
Compatriota unius patriæ,commune est.
Cõpati simul pati quasi ille qui patitur:unde fit

compaſſio duorum uel plurium paſſio.
Compeſco perfectum eſt .tamen deficit futuro in finito:quia formā habet inchoatiuoꝝ.
Compedire impedire:pedes continere,inde cōpedes dictæ:quia continent pedes.
Compes compedis fœmininum eſt.
Compello lis ad compulſionem.compello cōpellas ad ꝓuocationē ptinet.illud cōpuli.hoc compellaui faciunt.ambo actiua ſunt.
Compellor inuenitur deponens.
Compellere id eſt alloqui.
Compendiū:lucrū emolumentū:utilitas. a cōpēdere id eſt cōpetēter operā dare:uñ deriuant cōpenſū & cōpenſo as:id eſt inuicē reddo.
Compenſatio elt cū aliqd aliud alterius factū contenait utile uel honeſtū qd' ut fieret illud quod arguit datur eſſe commiſſum
Comperire:cognoſcere,inuenire.
Comperior ꝑ cōperio inuenit priſci.Cōperio peri
Comperendinare differre in die tertia dilatare:ex craſtinare.
Comperendinatio:dilatatio.
Competo tis:inde compes:& mutatione e in o.
Compos id eſt ꝓfector uoti ſocius.
Competere,conuenire.ſimul petere.
Competens ꝓportio.
Competens uocat' quod poſt inſtitutionem cōpetat gratia chriſti.
Competenter:bene conuenienter.
Cōpilare.furari:depopulari. expoliare:depilare.
Compilator q aliena dicta ſuis miſcet ſicut ſolent pingmētarii ī pila diuerſa mixta contundere.
Compingo gis coniungo.
Compicta dicta:quia plures in eis competant uiæ inde hoc compitum.
Copitalia feſta:quæ in cōpitis fiebāt.ſicut teminalia quæ in terminis:& qnquatria:quæ in quinq; & ſimilia.ut ſaturnalia uulcania floralia.ſemper pluralia igit' faciūt ſecundū declinationē ſecundam & tertiam:ut uulcanalioꝝ & uulcanalium.
Complere:ad ſummū implere.
Complecti ſimul uel totū amplecti ligare.
Complecto ꝑ complector inuenit':quod cōmune antiquitus fuit.
Complicare:multiplicare.
Complices ſūt q uno peccato coniuncti ſūt cōſcii. nō in bono dicit'.
Complodere:repercutere.mutuo percutere.
Compluta:irrigata.
Cōpluuiū dictū:q; collectio pluuiæ cōuenit.
Componere:coaptare:fingere:inuenire:ornare.
Compoſitus moribus uel cæteris cōueniens rebus comparatus.
Compoſitio quattuor fit modis:ex duobus itegris ut detego:ex duobus corruptis:ut imparo:ex integro & corrupto ut pficio:ex corrupto & integro ut irruo.
Cōpos uoti poſſeſſor cuius cōpletū eſt deſideriū.
Compos mentis cōpoſitus mente.Compos ita in ſe fūdatus:ut ꝑſperitate uel aduerſitate nō frāgat
Compaſſio duorum uel plurium paſſio.
Compotor uel compotrix ſimul potans:pro compotator.a cōpoto as.ſimiliter bibere ultra modū
Comptus cura ornatus. Compoſitus uero natura. a como is.
Compure bene diligenter.
Compungi delictorum ſuorum reminiſci & contriſtari.
Compunctio cordis dicitur ad malis pœnitētium dolor cordis.
Cōmulcare:conculcare.
Comulcere:turbare.
Cōmune imundum uel inuſitatū uel quod aplu ribus habetur.
Cōmune eſt quod accidit omnibus tempore fere eodē:ut meſſis calor.publicū uero eſt:quod uniuerſa ciuitas frequentat aliqua de cauſa uel ludi dies feſtus bellum.
Cōmunis dr̄ q ad plures ptinet uel leuis placidus omnibus cōueniens.
Cōmunis dr̄ ſpūalis eſca:qa in cōe ad uiuificandas animas a cunctis ꝑcipit' dignis.
Cōmuni diuidundo eſt inter eos: quibus cōmunis res eſt:quæ actio iubet poſtulantibus his arbitrium dari:cuius arbitratur res diuidat'.
Cōmune eſt cum in duobus generibus unū nomen communicat ut hic & hæc homo.
Commune uerbū eſt: quod una termination tā actionem q̄ paſſionem ſignificat.i. in or:ut largior experior: ueneror:moror: obſculor: hortor. Criminor: amplector tibi ſunt co ia lector.
Communicare ſimul participare de uno pane.
Cōmunicarium participarium cōmunicatio.
Communicipes ciues.
Cōmutare cum uno alqd mutare,uendere.
Commutatio cum aliquid datur: pro quo aliud accipitur.
Conloco cū præpoſitionis accipit'.
Cona poma ſylueſtria uel fructus cypſſi dicti:qd' conum imitētur.
Cona alta rotunditas.
Conari:attentare:anniti.
Conamen:niſus.tentatio.
Cona dicta quaſi cōcaua.
Concameratio.fornix.tranſuolatio.
Cōcameratū curuū admodum circuli flexū.
Conchæ & cocleæ dictæ:quia deficiente luna cauātur,i.uacuantur.
Concētus.i.cātus mixtus.i.ſymphōia a cōcino.
Concentus etiā cæli dr̄ eſſe a quibuſdā id eſt conſonātia planetarum.
Concentor dr̄ q in cantādo cōſonat cū aliis.
Concenturiare:inſtruere.dictū a centuriōibus qui milites ordinant.
Conceptus:ſuſceptus.
Conceptio partus quartæ declinationis.
Conceptus ta tum in utero acceptus: aut in mente a concipio pis.
Conceptiones ſunt:cum aliquid certum mente
Compeſcere:pacificare:conſtringere cohibere.

concipimus:ut ſi pares iungant numeri par quoq; fiet numerus:græce hebdomades dicunt.
Conceſſio eſt cū reus nō id qd factum eſt defendit: ſed ut ignoſcat poſtulat apud rhetores.
Concedere:permittere.donare.
Conciliabulū locus in quo multi homines ſunt in ſua poteſtate.
Conciliabula dicta a conuentu & ſocietate multorum in unū ubi plures ſuis uiris ſedent.
Concilio concilias conciliabulum.
Conciliare:amicū facere.ad integritatē reuocare.
Concilium tractū ex hoc q; romani conueniente communi intentione tractabant.Nam cilia oculorum ſunt.quoꝝ ſimilitudine concilium dicit id eſt conuentus.
Conchis.i.nomen piſcis: unde tingitur purpura quæ ſic appellatur.
Conchilia:pro purpura.genus coloris.
Concino nis nui concentum.i.cum alio canere.conuenire:prædicere.conueniēter canere.
Concinno uero as aui.i.adaptare: componere:conſonare:apponere:irridere.
Concinne compoſite.
Concinnum breuiter & ornate compoſitum.
Concinus cantus ſubtilis.
Concio concentio.
Concio populi multitudo eccleſia.a concieo es:de concionor aris.populū alloqui conuentū facere.
Concionator qui populum cōmonet.
Concionarius qui populum alloquit.
Concitus feſtiuus incitatus.a concieo es:inde cōcitare frequenter conuocare uel cōmouere.
Concitatio iracundia.
Conclaſſare.claſſes iungere.
Conclaue locus incluſus uel munitus ſiue domus quæ multis claudit cellis.interior cella.
Concleatius lapis dictus q; concleis lapilliſq; & arena ſit concretus.
Conclodere:delidere.
Concluſio inductionis eſt quæ aut cōceſſionē illationis affirmat:aut quod ex ea cōficiat declarat.
Concordare:conuenire.unius cordis fieri.
Concordo & concordor.
Concors a coniunctione cordis dicitur.hic & hæc concors dicimus.Antiqui uero hic & hæc concordis & cætera a corde compoſita. priſc.hic & hæc & hoc concors.
Concupiſcentia uel cupiditas niſi addat cuius rei ſit nō niſi ī malo intelligit.Auguſ.
Concrepare:reſonare:concinere.
Concretus a concerno.i. cōiunctus.coglobatus.
Concubium:excubiæ.
Conchula menſura tres cocleares habens
Conchulæ maria animalia dicta: q; ſint concauæ
Conchus lapis ī mari:eſt enim conchula rotūda in duas partes diuiſa:quæ diluculo de pfundo maris aſcendens ad littus aperit os ſuū & ſuſcipit intra ſe rorē cæli & circūfulget eā radius ſolis:tunc fit ſpecioſa & ſplēdida margarita.
Condēſeo es & cōdenſo as.i.fulcire.cōſpiſſare.
Condenſa ſpiſſa cōſtripata opaca. ſignificat ſecreta diuinæ ſcripturæ.
Condo dis didi itum:celare:reponere ædificare
Condio is.iui itum. componere apparere ſalire.
Condicere:conſtituere.denunciare.decernere.
Cōditio.cōuēctio.poteſtas.fortuna.caſus exitus.
Conditiones ꝓprie teſtiū ſunt a condicendo: quia nō unus teſtis ſed plures iurant dictæ quaſi condictiones.
Condili.i.nodi.Inde condilogmatica paſſio id eſt nodoſitas manuū.& cōdilo as.i. pugnis cædo.
Condilomata glandulæ.
Conditura:impenſa.
Conditū dictū q; nō ſit ſimplex ſed oōmixtione pigmentoꝝ compoſitū.
Condiuia domus cū curia & cæteris neceſſariis.
Condonare:concedere:ignoſcere.
Conducit imperſonale utile eſt ſignificat.
Conducere:congregare:expedire:mercede conſtituta aliquid ducere.
Conducibilis utilis.i.in foro conueniēs.
Conuentus habilis ad ducendum.
Conductio res in uſū accepta conſtituta mercede.
Cone ciuitas eſt.
Connectere colligere.
Confecta debilitata imunita examinata a cōficio.
Conferentia:collatio:confœderatio:ſacrorum cōmunicatio.
Confœderare: coniungere.in pace cōponere.conſociare.
Conferta:in unum collecta. plena.comparata conſociata.a confertio tis ferſi tum.i.conſpiſſare. implere.
Confeſſio duobus modis intelligitur.aut enim cōfeſſio iuſtitiæ dei in laude fit: ut confitebor tibi domine & collaudabo te in confeſſione: aut dum quis confitetur peccata ob ea indulgenda.
Confeſtim: ſtatim: continuo. quaſi confertim.i. coniunctim.
Conficere:deuorare:deliberare:interficere.
Confidentia ī malis:fiducia ī bonis eſſe ſolet.
Confidere:conſtanter ſperare.
Confieri compleri.perfici.
Confinalis dī genere uel loco affinis.
Confinis iuxta poſitus.ꝓpinquus
Confinius.urbanus.
Confiteri:manifeſtare.aperie: ꝓpriū arbitrū eſt.
Conflagrare.incēdere:concremare.
Conflare in unum colligere.cōmouere.inuoluere furari.copulare.
Conflatum:inuolutum:contextum:copulatum.
Conflatorium:ubi ferrum uel argentum conflat.
Conflecta: ꝓ conflicta id eſt afflicta.
Conflictare:concertare:cōuincere.
Confligere.concertare:cōmittere.conflixi:conflictum unde conflicto as & cōflictus.i.pugna certamen.diſputatio.quartæ declinationis.
Confluere concurrere:undiq; cōuenire.
Conforaneus:unius fori.
Confodere:tranſforare.
Confoſſus:iaculatus.uulneratus.

Confraga.loca ubi uenti undiq; concurrunt ac se frangunt.
Confragosa:aspera.
Confundere:miscere.turbare.
Confusus.a confusione sceleris.
Confutere:deuincere.
Congelare:frigore indurare.
Congelasco.is.it.coit.miscet
Congerere:congregrare.
Congeries:congregatio.
Congium genus mensuræ sextarios sex cõtinens a coniungendo.i.p augumentũ crescẽdo dictũ:uñ postea pecunia beneficii gra dari cœpta cõgiariũ est appellata:quã populo romano imperator erogat.unusq; enī sui tẽporis imperator fauorẽ populi captãs adiiciebat:ut largior uideret ī donis.
Congiarium donatiuum:uel mensura liquidorũ sicut & congium.
Congredior.i.pugno.luctor concurro.cõfligo.
Conglutinare:coniungere:copulare:miscere.
Conglobare coaceruare.
Congruus conueniens.
Congrus genus piscis.
Cõniuoli:concordes.coniuncti.
Cõniuere.consentire.
Conniuẽs:consentiens. primam & secundam producit persius.
Cõniuere:oculos claudere interdum dissimulare parum dormire.
Cõniueo es niui & apud ueteres cõniuo uis conniui & connixi.
Coniicere:æstimare. arbitrari.immittere.suspicari.interponere.unde coniector.i.opinor & coniectio uel coniectura & coniector.
Coniectura:argumentatio.cõpatio.quando illa inueniunt.per quæ possit aliquid cõprobari.
Coniector uocat aruspex uel interpres:q; coniiciat i.inueniat uel interponat.
Coniectus:in uinculis missus.
Coniecturalis status est :quando factum quod ab alio obiicitur ab alio negatur.
Coniferi cypariſſi dicuntur: quia fructus eius conus uocatur
Conniti : simul niti.
Conire:simul ire:consilium accipere.
Coitio:populi multitudo.
Coniuga;connubilis:comparticeps.
Coniugatio eo q; p eã ad unũ sonũ uel litterã multa uerba iungant: docet ei in quã syllabã exeat tẽpus:ne p imperitiã quis dicat legebo ,p legam.
Coniugium est legitimar; psonar; inter se coeũdi & copulãdi affectõ idissolubilis.dictum a iugo: quo ī nuptiis copulant: ne solũ & separi possint.
Conium hærba lœtalis : quæ cum tritico generat hãc hærbã sturni uescunt:nec est eis fraudi.
Coniũctio est pars orationis indeclinabilis connectens ordinãsq; sententiã.Coniunctio dicta q; sẽsus sentẽtiasq; cõiungat.Coniunctiones præpositiuæ grauant omnibus syllabis: postpositæ uero acuunt ī principio.Coniũctio est pars orationis indecl inabilis coniunctiua aliar; ptiũ orationis quibus consignificat. huic accidit figura ordo& species:figura simplex ut at:cõposita ut atq; .Species sũt copulatiua.cõtinuatiua.subcontinuatiua adiectiua.causalis.effectiua.aprobariua.disiũctiua.subdisiunctiua.discretiua.rationalis.dubitatiua.cõpletiua.ordo.quia est ppositiua.
Coniũctiuus modus dr:qa p eũ cõiungit & suppositiua aliqd ut locutio plena sit:ut cũ dicã intẽde.
Cornix auis genus.
Cõnixa:partu liberata.enixa.a cõnitor eris.
Conon in geometra est figura:quæ ab amplo ī artum finit ut triangulum orrhogoniũ.
Conopeũ ræte:quo culices copiosi uel muscæ excludunt ī modũ tentorii:quo magis alexandrini utunt : quia ibi ex nilo culices copiosi dicuntur nasci:uñ conopeũ dicit a canopo.i.ægypto.
Conopes:culices.
Conoppi:somnia attendentes.
Conopeũ stragulũ uel ræte: quod supra lectulos nobilium tendebatur.
Conquassare:confringere:commouere.
Conquiniſco.scis:conqueri.i.caput inclino.
Conqrit.accusat:uel grauiter querelat.lamẽtat.
Conquiro ris siui tum : quod significat acquirere adipisci.cũ alio quærere : unde cõquestus lucrũ quando uero a conqueror ris deriuat cõquestus significat querelam.
Consãguinei dicti:q; ex uno sanguie.i. ex uno patris sæmine nati sunt.
Consanguinitas:sanguinis propinquitas.
Consarsum plumatum.uel acute textum.
Consistere :coniungere.inferre.irrogare.
Consciuit:intulit.consensit.
Conscius:particeps in cõscietia.habẽs aliqd testis
Conscientia:cognitio sui ispius cordis.
Conscripti milites dicunt:quia in tabulis conferũtur ab eo qui eos ducturus est. Sic quoq; patres cõscripti conscribebant:
Cõsectari:inseq frequẽter cõmune fuit antiquitus
Consectaria pernicialis.
Consecrare:deo dare.
Consentaneus a consentiendo.
Consenuit restrincta est.defluit.
Conserere.committere.interponere.
Conserta:innexa conglobata.
Consessus:spectantium turba.
Consequor:persequor. assumo.commune fuit antiquitus.
Considere:uno loco sedere.
Confideo & confido consedi faciunt.
Consisto & consto constiti constitum & constatum facit.
Consiliari:secum uoluere.iudicare:acquirere.
Consilium quod ex animi prouidẽtia alicui tribuitur:uoluntas mens.
Consipere:saporem habere.
Consisterium rupis alta.
Consisti:constipasti.
Consiturus: inserturus.

Consitū cōstipatum,umbrosum nemorosū.
Consitus ager arboribus auctus.
Consolator q soli se applicat:& solitudinem allo quio suo leuat,hinc & solatium.
Cōsolor ris,nunc deponens.antiqtus uero cōe;p quo consolo apud antiquos inuenitur.
Consularia ipsa centuriata quādo fiūt milites cō suli:uel ornamenta.
Consonantes litterę dictę.quia per se non sonāt sed coniunctę uocalibus
Cōsors dicitur quod ad eū ptinet pars bonorum nam sortem pro parte ueteres ponebant.
Cōspgo spsi:ifūdo,repleo ex cō & spgo cōspsus.
Conspicari:rimari,intendere,credere:deponens.
Conspicillo ita ut conspici possit:quod aiunt longis lineis.
Conspicuus:pulcher,altus,præclarus.
Conspirare:coniurare,consentire.
Consponsum:compromissum.
Constans dictus:q undiq; stat:nec in aliquam partem potest declinari.
Constantinopolis urbs thraciæ primū a pausonia rege spartanoꝝ condita uocata bizantiū:qd' tantū patet iter atticū mare & ppontiden.uel qd're ceptaculū terræ mariscq habeat: post a cōstātino principe magis aucta:constātinopolis dicit';& totius caput orientis,sicut occidentis roma.
Consternatus:territus:conturbatus.
Consternor aris:terreor,mente cado deponens.
Consternor eris ad terram cado.
Consternatus ,pprie mēte:stractus uero corpore.
Constellationes latini uocant superstitiones mathematicorum id est notationes syderum:quō se habeat cum quisq; nascit'.
Constips:particeps.
Costipare:inspissare.
Constitutio uel edictum dicitur:quod rex constituit,edicit uel facit.
Constructio a multitudine lapidum uel lignorū dicta & strue quod est compositio.
Consolo ris deponentes secunda longa.
Consolari:confirmare,dictū quasi consolidare.
Consobrini dicunt' q aut ex sorore aut fre aut ex duabus sororibus sūt nati,dicti quasi consorini.
Cōsuere:quādo rupta & apta quæq; texunt'.
Consueuerunt:arbitrati sunt:ordinauerunt,iudicauerunt.
Consuetio:consuetudo.
Consuescimus bona:insuescimus mala:assuescimus utrunq;.
Consuesco consueui uel consuetus sum
Consuescere:id est consuetudinem facere.
Consuetudo est ius quoddā moribus institutū qd' pro lege suscipit' cum lex deficit.
Consuetudo plurimoꝝ institutio:ritus uero ad iustitiam pendet:quasi rectum.
Consules dicti a consulendo quia cōsulebāt reip: sicut rex a regendo.Nā p.ccxliii. annos sub potestate regū multa mala perdurātes:elegerūt binos cōsules p unū quēq; annū:unū ciuilē:alteꝝ militarē q p.ccccl vii. annos regnauerūt:dicti sūt ergo uel a regēdo uel a consulēdo cūcta consilio.Idē quoq; iudices:idē & prætores nominabant'.
Consules generis masculini: uñ consularis,consule dignus.
Consulo tibi cosiliū do,nā cōsulo te interrogatiuū est & tūc habet passiuum id est consilū p te o a te
Consulere consilium petere,futura exquirere.
Consultus:interrogatus.
Consulturus:interrogaturus.
Consultum prouidentia.
Consilium placitū,inpat consulere deliberare.
Consultus dicit' causidicus;consultus etiam qui consilium accipit.
Consumare:ad finem perducere.
Consumere uero c.uorare.
Consumptus:defunctus:direptus.
Consus κωνσος:consiliorum deus:cuius festiuitates consualia dicuntur.
Contactus:inquinatus:cōiunctio a contingo gis .
Contactio:conquinatio:miseria.
Contagium morbus dictum:quia quicquid contingit poluit.ipsa inguinaria siue pestilentia uel lues dicitur.
Contaminare:corrūpere,deriuat' a tamen.
Contēnere,aspnari,nō curare:contempsi facit & contemptus,id est spretus,repulsus.
Contemplari,aspicere:rimari.Contemplo ,p cō templor reperitur.
Contēptibilis:contēptui aptus
Contendere:disceptare:pugnare;inde contentio disceptatio,pugna:litigium.
Contentus uero a contineo:id est patiens sufficiens pauco.
Contentiosus q nō rōne aliquid sed sola ptinacia contendit:unde dicit' a contendo.
Contestari ad iudices:obtestari uero ad aduersarios pertinet.
Conterminus:iunctus uicinus.
Conterminalis:confinalis.
Contern ās uitula tertium agens annum.
Conticeo,ces & conticeor ris,actiuum:inde conticesco.
Conticere:simul uel statim tacere;nihil proferre.
Conticinium noctis tempus dicitur quādo cuncta silent.
Contiguus:,pximus coniunctus,a contingo.
Contignare;comportare,coniungere.
Contignatio:coniunctio tignoꝝ.
Contineri:congredi uel coire:teneri simul:unde continentia & continua.
Continentia est post corruptionē sexus abrenunciatio:a contineo es:quod est abstinere:simul tenere.
Continens non solum in castitate post corruptionē sed ab omni uitio.
Continens dicit' perpetua terra nec ullo mari diserta:quæ epiros græce dicit'.
Contingere:attrectare:contaminare.
Contingit facto:obtigit forte:accidit malum.eu

nit casui.
Continuare:coniungere dilatate:plongare.
Continuatim:coniunctim:iugiter.
Continuo:confestim.protinus.ilico: statim.
Contiquiæ:imbrium collectio.
Contra cata κατα & αντι anti significat:& tunc est præpositio: cõponit & separat ut cõtra adulterium dico:& contradico:quando uero aduerbium est εναντιον significat:ut stat contra.
Contrahere: simul trahere abbreuiare.cõmutare
Contractus locatio uenditio & cæteræ species.cõductio.
Contribules consãguinei:dicti q̃ sint ex una tribu
Controuersia bipartita iuxta ciceronem:aut simplex est aut iũcta:& si iuncta uidendũ est utrum ex pluribus questionibus:an ex aliq̃ compatione Simplex est:quæ absolute cõtinet unã questionẽ ut corynthiis bellũ indicimus an nõ? cõiuncta fit ex pluribus questionibus hoc pacto utrũ cartha go diruat:an eo colonia deducat. Ex cõpatione utrũ exercitus contra philippũ mittat:an potius contra hãnibalem teneatur.
Controuersor aris deponens:contradico.
Contuberniũ: cohabitatio ad tempus conueniẽdi quod modo hic modo illic perficitur:unde & tabernaculum.
Contubernium quasi contabernium dicitur id est unius tabernæ.
Contudelon hærba quæ nascit in tectis græce.
Contueor eris contuitus deponens & commune id est conspicio.
Contuor eris contutus.i.defendo deponens & cõmune.
Contuer.statim.continuo.
Contum ferrũ nõ habet: sed tm̃ cuspide acuta est dicit autem a cono.
Contumax dr̃ qd cõtemnat supbus uel a tumẽdo
Contumax in superiores.
Contumelia.iniuria:graue conuicium.
Contumelios⁹ q audax ẽ:& tumet uerbis supbiæ
Contumelios⁹ q contumelias & conuicia uicit.
Contundere:frangere.domare.
Conualles depressa loca:montium interualla.
Conuallis illustris ꝓprium nomẽ est uallis.
Connubiũ.coniugiũ:a nubendo dictũ.
Conuenæ aduenæ de diuersis locis.
Conuenit ꝓ oportet impersonale.
Conuenio.alloquor.inuenio.exigo.
Conuenit cũ passiuũ reperit ꝓ exigit accipit.
Conuentus:congregatio.cœtus.
Conuenustat:adornat.
Conuerto tis nctiuũ est conuerti preteritum.
Conuertilitas:conuersio.
Conuescitur:pariter comedit.
Conuexa:extrema cæli flexa.
Conuicior aris deponens.i.exprobo.inde conuiciũ i.opprobriũ.alii cõuiciũ q̃i cõuociũ dictũ uolũt
Conuiuia a multorũ uictu epulæ:inde conuiuor: conuiuium ago.
Conuiuo ꝓ conuiuor dicitur.
Conuiua communis generis.
Conuinum genus uehiculi:quo beluacẽses utebãt
Conus est curuatura: quæ in galea ponitur:super quam christæ sunt.
Conus fructus cypressi:quod rotunditas eius conũ imitetur dicta.
Coph littera habræa conclusio interpretat uox.
Copadiũ particula carnis:quod græci copiũ dicũt
Cooperire. i.contegere:unde cooperitoriũ.i.amictus
Cooperio ui.Nam cõperio comperui facit.
Copia abundantia multitudo dicta quasi cũ opibus:inde copiosus.i.locuples.
Copia a paganis dea fingebat.
Cops id est copia.inde copsus id est copiosus.
Cophilos græce follis.
Cophinos græce corbis.
Cophinus uas ex uirgultis aptus ad aliqd mũdare
Copsa ciuitas.inde copsanus.
Coptus ciuitas ægypti.
Copulor ꝓ copulo antiqui dixerunt.
Copulare.sociare:iugare:coniungere:inde copula consocietas & copulatim.i.contexte.
Copula fœmininum singulariter. pluraliter hæc copula & hæc copulæ.
Copulatiua coniũctio est: quæ copulat tam uerba seu substantias q̃ sensũ uel sententiã:ut &.q;.atq;. qdem.quoq;.ac.ast.sed .autẽ uero.
Coquimella arbor quæ nixus dicit.
Coquo coxi facit & coctus:inde coquina a coquendo dicta.
Coqna uel culia a coquo dcã q est artifex coquẽdi
Coraustus dr̃ supior linea cuiuslibet figuræ.
Choraules princeps chori:uel q cannulis id est fistulis canit.aulos αὐλος enim græce cãnula dicitur:unde & aulodeus id est tibicen: inde & choraules:qui tibiis in choro canit.
Choraula cãtator:ꝓprie q cornu canit:uel mimus
Cora hebraice: latine corus dicit :qui est triginta modiorum.
Coragium suffragium.
Coragium uirginale funus.
Coragio pars est in ludis:quando ꝓuerbia dicunt.
Coralis.regionarius.
Coragros græce latine uilla dicit
Coraliticus:genus marmoris.
Coralium κωραλιον uirgæ sunt in mari nascentes sed detractæ fiũt lapideæ de qbus fit medicia
Coram & palam aduerbia sunt & præpositões etiã dicũtur:quia præpositiua casualiũ possunt esse: hñtq; significationem contrariam & semper in appositione sunt: sed coram magis ad personas: palam ad omnia accipiunt.
Coram ĩ præsenti in aperto:palam uero euidenter in conspectu:ablatiuo seruiunt.
Caranus proprium militis.
Coranus albus lapis durus.
Corax:coruus uetulus: nomen a sono gutturis accepit.
Corbona gazophilazium:ubi pecunia sacerdotum erat:interpretatur oblatio.

Corbis a curuatis uirgis: qb⁹ texit̃ .uel a colãdo dr̃
Corbinus: chorda multiplex.
Corbulo gestator manualis: & latuarius.
Corcyra ciuitas optimi uini ferax: insula græciæ.
Corculum. paruum. cor dimunitiuum a corde.
Corculus: id est lebæus a corde dictus: ipse ẽ & tad dæus: ipse est & iudas iacobi: quẽ ecclesiastica tradit historia missũ edissã ad abagarũ regem.
Corclauia: interior cella.
Cor cordis apud latinos dicit̃ a græco deriuatum quod cardian: κραδιαν eni dicunt. In eo omnis sollicitudo & scientiæ cã manet: qd̃ ideo pulmoni uicinũ: ut cũ ira accendit̃: pulmonis humore mitigetur.
Cor cordis: inde deriuat̃ corculũ: cõponit̃ excors uecors: unde uecordia. Socors & cõcors: unde concordia & socordia: & cõcordo as. cõcorditer discors: discordia. duricors grauicors. Cura etiã. uñ curiosus: curiositas: curia: curialis: curialiter: curiatim. curo as componit̃ decurio. incuria. securus securitas: custos dis: custodia id est cũ cura statio. Augustinus.
Cor cogitationes significat.
Cordapsũ: id est ileon: qd̃ est dolor intestinorũ:
Cordatus: gnarus: conueniens.
Concordatus uel q canit cũ cordis: uel q facit illas
Cordipũgus uersus uel quodlibet corda pũgens.
Cordum serotinũ: quod tarde nascit̃.
Chorea sonus ludoꝝ cãtus uel carmina dr̃ a choro
Chore interpretat̃ caluicium uel caluaria.
Choreph caluaria uel campestria interpretat̃ lumbaria uel tegumenta.
Corregionales: ex una regione.
Corepiscopi sũt uicarii episcoporꝝ ꝓpter solicitudinẽ pauperũ in uillis & in uicis cõstituti. gubernant sibi cõmissas ecclesias hñtes licentiã usq; ad subdiacones constituere.
Corydalus: genus quoddam uolatile.
Corydalis species auis quasi dulce canens dicit̃.
Corium pellis byrsa: ꝓprie dicit̃ cũ pellis detracta & subacta est.
Coriambus pes ex longa & duabus breuibus & lõga constat: temporꝝ sex. ut armipoteens.
Coriambus dictus: quod ex hoc pede carmẽ cõpositum choris aptissimũ est.
Coriandrũ quod græci corion uocãt: cuius sæmẽ dulci uino datũ ꝓniores reddit ĩ uenerẽ: si supra modũ dederis amentiã facit. ĩ cibo sumptũ cale facit & stringit: & somnũ facit.
Coriales: ciuitas uolscoꝝ optima.
Corymbantes dii paganoꝝ: latine ministri matris deum ipsi & dæmones.
Corymbanta: ioculator.
Corycus est ciuitas ciliciæ: inde corycius.
Coritiũ ciuitas fuit piratarꝝ: ubi famosissimũ est antrum id est templum.
Coricula: initia infantium.
Conficina: macellum.
Corrigiæ a corio uel a colligãdo q̃si colligiæ dictæ
Corylus species arboris nux auellana.
Corylus per y scribit̃ a κορύλου inde columus.
Corymbata: nauis.
Corymbus κορυμβος cacumen.
Curymbi hederaꝝ baccæ: uuæ uel anuli uitiũ qui eas ligãt ad pallos.
Corinæus unus equoꝝ solis.
Corinis mater æsculapii.
Corytheũ commixtio omniũ metalloꝝ dictum a corynthο quã dũ hannibal cepisset omnes statuas omnium metalloꝝ in simul conflauit. unde si quid ex ipso uel simile illi fit hoc nomẽ habet.
Conrynthеus genus lapidis.
Corynthus urbs quã corynthus orestis filius nobilissimã græciæ ædificauit in achaia.
Coriri: subito nasci. uel simul.
Coriosum: uestitũ.
Coriolũ: spuma corio uestita.
Corion hærba: quam nos cimiciam dicimus sẽrii marubium.
Corrigibilis: habilis ad corrigendum
Corripere: reprehendere. simul rapere.
Coris κῶρις græce seorsum.
Coris κορῦς, ρεος. cimex.
Corrigere: emendare.
Coritus ciuitas tusciæ.
Corita: equus masculini generis.
Coriolum ciuitas: unde coriolanus.
Coritus auus dardani.
Coritus mons ethruriæ a corito dardãiæ uitrico.
Corium a corrigendo dictũ. inde corrigia corrigarius componit̃ excorio as cortex.
Coryza κορυζα mucus nasi cũ infusio capitis ĩ os uenerit & præfocationem narium fecerit cũ strenutatione.
Corineus: aceruus lapidum
Corneliana genus carthæ a cornelio.
Cornus & cornu idem significant: ponit̃ etiam pro extremitate exercitus. i. alis. hic cornus huius cornus genus tubæ. antiqui uero hoc cornuũ dicebãt unde adhuc cornuoꝝ dicunt & nũc dicimus hoc cornu huius cornu: & hic cornus huius cornus uñ cõponit̃ secũdæ declinationis capricornus ni
Cornus uero fœminini generis genus arboris est cuius fructus hoc cornũ facit. Inde corneus a um inde cornetum: locus ubi sũt corni: dicta cornus ꝙ similes cornibus ramos habeat secũdæ & quartæ declinationis dicit̃ esse a prisciano.
Cornix auis species: quæ dicit̃ uiuere ad millenarium: unde cornicorris quasi cornix inepte & importune loqui. deponens est.
Cornix plena uoce pluuiam uocat.
Cornicen: qui conu canit:
Cornificum ꝓrium oppidi.
Cornipes equus sonipes: quia corneũ habet pedẽ.
Cornipeta cornu appetens bos.
Cornua significãt sublimitates superboꝝ Aug:
Corona generaliter dr̃: diadæma uero specialiter: nã est gestamen regi capitis: corona uero quorũcũq;. dicta a corrigo uel q̃si capitis tota.
Corona circulus capitis græce antyx αντιξυοσ

dicit.inde coronare.i.redimere.uelare.
Corona signū ē ariadnes liberi uxor ab eodē iter sy dera collocata.dicit liber hanc coronā ei dedisse.
Corollariū dicit.unde corona meret dictū q; coro nam ferat.uel circunlocutiua ostensio ab ambitu coronæ quod dā ornamentū:præmium.
Corollarium quasi coronæ.i.pmii illatiuum:sicut collarium quod est in coll o.
Corpulentus dictus: q; sit corpore ualidus & len tis carnibus.
Corpus ꝓprie dicit quicquid p quinq; sensus cor poris capit uel sentit
Corpus a corrumpendo dictū uel quasi cordis pus i.custodia: uel q; corruptū pereat uel corā posi tum:unde deriuatur corporeus corporalis corpu sculum diminutiuū & corporo as actiuum.
Corpus ut dicit macrobius aliud dicitur solidum quod trina dimensione distendit solummodo.i. longitudine latitudine ꝓfunditate.id est altitudi ne:ut bis bini bis:aliud mathematicū:quod geo metræ sibi ꝓponunt cogitationi tantū subiicrēda nō sensui:ut punctū:qd indiuiduū corpus dicūt & linea.i.corpus unius diuisionis.i.tantū p longū atq; superficies:quæ duabus diuisionibus æstima tur longo latoq;:sed alto caret. hæc superficies si duplicet:ut adiiciat ꝓfunditas:so lidum corpus efficit: quod octo angulis cōtinet quod uidemus in tessera: quæ cubos dicitur.his geometricis rationibus applicat numerorum mo nas & punctū putat quia sicut punctū corpus nō est:sed ex se facit corpora.ita monas numerus nō est origo numerorū.primus ergo numerus in duo bus est:qui similis est lineæ de puncto sub gemi na puncti determinatione ꝓductæ: hic numerus geminat⁹ efficit quatuor ad similitudinē mathe matici corporis quod sub quattuor punctis lōgo lateq; distendit.
quaternarius quoq; geminatus octo efficit:qui nu merus solidum corpus imitatur quod dicunt bis bini bis:eodem modo fit ex impari.
ter terni ter.
Corpus est quicquid maioribus uel minoribus suis partibus maiora & minora locorum spatia obtinē tibus constat.
Corporeum;quod constat corpore;ut animal.
Corporatum: quod sine corpore est: nec tamē nisi in corpore ut color.
Cohors q;gentorū militū numerus a cohortando.
Corsica insula a duce suo corso dicta multis ꝓmō toriis angulosa.hæc habet ab oriente tyrrhenū:a meridie sardiniā:ab occasu insulas baleares:a cir cio & septentione lygusticū sinū.
Cortina ab aliis Cortyna ciuitas cretæ.
Cortinæ a coriis quibus prius fiebant dictæ id est pellibus.
Coorta:simul nata.uel subito.
Cortex cis liber dictus quasi corium tegens.
Corus uentus: qui ab occidente flat inter fauoniū & circiū dictus q; ipse uētorū circulum claudat & q̄si horū faciat.hic aūt carus uel argestes dicit.
Corus dicit & coaceruat nubila.
Corus dicitur circulus hominum coniūctorū.i. ordo cantantium:dicitur a culuo is:inde deriuat chorea.
Corus mēsura.xxx.modiorū q hebraice cora dicit
Coruus in tutela apollinis cum ab eo missus esset cum cratere ad fontem inueniens ficus nōdum maturas expectauit donec matureſcerent: unde fit:ut quandiu ficus nō coquantur:bibere nō possit.uel quia matrem coronida æsculapii phœbo ꝓdidit ex quo prius candidus est factus niger.
Coruus siue corax κορακ nomen a sono gutturis habet:fertur autem q; non prius plene præbeat escam pullis suis: donec uideat similitudinē sui nigri coloris.
Coruinus niger similis coruo.
Coruscus.splendidus:uibrans.inde coruscare splē dere.flagrare.
Corruere:simul ruere.cadere.
Corrumpere.frangere:diuirginare.deuitiare.infi cere morbo.uel malis moribus polluere.
Corruptela corruptio a corrumpo.
Cossi uermes in ligno:qui & teredones dicunt.
Cosmetæ dicunt ornatrices crinium a comando.
Cosmus mundus ab ornatu.Nam cosmos græce or namentum dicit.
Cosmopeia:mundi fractura.
Cosmographia:mundi discriptio.
Cosmus fuit unguentarius.
Costæ dictæ:q; ab ipsis interiora custodiant.
Costi græce dicuntur qui in extremis partibus ex ercitus maiores creant:dicti q; castra ducant.
Costum:radix hærbæ.species aromatica.
Cossum:rugosum.conrractum.curuum.
Cos cotis fœminiuū est: ꝓprie uero duri lapides cotes appellant quasi cautes.
Cotana genus fructuū scilicet nucum.
Cote:incisio græce dicit.
Cotei κοτος ira & κοτεω irascor iracundi.
Cotes ꝓ cautes dicimus.
Coticula in qua circunducta collyria resoluunt. erat enim lenis.
Cotila:emina.in ezechiel.
Cotilon cyathus.
Coti lunacii.
Coticio ad comminandum.
Cotis dicta q; ferrum ad incidendum acuat.
Cotis dignitas corporis.
Cotizon:rex dacorum.
Cotula est hemina hñs cyathos sex.cote.n.græce i cisio dicit:quia igit a sextario in duo æqua diui ditur cotula dicit.
Cotyla κοτυλη coxa.
Cothurum altum.uel supbia.fastus.
Cothurni tragica calciamenta:qbus calciabant di cturi in theatro alta uoce ꝓsimiles crepidibus.hi calones dicunt.
Cothurnus uenaticū & agreste calciamentū utriq; pedi conueniēs:uñ siqs duobus discordātib⁹ fue rit amicus cothurnus κοθορνος dicitur.

Cothurnix græce dicit hortyx.
Cothurnices a ſono uocis dictæ: quas græci hortygas dicunt: eo q uiſæ prius fuerint in ortygia. cibos gratos hñt fœmina uenenoꝝ: & hoc animal ſolum morbum caducū patit ut homo.
Couenum: indigeſtio.
Couium inane uel uacuum.
Choū uinū uel unguētū de coo inſula maris ægæi
Chous eſt quod cælū continet uniuerſa creatura.
Coxæ dictæ quaſi conjunctæ axes. in ipſis eni capita femoꝝ iunguntur.
Coxa: femur: pena.
Crabor uermis dictus a cabone: ex quo naſcitur id eſt ab equo.
Cragentes: graciles.
Crapula īmoderata uoracitas dicta quaſi cruda epula: cuius cruditate cor grauat & ſtomachus digeſtus efficit. Eſt autem uini cibiq;.
Crapulor aris deponens.
Crapulari. ſuperflue manducare. bibere. inebriari
Craſſa: pinguis. fœcunda: ſpiſſa.
Craſſus: ſagina corporis. pinguis. a creando carnes dictus.
Craſſor. ris deponens. deprædari infeſtari.
Craſſari corporis eſt & ſaginæ; graſſari uero animi & crudelitatis.
Craſſator: depredator. latro.
Cras ad tempus futuꝝ pertinet. ex quo craſtinus nanum: & pcraſtino as.
Crater uas uinariū facit ἀπὸ τοῦ κρᾶτειν id eſt tenere. hic crater græce latine hæc cratera declinatur ab accuſatiuo græco.
Crater uel cratera filia uel uas hñs tres urnas.
Desidere:deorsum abire.
Desiderare:auide petere,uel amare.
Desiderium ẽ rei absentiũ & nondũ adeptæ.Cõ cupiscentia utrorũq; amor auiditas.
Desiduus:diuturnus.
Desidescere:negligenter agere.
Desidia: ignauia,pigritia corporis a ualde sedẽdo dicta.
Desino nis desiui:cessare significat refluere,pedẽ retrahere.
Desilire:descendere.
Desios perinthios lingua nouember mensis.
Despere:de sapientia exire,delirare:uñ desipisco
Desirum:prosperum bonum.
Desituata:delinita forma.
Desitescere:contemnere.
Deesis græce deprecationes.
Desmo δεσμω græce cõiũgere uel ligare uñ decẽ
Desnas denas.
Desolare:solum relinquere.
Desolatus:de solo eiectus:inops. deiectus.
Desor:dissimilis forte.
Desperatio dicit q̃ desit sibi spes ꝓgrediẽdi:quia qsq; pctm̃ amat:futuram gloriam nõ sperat.
Despicere:contemnere,uel deorsum aspicere.
Despectare:frequenter aspicere.sine spe fieri.
Despicor cõe antiquitus inde despicabilis.
Despina δεσποινα græce dominatrix.
Despotes dominatores græce δεσποτης δεσποω dominor græce.
Despondere:ualde promittere.
Despuere:reiicere.
Desponctores:debitoꝝ expositores.
Desta:degustata.
Detestare:ualde stare.
Desto as destiti,quod est cessare.
Destinare:inceptare:designare,deputare.
Destituere deserere.
Destinæ:furcæ.
Destrictus:iratus:seuerus,potens.
Desudare:elaborare,deponere sudorem.
Desueta:non assueta,de usu tracta.
Desultores dicunt q̃ olim prout quisq; ad finem cursus uenerat:desiliebat & currebat.
Detego gis detexi detectus:apertus,publicatus.
Deterior a bono detractior a malo peior,hic malus ille peior.inde deterioro as aui.
Deterior & deterrimus a deter.nã antiq a deter sicut a sub subter.alii a detero uerbo id ẽ deprimo
Detestor cõe antiquitus:id est execro,maledico.
Detestabilis:extra testimonium.
Detractare:derogare,dedignari.renuere.
Detractatio:alioꝝ bene gesta in malũ mutare,uel minuere.
Detractor:qui detrahit.
Detrahere:lædere cauillare.
Detrimentum:damnum,iactura.
Detrudere:excludere,propellere.
Detrusus:inclusus,expulsus.
Deuaricare:prouehere:dissimilem reddere.
Deucalion filius promethei frater pyrrhæ uel maritus:duo.q ĩ diluuio a pagãis remansisse dicũt.
Deuerticula:semitæ peruersæ a deuertendo:deflexio deuia in alteram uiam uel dies uertentes.
Deueho is deuexi deuexũ.id est declinatũ ꝓnũ.
Deuia:loca secreta,quasi sine uia.
Deuns deũcis q & bes dicit dictus q̃ de asseuncia.minuit id ẽ undecĩ ad.i.quiq; sic scribit fff.555.
Deuoco accuso.desuper uoco.deduco.
Deuorare:consumere dissipare.
Deuoueo es deuoui deuotum:debitũ destinatum
Deuouere:destinare:maledicere.ide frequẽtatiuũ deuotare;per furorẽ maledicere exprobare.
Deuotio:timor & obseruatio.
Deus siue dominus dicitur : uel q̃ timeatur a cunctis uel q̃ dominetur omnibus.
Deus & diuus ita distinguitur: deus semper est,diuus uero fit.
Deus hebraice:latine dicit timor: q̃ ab omnibus timeatur:græce theos : qa theoro θεωρω dicit ui deo:q̃ cũcta uideat:theo θεω quoq; dicit curro. qa cũcta percurrat:ũde deus dicimus protheos.
Deuteroganiæ secundæ nuptiæ : gamos γαμος enim nuptiæ interpretatur.
Deuteronomion græce interpretat secunda lex id ẽ repetitio & euangelicæ legis ꝑfiguratio quæ sic ea habet quæ priora sũt:ut tamẽ noua sint omnia quæ in eo replicantur.
Deuterosis græce nouitas.deuteres renouationes.
Deuulgare:publicare.propalare.
Dexia.δεξια græce dextera.
Dextranx nel decunx dictus qa decem unciis stet uel constet:quiq; scribitur.555.
Dexter : propitius, proper.fauens:facitq; dextera dexterum.
Dexrera manus dicitur a dando uel quasi dans extra:Ipsa enĩ pignus pacis datur:ipsa fidei & salutis testis adhibetur.
Dextera a dexia græco deriuatur.
Dextra significat fauorẽ & propitiationem. Aug.
Dexter dexteri & dextri: uñ & a gtõ fœminiñ deriuat dextra & dextera :sicut liber liberi libera.
Dextri dicuntur passus mẽsurandi apud quosdã.
Dextralia:brachialia.genus ornamenti commune uiris & fœminis: ante manichas portantur iungũt uno clauo.
Dextrariola:armillæ.
Di dis eandem significationẽ habent.& sunt separatiuæ:ut diuido distraho : qd' dia apud græcos facit.Sciendũ tñ q̃ dis tũc ꝓponit: quãdo seqt c.f. p.f.t.uel.i.consonãs: ut discũbo differo disputo. dissẽtio.distraho disiũgo. Aliis uero qbuscũq; cõ

ſonãtibus di præponit. ut diduco. dimitto. & di gero. diluo: & ubiq; di producit: excipit dirimo & diſertus.
Dia generoſa. dio διο græce duo.
Dia per uel propter.
Diabetes paſſio ſimilis hydropi.
Diabolus hebraice dicit deorſum ruens.
Diabolus criminator.
Diacaſon frequẽter ſurgẽtes & ſedẽtes ĩ poplite.
Diacodion dicta q̃ ex codia id eſt papauer fiat.
Diacon græce: miniſter id eſt diaconus.
Diaconium græce miniſterium.
Diathece διαθηκη teſtamenta.
Diadema uitta capitis regis: ſpecialiter eſt geſtamẽ regii capitis.
Diadema ornamentũ capitis matronarũ: quod retro aſtringit: & ex inde dr̃ græce q̃ pliget: fit aũt ex auro & gẽmis conteſtũ: & circũactis extremitatibus retro aſtringitur.
Diaphne ueſicæ paſſio ex urinæ frequẽti dimiſſione: nihil enĩ tenet.
Diaphonia organum dicitur.
Diaphonia uoces diſcrepantes.
Diaphoros græce differens.
Diaphoreſis per quam fit differentia.
Diaphoreticum id eſt cardiacum.
Diagonum linea ducta ab angulo ĩ angulum ſic.
Diagnoſticon græce cognoſcentium.
Dialabis cõſtitutum imperatorum ſiue diathete.
Dialectica eſt diſciplina ad diſcernẽdas rerum cauſas. intellectum mentis acuens. ueraq; a falſis diſtinguens: dicta q̃ in ea de dictis diſputetur. nam διαλεξις græce dictio dicitur.
Dialyton uel aſyntheton .i. ſolutũ eſt figura quæ ſine coniunctionibus effertur: ut uenimus uidimus placuit.
Dialogus duorum diſputatio uel plurium. Nam dia duo: logos ſermo græce interpr̃at diſputatio
Dialogus capitulidictio delectabilis.
Diamaron a ſucco myrrhæ dicit: ex quo conficit
Diameros perſona comica mitrata.
Diameros p̃ſona de diebus biduum.
Diametros generis fœminini.
Diametrus circuli recta linea p̃ centũ dicta in duas æquales p̃tes circulum diuidens ſic.
Dia localis p̃poſitio per ſignificat: ut διαρενω diareno græce id eſt prũpo uel duo uel de uel trans uel iter ut diarenas διαρενασ interrũpis
Diactoros: internuncius.
Diacorema: intercapedo.
Diaſtema: interuallum.
Diaconizo: tranſ ueho.
Dia græca p̃poſitio p̃ caſuali accipit: ut eſt ꝓpter.
Dianoeas id eſt ſententiæ.
Diapaſon muſicæ artis ſymphõia: conſtat ex qnq; tonis & duobus ſemitonis id eſt de diapẽte & diateſſeron. dicit uero diapaſon de octo: quia octo uoces habet.
Diapaſon interpretat de octo ꝰ quia omnes habet uoces: uel qa cithara antiqua octo habet chordas
Diapente ſymphonia eſt quæ cõſtat ex tribus tonis & ſemitono: habet aũt quinq; ſonos inde & dicit
Diaploſiono id eſt dupla ꝓportio.
Diaphonia id eſt diſſonantia.
Diaporeſis id eſt addubitatio: ut quo me uertam neſcio.
Diapſalma ſcd̃m quoſdã hebraice intepretat fiat græce uero ſignificat interuallũ pſallendi id eſt diſiunctio uocũ: ubi quædã requies diſtinctæ cõtinuationis oſtenditur.
Diapſalma in hæbreo ſella hoc eſt ſemp & iugiter, Item & diapſalma: quod eſt pauſatio.
Diapſalma ſignificat interuallũ: ut tamen pſalma ſit quod pſallit: & ſignificat qd̃ illa qbus interponitur ſunt ſempiterna. Diapſalma: conuerſio ſenſuum. uel perſonarum.
Diaquili dii inferi. Aqlos enĩ nigros dicebãt antiq.
Diarium cibus unius diei.
Diameron biduum.
Diaſchizo διαχιζω græce diuido.
Diarrhoea διαρροια lyenteria.
Diarrhoea iugis uentris curſus quotidianus.
Diaſirmos figura ea quæ magna ſũt uerbis minuit aut minime extollit.
Diaſirmos eleuatio uel impreſſio: cum quæ ab aduerſariis dicuntur diſſoluimus.
Diaſpermaton dictũ: qa ex fœminibus componit.
Diaſtaſis græce diſſenſio animæ uel ſeditio.
Diaſtema interuallum uocis ſpatium ex duobus uel pluribus ſonis mutuatũ: uel certe tractus pronunciationis.
Diaſtole id eſt diſtinctio dextera pars circuli: quæ ſuppoſita uerſui contraria ſeparat.
Diaſtole græce latine interdictum. eſt aũt nota ad pedem litteræ poſita: quæ male cõiuncta ſeparat ne puer legens erret.
Diaſtolen græci dicunt diſcretionem.
Diateſſeron ſymphonia conſtat de duobus tonis & ſemitono. habet uero quattuor ſonos: unde dicit diateſſeron id eſt de quattuor ſonis.
Diatypoſis eſt deſcriptio: cum rebus pſoniſq; ſubiectis formaſq; & habitus attribuimus.
Diatypoſis græce expoſitio.
Diati græce ꝓpter quid. Dioti relatiue cauſatiue qm̃. priſc.
Diatome id eſt media ſectio.
Diatoniũ tertium genus muſicæ durum.
Diatrihæ: diſſenſiones uel diſputationes ſiue locus conflictus: ubi diſcunt diſcipuli.
Diatritum id eſt abſtinentia tridui ad cognitionẽ febrium.
Dibulatio deſignatio.
Dico as caui penultima breui ad dicationẽ diis dona confero: deo cõſecro. Dico uero dicis penultima ꝓducta id eſt loquor.
Dicax: loquax: urbanus q̃ uerbis bene loquit.
Dicibile eſt quicquid uerbo non aures ſed animus ſenſit: & de ipſo animo tenet incluſum.
Dicit q̃ ſemel nunciat. dico græce λεγω.
Dica charta a dicendo.

Dico cis:inde dictum deriuat.i.dictio rationis.
Dicax cis:dica dicæ:dicto as: a quo dictito as dicta men:dictator dictatoriũ dictatura cõponit addi co iterdico dedico prædico iudico cõdico.
Dico cas cõponit inde abdico cas: prædico cas:dedico cas:indico cas:uendico cas:uindico cas uindicta.Index indicium: maledicus causidicus ueridicus falsidicus oium penultima longa.
Dciop c solam potestas conditio imperium.
Dictio uero per ct pars quælibet orationis ut nomẽ & uerbum.
Dichis græce latine fortitudo.
Didux uocabitur antichristus: cuius numerus est dclxvi.per litteras græcas
Dichos λικῶσ bifaria.
Dicolos duoꝝ membroꝝ diuersitas.Dicendi tria sunt genera:dramaticon.exageniaticon:micton.
Dichroæ.id est breues longæ bitemporeæ.
Dictæi dicunt cretenses:nã dictæus est mons cretæ aut in quibus dictamus abundat.
Dictatura ultima potestas imperatoris censoris.
Dictatores:quinto anno post reges expulsos:romani aduersus generũ tarquini creauerunt. hi quinquennii temporis imperio utebant.
Dictatores dicti quasi principes & præceptores:uñ & edicta dicuntur.
Dictæus mons cretæ:unde dictamus dicit.
Dictamus hoc est pulegium agreste uel polegium martis:quia tæla excutit. dictus a dictæo monte cretæ:qui similitudinem habet polegii.
Dictum dicto as:dicturio.
Dictus participium pro dictatus.
Dictyma dicit diana a græco λικυον id est ræte quia sit dea uenatorum.
Dicubilis loquens.
Didascalus græce magister.doctor.
Didascalium magisteriale.
Didascalicon doctrinarum.
Didens firmus robustus ingens.
Didoneus uiuax ualens.
Didyma mons phrygiæ insula.
Didymaoneas artes quas didymaon fecit.
Didymus græce thomas apostolus dictus est:quia diu hæsitauit in fide:
Didymus græce similimus scilicet dñi uel dubius
Didit:diuulgat:diffamatur.
Dido beli filia de phœnicia fugiens pigmalionem fratrem suũ:qui sicheũ maritũ suũ interfecerat carthaginem in africa condidit.
Didomi λιλωμι græce do.
Didrachma duæ drachmæ uel mensuræ sex scrupuli.
Didragmaton: genus poematis in quo poeta nunq̃ loquit:sed psonæ subintroductæ.
Diducere:diuidere.
Diecula diminutiue parua dies.
Diennium:biennium.
Dies dñr a diis:quoꝝ nomina romani q̃busdã syderibus sacrauerũt,uel q̃ discernãt lucẽ a tenebris.
Dies inde deriuant diecula diescit: diare diurnus diuturnus,nitas:diuitius diutissime cõponit meridies redimo dispiter hodie hodiernus quotidie quotidianus.pridie perendie postride:biduo biduãus. triduo triduanus:die & nocte:aut interligitur sine intermissione,aut i lætitia & tribulatione.Aug.
Dies significat cõtinuationẽ: aut p tempore ponit
Dies significat xpm,spũs spũalem Aug.
Dies inchoat secundũ ægyptios ab occasu solis:secundũ persas uel chaldæos ab ortu. Secundum athenienses a sexta hora diei.secundũ romanos uero a media nocte icipit:ũde & gallicinĩ gallorum est:quoꝝ uox diei ostendit præconiũ.
Dies legitimus.xxiiii.horaꝝ est usq; dũ dies & nox spatium suũ pficiant id est ab oriente ad occidentem: & iterũ ad orientem. Abusiue tñ unius diei dicit spatium solis ab oriente in occidentẽ.uocat autem dies a parte meliori.
Dies fasti dñtur:qbus ius fas. Nefasti qbus nõ fas
Dies feriales in quibus res diuina fit:& abstineri a litibus conuenit.Profestis hi sunt contrarii. Atri dies,q cõmunes dñtur.Syderales qbus sydera mouent.& a nauigatiõe hoies excludunt.
Dies pro tempore melius fœmininum dicit:licet masculinũ reperiat:nam de certo die tm̃ masculinum utendum est.Ser.
Dies in singulari masculinũ & fœmininum.in plurali masculinum tm̃: & masculinum certũ tẽpus significat: fœmininum autem incertum tempus significat.ut longa dies pro tempus.
Diesis est spatia quædã & deductiones modulandi
Diesum ueteres uocabant semitonium,nunc uero sonũ semitonio minore.
Diesis medietas semitonii.
Diesis certa subductio uocum:qñ antiq aliquid de integro tono diminuebãt:qd̃ fiebat solum i productione quartæ uel quintæ uocis ad aliam.
Diespiter:diei pater. Iuppiter.huius diespiteris & diespitris.
Diæreses:sectiones.
Diæresis:discissio syllabæ unius in duas.
Diæro:diuido græce.
Diæta obseruantia legis & uitæ uiuendi regula.
Diæta uitæ usus uel ordinatio ciboꝝ: medicina instituta: quid ægrotus debeat obseruare.
Diætici regulares.
Diezeuxis disiunctio dicit.
Differentia est qd̃ de pluribus specie differẽtibus in eo quod quale sit in substantia prædicat.
Differre:dilatare.i posterum dimittere.
Difficile:arduũ:asperum.
Difficulter:raro:tarde.
Diffitetur:negat.abnuit.contradicit reclamat desicit diffutat disceptat.
Difitiscit dissoluit.aut marcescit.languet arescit.
Diffũdere:dilacerare:dispgere:impartire.alloq.
Digamus secundæ uxoris maritus uel duaꝝ.
Digamiæ:secundæ nuptiæ.
Digãma:figura dicta q̃ duas habeat gammas sic F
Digerere:dispõere.collocare.cõsũere:exprimẽ.

Digeſtum.ordinatum:expoſitum:exhalatū.
Digitamentis id eſt liberis pontificalibus.
Digitabulum:digitum.
Digiti dicti quia decem ſūt:uel quia decēter iūcti ſūt.primus dr pollex.q; inter cæteros polleat.Secundus dicit' ſalutaris uel demōſtratorius: qa eo ſaluramus uel aliqd demōſtramus.Tertius impudicus.q; p eum ꝓbri infectatio plærūq; exprimit' Quartus anularis.q; in ipſo anulus gerit'.Idē & medicinalis:q; eo tanta collyria a medicis colligūtur.Quintus auricularis: q; eo aurem ſcalpimus.
Digitus minima pars agreſtium menſurarū.habet grana ordei quattuor.
Digitus ſignificat ſpiritum ſanctum uel eodem repletos.Aug.
Digma urina.
Dignitas eſt alicuius hōeſta auctoritas cultu honore uerecundia digna.
Dignitas decus nomē.laus.gloria.ſummus honor
Dignor aris cōe antiquitus pro quo digno.
Dignari id eſt dignū habere.inde deriuat' dignus gnior ſimus:dignatus dignatio dignitas dignāter cōponit' dedignor indignor indignus condignus.
Dignū:æquum.congruum:competens.
Digreſſi:abinuicem ſeparati.
Dii uel dei quos pagani deos aſſerunt homines olī fuiſſe ꝓdunt':& ꝓ unius cuiuſq; uita a ſuis poſt morte coli ceperūt apud ægyptū Iſis.apud cretā iuppiter.apud mauros uiua.apud latinos faunus apud Romanos :qrinus: apud athenas minerua. Apud ſamum Iuno.paphon uenus.apud lemnon uulcanus.apud naxon liber:apud delō apollo.In quoꝝ etiā laudes poetæ carmina cōponētes in cælos eos ſuſtulerunt. Nā quorundā adinuentiones artiū & culrū peperiſſe dicunt' ut æſculapius medicinā.fuerūt etiā uiri fortes: aut urbium conditores:quibus mortuis homīes q eos dilexerunt ſimulacra fixerunt:ut haberent aliquod ex imaginum contemplatiōe ſolatiū:ſed paulatim hic honor ſuadētibus dæmoniis ita ī poſteros irrepſit ut quos illi ꝓ ſola nominis memoria honorauerunt:ſucceſſores deos exſtimarent atq; colerent.
Dilapidare:.errogare.deſpicere:.pdigere.ſternere lapidibus.
Dilapidata: lapidibus ſtrata uia.
Dilatare:differre.prolongare.
Dilatatus:diues factus.
Dilatator:qui differt.delator qui ꝓfert.
Diligere amare.duos ligare.
Dilectio dicitur q; duos in ſe liget :nam dilectio a duobus incipit:quod eſt amor dei & proximi in bonis tantum accipi ſolet.
Dilema græce cornutus:ſylogiſmus latine.
Dilibuit unguento unxit.per di ſcribitur.
Dilibuntur: unguntur oleo.
Diligare probare.
Diligentia eſt quarta conſeruatio ſuorum.
Dilituit latuit: indē delitеſcere latere.
Diliophō dr ibis quaſi dilia ΔΕΙΛΙΑΦΙΩΝ ophion: id eſt formido ſerpentium.
Diliuuinm dictū q; omnia aquis deleat. Primū diluuiū fuit ſub noe toto orbe. Secundū in achaia Iacob patriarchæ & ogygi temporibus. Tertiū in theſſalia Moſæ uel amphionis tēporibus. qñ maiorē partē populi aſſumpſit paucis p refugia mōtium liberatis:maxime ī monte parnaſo:in cuius circuitu deucalion fugit cum pyrrha.
Diluuiū græce cataclyſmus.latine tempeſtas.
Diluere:pmiſcere:unde & diluuium.
Diluere:diligēter purgaſ:& multū lauare:tēpare
Dilucide:diſerte plano ſermone.euidenter.
Diluculo dictū quaſi iam incipiens parua diei lux i.aurora.aduerbium temporis.Diluculum uero nomen eſt.i. aurora.
Diluculaſcit.diluceſcere incipit.
Dimenſio:largitio.diſtrubutio.
Dimenſus:ſeparatus.menſuratus.
Dimetiri.largiri.diuerſis menſuram tribuere:diuidere.efficere.ſeparare.
Dimicare.armis pugnare.
Dimidiare:diuidere:medium efficere.
Diminutiuum eſt: quod diminutionem ſui primitiui abſolute demonſtrat:ut rex regulus id eſt paruus rex. Deriuantur plæraq; ab appellatiuis. pauca a propriis: ut Sergiolus.antoniaſter & ſeruant genera primitiuorum plærūq;:præter ranūculus ſtatunculus: canicula & ſcutula.& ſcutella quaſillum .piſtrilla:aculeus.anguilla:ungula nubilum pannicula: glandula: enſicula. betatius. Maluatius.
Dimouere:diſiungere:diuidere deducere:
Dimus.bimus.
Dynamedia poteſtas hærbarum id eſt uis & poſſibilitas.Nam in hærbarum cura uis ipſa dynamiſ ΔΥΝΑΜΙΣ.ūde & dinamedia nūcupat':ubi eoꝝ medicinæ ſcribunt'.
Dina:proprium nomen filiæ Iacob.
Dina tranſfertur in cauſam.Iurgii enim in ſichimis cauſa extitit.
Dindyma mons phrygiæ.pluraliter declinatur.
Dinumerare.diligenter deſcribere.numerare.
Dicæoſyne ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ græce iuſtitia.
Dioceſis ΔΙΟΙΚΗΣΙΣ græce gubernatio :& hoc nō ſecundum proprietatem uel poteſtatem: ſed ſecundum affectum.
Dicein ΔΙΩΚΗΙΝ conſectari.
Dioclis:qui docet.doctor.
Dyo ΔΥΟ græce duo.
Diomedem pagani deum aſſerunt:cuius ſocios in auef conuerſos ita ſe ludificare dicunt: ut ſuis id eſt græcis colla dant:alienos uerberent:& ad templum diomedis roſtro aquam portent.ſed hoc fingunt uel ſi aquam portant uel tale aliquid ludificationibus dæmonum fit:qui eos a ueri dei cultu abſtrahunt.
Diomedeæ: aues diomedis græce dicuntur heroidios.
Diomedis urbs in apulia.
Diometria diſpenſatiua ordine ſapienter diſpoſita ſcien ia eſt.

Dione ꝓprium mris ueneris. & pro ipsa uenus.
Dionæum uenerium una cycladum.
Dionysia liberalia græce sacra liberi.
Dionysia gemma nigra mixta notis rubeis.
Dionysius byzantinorū lingua februarius mensis.
Dios græce latine dicit Iouis id est clarus. dios nouember mensis lingua macedonium.
Dios mensis martius bithynien sium lingua.
Dioscoria urbs colchoꝝ: quā āphitus & circius aurigæ castoris & pollucis condiderūt: & ab eis nominauerūt. Nam græce dioscori castor & pollux dicuntur.
Diota uas habens duas auriculas.
Diouolares: uilissimæ meretrices parui stipendii uel diouolæ.
Diotrepes: hæresiarcha interpretat speciosus īsulsus: uel decor insaniens.
Diple nota quā scriptores apponūt in libris ecclesiasticorum ad separanda uel demonstrāda testimonia sanctarum scripturarum.
Diplepenstichon. id est cum geminis punctis.
Diple superne obelata ponitur ad cō dictiōes locorum personaꝝ: ac temporum mutatas.
Diple obolismene interponitur ad separandos in comœdiis & tragœdiis periodos.
Diplazo διπλάζω græce duplico.
Diplomasarius: duplicator.
Diploys græce: dupla uestis: sagum.
Diplosa: diuisa: separata.
Dipodia tertia pars heroici uersus: quæcōstat duobus extremis pedibus dactylo & spondæo.
Dipōdium duobus assibus constās.
Dipodius quasi duo pondera. id est libræ. Nam pōdus abusiue una libra est
Dipsas serpens exiguus intolerabilis. lucanus hic dipas siti interficit.
Dipticæ tabellæ: quibus corruptores amorem suū inscribunt puellis.
Dipticon græce duæ tabulæ.
Diphthōgus grece dr̄ cū binæ uocales iungūt. Nā phthongus est sonus: & singulæ uocales suas uoces hnt.
Diptota nomina dicta q; tantū duobus casibus declinēt: ut tabi tabo. Nā di græce duo ptos casus.
Dira: aspera. amara. execranda.
Dirce fons ē thebis: & ciuitas quā cadm⁹ cōstruxit
Directum eo q; in rectum uadat.
Disiunctum: diuisum.
Diræ deæ pœnaꝝ dr̄r ultrices.
Diripere in diuersas partes rapere: uastare: diuellere
Direptio: separatio discordia: discidium.
Dirimere: diuidere. detrahere: separare.
Direptum: disiunctum. ablatum.
Dirigo gis direxi directum: cōponit ex di & rego.
Dirimo mis diremi diremptum: cōponit ab emo emis & di interposita r uel diruo ris.
Diripo pis diripui direptū cōponit ex di & rapio.
Dirigeo es dirigui dirigere obstupere.
Dirimitores erant: qui suffragia populi in tabulis scripta reparabant.
Diritas: feritas aduro.
Diruere: dinumerare.
Diriuitores: diuisores.
Diriuata: digesta. separata.
Diriuatorium: locus cōtubernii.
Dirocheus duplex refectio interpretat. de ueteri scilicet nouo testamēto quē librū fecit sedulius.
Diruere: destruere. euertere.
Dirutus: ciectus.
Dirumpo: dispergo: dilacero. dissipo.
Dirus dicit quasi diuina ira ī id actus: asper atrox detestabilis.
Dis græce bis latine.
Dis: diues. opulentus: hic & hæc dis huis ditis: hoc dite debuit dicere: quod singulare neutrū nō est in usu: sed pluraliter ditia. hic dis ditis propriū i. πλοῦτος.
Discere cognoscere: discit qui nō nouit: docet uero qui nouit.
Discedere: p diuortium recedere. separare.
Disceptat: cōtendit. disputat. usurpat. iudicat:
Discepit: diuisit.
Disceptus: diuisus: scrutatus.
Discernere: in duas partes diuidere. diiudicare.
Discerniculū: ornamētū capitis uirginalis ex auro
Discerpere: dissipare mēbra lacerare diuellere ex dis & carpere.
Discessio: diuortium.
Discinctus: remissus. incompositus.
Discingere: deligare.
Discidium: euersio. separatio: diuortium. dictum cum quis a pacto discedit.
Discindere. diuidere. pfringere.
Disciplina est præcepta quibus acceptis id quod desideramus implemus.
Disciplina a discendo dicta: uel quia addiscit plena: & agit de his quæ aliter euenire nō possit. Ars uero etiam de his quæ aliter se habere possunt.
Disciplinæ liberalium artium. vii. sunt. prima grāmatica id est loquendi peritia. Secunda rhetorica. quæ propter nitorem & copiam eloquentiæ suæ maxime in ciuilibus quæstionibus necessaria æstimatur. Tertia dialectica cognomento logica quæ disputationibus subtilissimis uera secernit a falsis. Quarta arithmetica: quæ cōtinet numerorum causas & diuisiones. Quinta musica: quæ in carminibus cantibusq; consistit. Sexta geometria: que mensuras dimensionesq; complectitur. Septima astronomia quæ continet legem astrorum.
Disciplina est quarūcūq; rerū scientia. Aug. Inde disciplino as aui disciplinatus id est doctus.
Discipulus: qui disciplinam discit.
Discisc ere: disiungere: discentire. discrepare. discedere. destituere.
Disciuit: dissensit.
Disclusum: diuisum. dimotum.
Disco posco compesco: q̄uis inchoatiua non sint: tamen quia eiusdem sunt formæ: deficiunt in futuro infinitiui. prīs.

Diſcophorus:diſcoopertus:diſcūferens.
Diſcolus: difficilis aut moralis in diſciplinatus a ſcholis dicit,uel a dis & colere.
Diſcolor alium colorem habens mutatus a primo color
Diſcordare:diuerſum cor habere diſſentire.
Diſcordatio:diſputatio.
Diſcordia:diſſenſio,diuortium.
Diſcerno nis diſcreui tum.diſtans diſperſū.diuiſū
Diſcretio:diſcuſſio quarunlibet rerum conſidera tio ad quid tendant.
Diſcrepare:diſcordare,differentiam habere.
Diſcrimen:periculum,diſtantia,labor a diſcernen do:quod aliquando duarum rerum ſeparationē oſtendit:quæ coniunctæ eſſe poſſunt:ut in orna mentis mulierum:unde diſcriminalia dicuntur.
Diſcrimina:diſcrepantiæ.chordæ diſſimiliter ſo nantes.
Diſcriminare:diuidere:interſecare diſcernere.
Diſcriminator:diſcretor.
Diſcriminalia mulieꝝ capitis ornamenta dicta ꝙ caput mulieris a uiro diſcernant uel crines.
Diſcus antea ſcutus a ſpecie ſcuti, unde & ſcutella poſt diſcus uocatus eſt. ꝙ de eo eſcaſ apponant a quo diſcūbentes dicti ſunt.
Diſcus dicitur dans eſcas id eſt ferculum:miſſori um uaſculum.
Diſcus ludus plumbeæ ſcutellæ.
Diſcutere:examinare.diſiungere perquirere.com ponitur ex dis & quatio tis.
Diſcuſſum:iudicatum.diuiſum.
Diſdiapaſon : ſymphonia ex duobus conſtat dia paſon.
Diſſentire:diſcordare,diſconuenire:inde diſſen tatio.
Diſſenſio:ſeperatio diſcordia.
Diſſeptum:inteſtinum:qđ diſcernit uentrē & cæ tera inteſtina a pulmonibus & corde.
Diſſerere:exponere declarare,eloqui lucide.
Diſertus eloquens.facundus:doctus.
Diſerte.lucide.diſtincte.
Diſſidere:diſcordare,ex dis & ſedeo.
Diſſidens:diſcrepans:abſurdum diſcordans.
Diſiicio.cis.diſieci diſiectus:diſperdere:diſſipare diuellere.
Diſiunctiuæ coniunctiones dictæ:quia diſiungunt res uel perſonas.
Diſſilio lis diſſilui:diſſilire:diſcedere,crepare in diuerſum cedere,rumpi.diſcrepare.
Diſſyllaba:pars duaꝝ ſyllabaꝝ:ut muſa.
Diſſimulat: qui quod ſcit neſcire dicit,quod ſcio diſſimulo:neſcio quod ſimulo.
Dyſenteria ulceratio inteſtinorum eorum:qui primo ſolutionem uentris paſſi ſunt:græce diurium dicitur.
Dyſme Δυσμή occidens.
Diſſipare:deſtruere,euellere,componit a dis & ſæ pe.uel ſeparatio.
Diſſiquidus:dies præcipuus,clarus
Diſſituit:latuit;
Diſmirando:emirando.
Diſſoluo uis uit ui diſſolutus:quaſſatus,fractus.
Diſſologia:duplex locutio.
Diſſociati:diuiſi.
Diſſortes:diuiſi.
Diſſonum:peruerſe ſonans,diſſimile.
Diſſonare:diſſentire.
Diſpages:genus ſerpentium.
Diſpalatum:diffugatum.
Diſpar:diſſimile:diſcors:diſcrepans.
Diſparare:ſeparare,diſiūgere.
Diſparile:diſſimile.
Diſparilitas:inæqualitas.
Diſpectare:deſpicere.
Diſpendium:damnum detrimentum.
Diſpenſare.deſtribuere,regere.
Diſpenſator:cui creditur adminiſtratō pecuniarū quia prius q dabant pecuniam:nō numerabāt ſed appendebant.
Diſpartit.partitur.diſſipat.
Diſpectio:faſtidium ſuperbia.
Diſpectus contemptus.
Diſpeſco cis ſcui:diſto as ſignificat.
Diſpicatus:decoriatus:ruptus.
Diſpiculare:ſagittare.
Diſplodere:repellere:dirumpere.
Diſplacidus moroſus inconueniens.
Diſpellere:diſpergere in diuerſum agere.
Diſpello lis diſpuli.
Diſpondeus dictus ꝙ conſtat duobus ſpondæis.
Diſponere:ordinare:collocare.
Dirigere:corrigere.
Diſpuditum:puduit:rubor fuit.
Diſpuere:renuere:reiicere.
Diſputare eſt diuerſa mentis ratione ꝓquirere:ut ad rei ueritatem poſſit ꝓuenire:quod in ſyllogiſ morū atq; locoꝝ ratione fit petrinctq; ꝓprie dia lectis:nam demonſtrare eſt argumētatiōibus aut ſub acutis poſitionibus quoquo modo aliqđ ue rū oſtēdere quod philoſophis ptinet.Cauillare uero ꝓ quaſdam conſequentias deceptorias falſi tatem concludere:quod ptinet ſophiſtis.Reqre in logica uel argumētis.
Diſpungere donare:inde & diſpunctores dicuntur qui militibus dona erogant.
Diſpuncta exorta.
Diſquit audit.cognoſcit.
Diſtentio occupatio.
Diſtendere:dilatare.
Diſtentus:plenus:pinguis.
Diſterminat:diſiungit,terminos aufert.
Diſtychon græce duoꝝ uerſuū cola uel opus.Nam dis duo ſtychos græce uerſus dicitur.
Diſtychum genus ordei dictum eo ꝙ duo ordines habeat.id eſt calaticum.
Diſtinguo diſtinxi diſtinctus.
Diſcernere:ſeiungere,diuidere.
Diſtinctus:elegans:gracilis.uariatus.
Diſtinctio finē ſenſus facit:ſubdiſtinctio ſuſpēdit.
Diſtinctiones uel poſituræ quas græci uocāt theſis

tres ſunt:diſtictio.media diſtictio: ſubdiſtictio
Diſtinctio eſt ubi finitur plena ſententia: & punctum ad ſummam litteram ponit:Media diſtinctio eſt ubi fere de ſententia tantū: ſupereſt quātum diximus: cum tamen reſpirandū ſit & pūctum ad mediam litteram ponimus. Subdiſtinctio eſt ubi nō multum ſupereſt de ſententia:qd' tamen mox inferendum ſit & punctum ad unā litteram ponimus:tota ſententia periodos dicit cuius partes ſunt cola & commata:id eſt membra & cæſa.
Diſto as diſtiti diſtare.differentiā habere.ceſſar.
Diſtracta:elongata aut uendita.
Diſtrahere:diducere.uendere.
Diſtros macedonum lingua martius menſis.
Dyſuria:difficultas faciendi urinam.
Diſſolutores:ſingulares.
Ditare:deuitem facere.
Ditis.id eſt diues.ſingulari numero.
Ditis qui & pluton:quē poetæ regem infirni fuiſſe fingunt.
Dityrambos carmē cæteris rithimis uæhemētius.
Ditipnus mons.
Ditrocheus pes duos trocheos habens.
Diu:multo tempore.tarde.
Diua dea:diualis diuinus.uel diurnus.
Diuaricare:diſturbare.diffundere.dilacerare.
Diuellere.in duas partes diuidere. de ſuo loco extirpare.
Diuerſus nō ſolum pro uario:ſed etiam pro ſeparato & diſcreto accipit:inde diuerſitas dicitur.
Diuertere:ad diuerſas uertere.
Diuerto tis.inde diuerticulum.
Diuerſorium: locus in quo diuertitur de uia domus hoſpitalis.
Diuerſores:hoſpites.
Diuerſorium: receptorium.hoſpitale dictum q̄ ex diuerſis uiis ibi cōueniatur.
Diuerticulū diuerſæ ac diuiſæ uiæ: locus ad quē ſecedimus de itinere.
Diues diuitis locuplex.hic & hæc diues. huius diuitis.
Diues pecuniis:locuplex fundis dicit.
Diuidiæ triſtitiæ.
Diuidioſum.moleſtum.
Diuidere partiri.componit ex di & uido dis ſecūdum antiquos.uel quaſi diuiſis do.
Diuini dicti quaſi deo pleni:augures.
Diuinare:augurari.
Diuinationis genera uarro quattuor eſſe dicit:terram.aquam.ignem aerem.hanc geomantiā.hydromantiā.pyromantiā:æromātiam dicunt: diuinationis duo ſunt genera ars & furor.
Diuinalis dicitur: quando ineffabilem naturam dei:aut ſpirituales creaturas ex aliqua pfundiſſima qualitate diſſerimus.
Diuinacula.ſortes.
Diuinitus a diuis uel diis factum:diuine uero ad ſimilitudinem deorum id eſt theothen a theos ſic quoq; humanitus & humaniter.
Diunt pro dent inuenitur.
Diuortium:ſeparatio coniugii.repudium.fluxus uiarum.
Diuriū ſolutio uentris unius diei.
Diurnus na num adiectiua ſunt diurna merces id eſt unius diei in diem:diutina uero dicta ab eo q̄ diu durauerint.diuturna autem dicta appetuitate quaſi æterna.
Diuus dicitur deus uel imperator:qui poſt mortē uelut deus habetur.
Diuus:diuinus.
Diuſſidius filius iouis.
Diutius:a diu dictum q̄ ſit longo tempore.
Diuulgare publicare:omnibus notū facere.
Do id eſt dono:trado.concedo.Priſ. do græce dī didomi.
Do das dedi: dor non inuenitur quia eſt abſonū ſicut ſimilia:ſed dari uel dare datus ſum:datus eſt:dans daturus dandus dator datrix datio dapſilis datiuus datum componitur dono as cum ſuis addo is.abdo is.dedo is.pdo is.indo is. credo dis.ſubdo dis:condo dis.unde abſcondo dis. recondo dis.reddo dis.circundo as.peſſundo as. uenundo as uel uendo .nam cum monoſyllabis præpoſitionibus compoſitum do tertiæ fit coniugationis:cum diſſyllabis ſuam ſeruat coniugationem.Et hoc ſolum primæ cōiugationis uerbum a penultimā corripit.Do.n.ī ſimplici ubiq; corripit præter monoſyllabum da:ut damus datis datur dabam dabo dare datus daturus:& quæ ex his fiunt dabamini datum datu dator. componitur etiam dos dotis dapes diſcus ſedito: cadauer.rudis ior.dextra oppidum gladius cōmodo as.dens divido is.
Docere monſtrare inſtruere:inde doctor doctrix doctio doctrina doctrino as doctrinatus:doctus doctior ſimus:dogma dogmatizo zas:documentum:docilis docibilis:componit dedoceo edoceo prædoceo indoceo condoceo indoctus:indocens doctiloquus doctiloquium.
Doceo & doceor paſſiuum actō iungitur:ut doceo grāmaticam.
Docilis qui facile docetur:docibilis uero qui facile diſcit.
Docilis qui doceri poteſt: eſt enī īgenioſus ad diſcendum. Tullius in rethoricis ad herenium:Nā docilis eſt ille qui attente uult audire.
Docti canus:qui docte canit.
Doctrina ſtudiū honeſtarum rerum. uel artium inſtitutio præceptio.
Doctrinalis ſententia dicitur:quæ abſtractā conſiderat quantitatem:abſtracta enim quantitas dicitur q̄ intellectu a materia ſepamus uel ab aliis accidētibus:ut eſt par uel impar & alia huiuſmodi:quæ in ſola rociocinatiōe tractamus cuius ſpecies ſunt quattuor.arithmetica.muſica.geometria.aſtronomia.
Documenta exempla ſimilitudo.
Dodanim filius iuuan.a quo rhodii.
Dodona oppidum epiri: ubi æs fabre funditur.

Dodona regio epiri: iuxta quā nemus eſt quercubus & glandibus abundans ioui conſecratum.
Dodone nes pro quercubus ponitur uel ioue.
Dodrans dodrantis maſculinum eſt: ſicut hic quadrans antis: quo nomine tres quælibet partes nuncupātur: quarta remota: ut ſunt. ix. ad tres. dicit etiam dodrans: quaſi quadrāte demptus: quiq; ſic ſcribitur. yy.
Dohec: diabolus. uel malum agens interpretatur.
Dogma decretū græce unde dogmatizare.
Dogma a putando philoſophi nominauerunt: ut hoc puto eſſe bonū. hoc puto eſſe uerum.
Dogma doctrina.
Docmatica propria conſilia.
Doylos δοῦλος græce ſeruus.
Dolabra dicta q̄ habeat duo labra. hæc & bipennis dicitur.
Dolabra aſcia lapidaria. ſecuris.
Doleo les dolitus dolor: doloro as: dolus doloſitas. componitur condoleo les: ſubdolus.
Doleo illam rem & illa re dicimus.
Dolias græce doloſe.
Dolor corporis inquietudo.
Dolones uaginæ: inter quas latet pugio ſub baculi ſpecie: dolones tæla abſcondita græce oxos dicūtur id eſt acuta.
Dolo a fallendo dictus. habet enim in ſe latentem pugionem.
Dolopes populi theſſaliæ. pyrrhi milites fuerūt:
Doloſus: īſidioſus. dictus ab eo q̄ deludat: ut eni decipiat occultā maliciā blādis ſermonibus ornat.
Dolus occulta malicia blādis & ſermonibus adornata.
Dolus fit animo: fraus circa fidem mutuam. inſidiæ loco uel rælo.
Dolus eſt cum aliud agitur & aliud ſimulatur.
Doma tectum ē: uel atrium: quod nō tegit uel ſpinarum. do producitur.
Domata græci dicunt tecta: mœnia uel ſuperiores domos.
Domare: manſuefacere. frangere.
Domo domas ui domitus actiuum eſt.
Domeſticus dī qui in una domo conuerſatur.
Domeſticus amicus: ſodalis: familiaris.
Domicilium domus uel habitatio excellens cæteras. turris celſior.
Dominus dictus q̄ dominet creaturæ cunctæ.
Dominus per deriuationem dictus q̄ domui præſit: uel quaſi dans minas.
Dominicus dies. pinde dī: quia in eo reſurrectiōis domini noſtri gaudiū celebratur a chriſtianis.
Domix: proprium fluminis.
Dominor aris commune antiquitus.
Domini interpretatur ſanguine.
Dominium. ius. tutela. poteſtas.
Domodos inferos. hoſpitia.
Domus deriuat a græco δαμάω δομῶ qd eſt ædificare: i domos maſculinū apud græcos. hæc domus latine: inde domiciliū domeſticus: & domo as id eſt ſub dominio facio: inde dominoris dnātor dns. hic aduerbia in loco: domi. ad locum: domum. de loco uel p locum: domo. diminutiuum domuncula.
Domus a domate ἀπὸ τοῦ δώματος græco: id eſt recto: hæc domus huius domus uel domi & inuenit per oēs caſus ſecundæ & quartæ declinationis abſq; datiuo & ablatiuo pluralibus.
Domus unius familiæ habitaculū eſt: ſicut unius populi urbs. ē aūt domus familia genus ſeu cōiunctio uiri & uxoris: & icipit a duobus. Eſt aūt græcum: nam græci domata tecta dicunt.
Dona munera hominū: ſacrificia præmia.
Dono as ui. actū eſt: a quo donū donatus donati uū: donatoriū: cōponit cōdono redono. donaria pprie dicta: q̄ ibi dona reponant quæ i templis offerre cōſueuerunt. abuſiue etiam templa dīr.
Donatio eſt cuiuſlibet tranſactio. dī aūt qſi doni actio: poſt quā dicūt dotem q̄ſi do itē. præcedente enī in nuptiis donatione dos ſequtur: nā antiqs nuptiaꝝ ritus erat: quo maritus & uxor ſe inuicē emebant: ne uideret uxor ancilla: inde eſt q̄ præcedente donatione uiri: ſequitur dos uxoris.
Donaſtice hæretici a donato quodam afro dicti aſſerebat minorem patre filium & minorem filio ſpiritum ſāctum.
Donec: q̄diu: quoaduſq;.
Donicum dicebant antiqui pro donec.
Donyſa inſula in mari ægæo.
Donum honorarium eſt munus debitum ut patrono. Item donum eſt dantis munus accipientis donum deo: munus homini datur.
Dor urbs fuit quōdam potentiſſima: poſt ab hero de in. honore cæſaris cæſarea dicitur.
Dor græce: latine caprea dicitur.
Dorcas græce capreola præſcium animal: eſt dicta a dorco uerbo græco. i. uideo q̄a acute uideat.
Dorcium: pulchra uiſu interpretatur.
Dorcones: auidi uoratores.
Dorea ſiue dorica: una eſt ex linguis græcoꝝ quā habent ægyptii & ſyrii.
Doricon: ciuitas theſſaliæ eſt.
Doris mater nereidum uel mare.
Doris fluuius ſiciliæ de quo Virg. Doris amara ſuam nō intermiſceat undā. alter eiuſdem nominis hippotegiam præterfluit.
Dorus quidā rex fuit: q merſus in mare cū exercitu: unde mare doris dī: & exercitus eius nereides deæ.
Dorus neptuni & clypis filius fuit: unde dorii ps græciæ originem & nomen ducunt.
Dori nomen oppidi.
Dorius grauis ſonus. in muſica tonus.
Doris ciuitas in promontorio maleo
Doricæ genus rotundarum columnarum.
Dorſum eſt a ceruice uſq; ad renes dictum q̄ ſit in ſuperficie durius & forte ad patiendum.
Dorſenus genus paraſitorum.
Doſis græce datio.
Doſnipin græce da mihi bibere.

Dosin equus dictus ꝙ sit color eius de asino item & cyreneus:agrestis generis sunt.
Dos dotis fœmininum est dicta quasi do item.
Dothayn defectio interpretatur.
Dotalis.i.doti ascriptus.
Doxa græce gloria.
Draco serpens maior cunctis animātibus sine pedibus:in speluncis requiescunt:& in aerem sustolli dicuntur.
Dracon dracontos græce declinatur: inde latine deriuatur draco:quia speluncis tractus fert in aerem:concitaturq; propter eum aer. est autem cristatus:ore paruo & artis fistulis.uim autē non in dentibus sed in cauda habet.
Draco marinus aculeum in brachiis habet ad caudam spectantem.
Draconita uel draconitas gemma est ex capite draconis.
Draconites gemma est.ex cerebro draconis eruit: quæ nisi uiuenti abscisa fuerit non igemiscit.unde magi spargētes medicata gramia ut soporem capiant dormientibus draconibus eam amputāt. sunt autem candore translucido. usu earum orientales reges præcipue gloriant. Draconeta hærba dicta ꝙ sanguine draconis nata fertur: & esse draconi coloris & flos eius ut lingua draconis. Siquis radicem huius hærbæ sanis confricet manibus serpentes sine periculo præhendet: est aūt termiaticiæ uirtutis si legatur mense Iulii. Δαχρυον.lachryma.
Drachma δραγμα manipulus rapina.
Drachma δραχμη octaua pars unciæ scrupulis tribus constat: hæc drachma huius drachmæ.
Drachma denarii genus uel certum pondus argenti.Drama græce latine fabula.hoc dramatis.
Dramaticon uel misticon genus primum poematis græce:quod latine dicitur actiuum uel imitatiuum.est autem genus dicendi:in quo nusq̄ poeta loquitur:sed personæ ītroductæ tantum:drama enim græce latine fabula dicitur:sicut in prima ægloga bucolici est.
Draquili:manus inuidi.
Drepanum ciuitas non longe a monte eryce transIilybeum. dictum propter curuaturam littoris sui portus est.
Drepano græce dicitur fallax:portus est: ubi uiri lia cælii pris saturnus dī incidisse.
Dryades syluarꝝ deæ ab arboribus dictæ.
Driogabaptes auis quæ in capite suo in modum galli cristam habet.
Dromedarius genus camelorum minor quidem sed uelocior:unde & nomē habet.Nam dromas græce cursus & uelocitas dicitur.certum & amplius milia uno die pergere solet quod animal ruminat.
Dromedarius & dromas is idem.ē animal minus camelo sed uelocius.
Dromedarii magri dromedariorꝝ dici possunt.
Dromon græci cursum uocant.
Dromos:cursor græce.
Dromones sunt longæ & uelocissimæ naues.
Drosel itus lapis uarius dictus:ꝙ si ad ignem applicetur sudorem mittit.
Druseo hellenum lingua mensis iulius.
Drusus patiens aut rigidus aut contumax.
Dualis geminus diuisus.a duo deriuatur. cōe est.
Dualitas inde deriuari pōt:sicut qualis qualitas.
Dubius quasi duas tenens uias dicitur:inde dubietas deriuatur & dubito as uerbum neutrum dubitate.
Ducenti tæ ta dicti quasi bis centum.
Duco cis xi duc ꝓ duce facit impatiuum.ad differentiam ablatiui dux cis.
Ducor eris actiuū est:inde ductus ductor trix.ductilis.dux cis.cuius penultima breuiatur: licet duco producat.
Ducatus tus duco cas:ducto etiam ductas & ducto as.frequentatiua uerba.componitur conduco adduco:circum. ob. per. trans. uel traduco.ab. de.e.pro.in sub re.di seduco.
Ducere proprie est inter animalia quæ ire & duci possunt:portare uero quæ per se non eunt.
Ductile dictum ꝙ malleo producatur.
Ductus aquæ: aquæ decursus.
Dudum.olim.paulo ante:antiquitus aduerbium temporis.
Dudum præteritum & futurum tempus significat dictum quasi diudum.Nā dum solet expletiua inueniri ut quidum agedum.
Duella dicta quasi duæ sextulæ. nā octo scrupulis constat:quæ sic scribitur.dd.
Duellio:rebellis.perditus.belligerator
Duellum antea bellum dicebatur.quod duæ sint partes dimicantium:post mutata & detracta littera bellum dicitur.
Duere dare uincere.
Duit dedit.
Duent dabunt.
Dulcis:suauis:iocōdus ambilis.mitis misericors.
Dulcis diminutiuū dulciculus la lum:hic & hæc dulcis & hoc dulce .dulcis cior simus.iter dulcedo dulceo ces dulcesco:dulcor ratus īdulco cas. condulco cas. componitur dulciloquus dulcifluus & secundum quosdam indulgeo.
Dulcia dicūtur genera pistorii operis a sapore sic nominata.
Dulceratum.dulcedine repletum.
Duleusis seruitus: quæ & deo quantum oportet reddenda & hominibus.
Dulia δουλια seruitus communis græce dicit ideſt deo uel hominibus uel naturæ: unde seruus dulos δουλος græce dicuntur.
Dulichium insula:in qua regnauit laertes.
Dum:cum quoadusq; donec tantum.
Dum solet expletiua inueniri.ut agedum adesdū quidum. Iuuenit autem aduerbium temporis uel coniunctio causalis est quādo pro eina ειπα coniunctione græca accipitur. Coniunctio uero subiunctiuo iungitur cum necdum uel nondum aduerbium temporis est uel dudum.

Dumetum:ubi dumi id eſt ſpinæ naſcũtur.
Dumus ſpina:i q̃ naſcit mora ſylueſtris.i. rubus.
Duumuir maſculinum eſt:a uiro componitur.
Duumuir:qui ſuper duos uiros habet poteſtatẽ.
Duntaxat ſine præiudicio:tamen nanq; tantum.
Duntaxat componitur ex dum & taxat: aduerbium eſt quantitatis.
Duo uel duæ dicimus: quæ ſingularem non admittunt numeꝝ:ut duæ epiſtolæ.bina uero quæ ſingularẽ numerum nõ admittũt ut bina caſtra arma.
Duo & ambo pluraliter ſecundæ declinationis ſunt in gtõ & accuſatiuo duorum amborũ duos ambos:quãuis neutro dici ſoleat duũ cauſa differentiæ:accuſatiuus quoq; maſculinus eſt.quãdo nominatiuo ſimilis profertur: quomodo in neutro:ut duo uiros. Datiuos ablatiuos in bus i omni genere terminant.
Duodecim tabulæ dicuntur. quibus leges ſunt a decem uiris incluſæ.
Duodeuiginti id eſt duo minus de.xx.
Duonus bonus:
Duplex duplicis duabus partibus cõſtans generis omnis.
Duparis numerus eſt:cum minor bis in maiore numeratur:ut quattuor ad duo:ex hoc naſcit ſymphonia diapaſon.
Duraconem græci dicunt nauim:quæ alio nomine trieris dicitur.
Durachium Δυρραχιον eſt mons epiri: ubi eſt caſtrum quoddam petra dictũ.
Duricia hærba galli criſta.
Duro as actiuum:inde dureo eiuſdẽ ſignificationis:a quo dureſco.
Durus rigidus patiens difficilis.inde duricia.
Durare:pati.multum ſufferre.
Duſios galli nominant dæmonas:qui aſſidue ſtupri peragunt immundiciam. hi græce panitæ.latine incubi dicuntur:iidem & piloſi. hos romani faunoſa ficarios dicunt.
Duſinum:incultum.dumoſum
Dux ducis commune.dictus ꝙ ſit ductor exercitus non tamen ſtatim rex: in bello uero melius eſt dux nominari q̃ rex.

E Præpoſitio eſt in compoſitiõe uel ẽ priuatiuũ.ut eneruis uel eſt intentiuum: ut enarro: uel pro extra ponitur: ut educo: præponitur.b.d.g.l.m.n.r.u. &.i.cõſonantibus.Reliquis uero ſequentibus ex præponitur licet aliquando x.i.f.uertatur.In quibuſdam.ſ. aufertur:ut exequor.
Ea inſula circes.
Eacides eaci nepos id eſt achilles.
Eacus pater pelei patris achillis: qui apud inferos iudex fieri dicitur meruiſſe.
Eale animal in india mouens cornua.
Ean ἔαν græce ſi cauſalem ſignificat.
Ei ἔι uero ſi continuatiuum.
Ei tenus eo uſq;.ea ratione.hucuſq;
Ebdomades conceptiones:in aſpiratis ponit quæ fiũt in mẽte:quæ partim notæ ſũt oĩbus:ut ſi de æqualibus æq̃lia demas æqualia ſunt q̃ remanẽt partim ſapientibus tm̃ ut incorporea loco nõ eſſe. Hebdomades.i.cõceptiones p b debent ſcribi declinat uero hæc hebdomadas dis:& pluraliter hæ hebdomadæ. Hebdomada uero p ſeptima na primæ declinatiõis ẽ:& ſcribi deberet p p. Nã deriuat ab hepta græco id eſt ſeptẽ latine h in f mutata. Sed quia apud latinos p ante d non reperitur tranſit p in b ſecundum quoſdam: & dicit hebdomada. aſpiratur hebdomas.
Ebenus arbor in india & æthiopia naſcit:que cæſa dureſcit in lapidem cuius lignum nigrum eſt inde ebeninus.
Ebenus gemma ſpecioſa & cãdida: q̃ augꝝ polĩũt.
Eber nepos arphaxat:a quo hæbrei:interpretatur tranſitus: eo ꝙ ab eius ſtirpe tranſierit deus trãſlata gratia in gentes.
Ebeſtitis gemma ſpeculi naturã habet i recẽtibus imaginibus:q̃q̃ rutilet: experimẽtum eius eſt ſi feruẽti aq̃ ſtatim addita refrigeret:aut ſi ſoli appoſita aridã materiam accendat. Naſcit i corſo.
Ebiones:pauperes.
Ebionitæ hæretici ab ebiõe dicti:uel a paupertate chriſtũ eni ꝓpheta ſolũ uigꝝ iuſtũ putãt effectũ unde bene a paupertate itelligentiæ dicti ſunt.
Ebis:grudus:
Ebor arbor imputribilis nigri coloris.
Ebur & barro .i.elephãto dictũ:elephãti deus ẽ.
Eburneus nea neum de ebore.
Eccam.ecce eam.
Eccas ecce eas:uide uel aſpice.quæ ſubaudiuntur: & in ſimilibus pronomina ſunt in accuſatiuo tm̃ compoſita.
Ecatombeon teutrorũ lingua ianuarius menſis: aſpiratur.
Echologus:excelſus ſermonis græce.
Ecce cum oſtendis aduerbium eſt.
Eccerere ecce.uel iurando per cererem.
Echinus puus:ac ſemipedalis piſciculus. nomen ſumpſit quod nauem adhærẽdo retineat. hunc latini moram dicunt.
Echinus uas quoddam ſimile piſci.
Echinus a terreſtri echino nomẽ traxit: quẽ uulgus ericiũ dicit quia ſimiliter aculeatus ẽ ſpinis.
Echinus breuis piſciculus ſi pſenſerit uim uẽtorũ calculũ ualidũ accipit: a quo uelut ab anchora teneat.ne a ui fluctuũ excutiat qd̃ eſt iudicium nautis futuræ pturbatiõis: ferf quoq; nauem tenere ſicut ancora imobilẽ aliq̃diu:qd̃ tantũ uirtutis niſi munere creatoris potuit ſuppetere.
Echimi:aialia ſunt parua:q̃ in littoribus gignũt: quoꝝ caro minio ſimilis eſt & dulcis: duplex tẽſtula ſpinis aculeata in modum caſtanearum.
Echinus iſte terrenus:quem uulgo ericium uocãt ſi quid inſidiaꝝ præſenſerit ſpinis ſuis claudit. Idem etiam ſi quando boream flatuꝝ collegerit.

ſeptentrionalem ſpirādi ſibi uiam obſtruit:quā do uero nothi flatum ſentit: ad ſeptētrionem ſe confert.ut flatus declinet obuios.

Echidna ſerpens quidam uel pro cerebro.

Echinades inſulæ dicūtur:quinq; ſunt:quas fecit achelous.

Echion pr̄ pēthei gener cadmi:q; thebas cōſtruxit

Echidne gemma uipereas maculas exprimit.

Echios hærba dicta q; capiti uiperæ ſæmē eius ſimile ſit.eadem ē alchibiadia:folia habet longa. aſpera.tēuiſſima. ipa aſpitas ſpinis puis ſimilis: flores iter folia purpureos: radix parua & nigra quæ trita & cū uino potata cōtra ſerpentiū mor ſum prodeſt uel ante uel poſtea:Eſt ꝙq; aūt una uis & hærbæ & ſæminis & radicis.

Echyra fabula quædam quæ interpretat ſocrus.

Echis ἔχεις græce labes.

Echiſmos græce corruptella.

Eccleſia ἐκκλησία græce latine cōuocatio dicit q; omnes ad ſe uocet catholice: quod eſt uniuerſaliter:non enī ſicut conuenticula hæreticorum aliquibus regionum partibus coartatur: ſed per totum orbem dilatata diffunditur.

Eccleſiaſtes græce hebraice dicitur coeleth:latine concionator dicitur id eſt ſalomon eo q; ſermo eius non ſpecialiter ad unum ſicut in prouerbiis ſed ad uniuerſos generaliter dirigatur.

Eccleſiaſtes ꝓprie cōcionator dr̄.In cōcione uero ſententia promit p quā tumultuoſa ſeditio cō primit.Et cū multi diuerſa ſentiant p cōcionā tis rōnem ad unā ſententiā pducunt.Hic ergo liber iccirco cōcionator dr̄; qa ſalomon in eo q̄ſi tumultuantis turbæ ſuſcepit ſenſum:ut ea p inq ſitionē dicat:q̄ fortaſſe p tentationē īperita mēs ſentiat.Nā quæ ſententias q̄ſi p inquiſitionē mouet:q̄ſi tot in ſe pſonas diuerſorū ſuſcepit.ſed cōcionaliter uerax uelut extenſa manu oīum tumultus ſedat eoſq; ad unā ſententiā reuocat:cū i eiuſdē libri termino ait:finē loquēdi oēs pariter audiamus. Deū time & mādata eius obſerua: hoc eſt oīs hō.Si enī in libro eodē per locutionē ſuā multoꝝ pſonas nō ſuſceperat: cur audiēdi finē ſecū pariter admonebat? Qui ergo in fine libri dici oēs pariter audiamus.Ipſe ſibi teſtis ē: qa in ſe multoꝝ pſonas ſuſcipiēs q̄ſi ſolus locutus nō eſt:unde & alia ſunt:quæ in eodē libro p inquiſitionem mouentur:atq; alia quæ p rationē ſatiſfaciunt: alia quæ ex tentati profert animo: atq; adhuc huius mundi delectationibus dediti alīa uero in quibus ea quæ rationis ſunt deſerāt atq; animum delectatione compeſcant.

Eccleſiaſticū librum certiſſime ieſus filius ſyrach nepos ieſu ſacerdotis magni hieroſolymita compoſuit:qui liber apud latinos propter eloquii ſimilitudīnē Salomonis titulo prænotatur:dictus autem eccleſiaſticus: quia de eccleſiæ totius diſciplina religioſæ conuerſationis magna cura ſit æditus & ratione:hic autem apud hæbreos reperitur:ſed inter apocryphos habetur.

Eccleſiazo ἐκκλησιάζω concionor græce.

Eclipſis eſt defectus neceſſaria dictionis: ut hæc ſecum:deeſt enī loquebatur.quære me in E g.

Echo uox aeris uel ſonus in ſylua uel in cauernis reſonans.

Echones:ſacerdotes ruſtici.

Ecor ſine corde uel conſilio:alienus eiectus.

Ecquando,aliquando:ecce aliquando.

Ecquid en aliquid.

Ecquis en aliquis ecce quis.

Ectaſis extenſio ſyllabæ contra naturam:ut Italiā fato profugus:cum corripi prima debeat.

Ectetha peribolus.

Ectos ἔκτος græce extra priſ.

Ectologus exceſſus ſermonis græcum eſt.

Ecudere: fabricare,excutere.

Equuleus paruus equus uel tormentum quoddā dictum q; extendat.

Eccum conponitur ecce eum.

Eccos:ecce eos.

Exda uorator inſatiabilis,ab edendo.

Eda baſterna.

Aedes omne ædificiū: quidam uero dicūt quod ad edendum ſit factum:unde & dicit:inde ædicula id eſt domuncula:inde ædiles dicunt qui ædibus præſunt.

Edepol per ædem pollucis,aduerbium iurandi.

Edentare:dentes excutere.

Edentulus;ſine dentibus.

Edi ab edendo dicti:parui.n.pinguiſſimi ſunt & iocundi ſaporis.

Edi ſunt ſtellæ in ſiniſtro humero aurigæ, quarū occaſus tempeſtate ſequunt.

Edicere:imperare.præcipere.monere.extradicere publicare.inde edicta:publicata.

Edicomatus eiectus.

Edictum:imperiale præceptum: qd rex uel imperator edicit.

Edicta magiſtratuum ſunt:quæ prætores urbani uel peregrini uel ædiles curiales ſcilicet prætores iura dixerunt.

Aedificium dici putatur: q; fuerit prius ad edendum factum.

Aedificare:edes facere:ī altū ædere,uel cōponere

Aedificatio:noua conſtructio.

Aedis ſingulariter templum dicitur. pluraliter ædes domos uel munitiones ciuitatis ſignificat: inde dicitur ædilis cuſtos templi. idem & ædituus:& illa res ædilitas dicitur.

Aedilitius qui ex ædile ſcriba eſt.

Aedilis cuſtos ædificii id eſt capitolii.priſ.dignitatis nomē eſt ad uiros pertinentis ideoq; maſculinum eſt.ab æde melius per æ ſcribuntur.

Ediſſa urbs meſopotamiæ:quā cōdidit Nēbroth filius chus. quæ ante dicta eſt areth:poſt uerſo nomine a ſeleuco rege dicta eſt ſeleucia.

Edipnia:difficultas anhælitus

Ediſſero ris:narro expono.

Editicius iudex:quem una pars eligit.

Editio:expoſitio,ab ædo is quaſi extra datio.

Editus:inanitor:cuſtos.edis,unde & dicitur.

Edo es est inæquale significat comedo & facit præteritum edi.

Edo dis æquale ē uerbū: cōponit ex e & do significat parturio uel compono uel formo, ide editus editio.

Euryſtheus rex græciæ fuit qui impauit herculi
Eurypus eſt deductio maris uel aquarum quod fit ſecundum crementum uel decremētum lunæ & maius malina: minus ledona uocaſ uel ut qdam dicunt piſcīa māu fcā uel fluctuans quodlibet.
Eurypus mare ualde tēpeſtuoſum ꝓpe athēas.
Eulypedes græcus poeta tragicus fuit.
Eurus uētus dictus q ab eoo id eſt ab oriēte flat: ē enim cōiunctus ſubſolano a dextra: ſiniſtra uero euroauſtro.
Euroauſter uentus dictus q ab una parte habeat eurum ab alia auſtrum.
Europa Agenoris regis libyæ fuit filia: quā Iouis ab Africa captam cretā aduexit: & tertiā prem orbis ex eius noīe appellauit. Iſte ē agenor libyæ filius: ex quo libya id eſt africa dicta eſt.
Europa tertia pars orbis incipit a montibus riphæ is ac flumine tanai mæotidiſq; plaudibus: q̄ ſunt ad orientē p littus ſeptentrionalis oceani uſq; ad galliā & belgicā & flumē rhenū qd eſt ab occaſu deinde uſq; ad danubiū: qui & iſter qui ē ad meridiem & orientē directus. pōtus accipiť ab oriēte. Alania eſt in medio: dacia ubi & gothia: dein de germania: ubi plurimā partē hunni tenent: quoꝝ oīum gētes ſunt. liiii. Nunc q̄qd Danubius a barberico ad mare noſtrū ſecludat: expediam: id ē myſiam thraciam: macedoniā achaiam dalmatiā. pannoniā noricū rhætiā. apuliā. Italiā galliam belgicā. galliā lugdunenſem. Narbonenſem ꝓuinciā. aq̄taniā ꝓuinciā. & hiſpaniā. & qm̄ oceanus hēt inſulas quas britanniā & hyberniam uocant: quæ in aduerſa galliaꝝ parte ad ꝓſpectum hiſpaniæ ſitæ ſunt: explicent. Id eſt britannia. orchades. tile. hybernia. mephania. hi ſunt fines totius europæ.
Euſchematiſmeno ſinguraliter græce: dū aliud loquitur: aliud gerit.
Euſebia græce pietas. uel expreſſius theoſebia.
Euſebius: pius.
Euſeis fluuius: quī caucaſis ē montibus fuſus cum aliis pluribus i euxinum ſe præcipitat mare unde & dicitur.
Euulſit: euertit. protraxit. afflixit. ab euello is.
Eutyches græce fortunatus uel fœlix. eu græce bonum: tyce fortuna.
Eutyce fortuna uel hortatiue.
Eutychus græce: fortunatus latine: amens hebraice interpretatur.
Eutyciani hæretici dicti ab eutyche conſtātinopolitano abbate: qui chriſtum poſt humanam aſſūptionē negauit exiſtere de duabus naturis ſed ſolam in eo diuinam aſſeruit naturam.
Euterpe. una de. ix. muſis. Thibias tenet: interp̄tatur bene delectans. unde uerſus. Dulciloquis calamos euterpe flatibus implet.
Eutus: ſomnus.
Eutiſmis genus.
Euxocotus: fundens orationem.
Ex mō ꝓ extra accipiť ut excludo: exlex mō priuatiuū ut explico. exeo. modo intentiuū uel ꝑfectiuum: ut exoro expleo efficio extendo.
Ex præpoſitio interdum pro ualde accipitur: ſicut excelſus. interdum pro extra ut exul.
Ex a quo extra exterior extremus extremitas & extraneus: componitur extorris exul.
Ex græca præpoſitio eſt. & ex græce ſex.
Exacerbare: afflictare. exaſperare.
Exaia græce habitus emolumentum.
Exacta: pquiſita. pfecta. electa. ab exigo gis.
Exacinare: acinos quærere. commouere.
Exaduerſum. aduerbium compoſitum.
Exaeres: nauis exordium.
Exaggerare. attollere. maius facere. ſicut eſt illud & tu capharnaum: quæ uſq; ad cælum exaltata es non quidem uſq; ad cælum exaltata eſt ſed minam eius ſuperbiam exaggerat.
Exagematicon ſecundum genus poematis quod latine dicit enarratiuū: in quo poeta tm̄ loquit ut Sicilides muſæ: & in parabolis Salomonis.
Exhauſta. infecta.
Exhalare: ſpirare. redolere. effundere.
Exalba. non alba: ſed prope alba.
Exaltare: ſurſum eleuare.
Exallage eſt mutatio: quando pro numero plurali ſingularis ponitur. figura eſt.
Exhamerō liber quidam de ſex diebus. nā ex ſex hemora dies.
Examen: iudiciū. diſcuſſio cuiuſq; rei multitudo apium.
Examen filū mediū: quo trutina ſtateræ regitur & lances æquant. unde & lancis amentum dr.
Examinare: explorare. diſcernere. æqualiter iudicare. ab examine dicitur.
Examplare: inſinuare. aperire. amplum facere. in de exemplum.
Examuſſim: diligentiſſime. ſine fraude: regulariter. amuſſis. n. regula uel menſura fabrilis eſt.
Exanclare græce exhaurire. pagere. euacuare. exanimare. uel exinanire.
Exanclata per angulos exquiſita.
Exinanitus. territus. conſternatus.
Exanimis uero mortuus. ſine animis.
Exanimus & exanimis ponit Vir.
Exaplois: exemplaribus.
Exarare. id eſt deſcribere.
Exaſſe ex toto. examuſſim.
Exaſterans: ubertim fluens. uel exhauriens.
Exaticum genus ordei. dictum q ſpicæ eius ſex ordines habeant quod cantarium dicitur.
Eſchatos ἔσχατος extremus.
Exaudiri: bonorum eſt tātum. audiri utrorunq;.
Exhaurire: cōſumere. uacuare. diſſipare. tenuare
Exhauritur puteus: hauritur uero aqua.
Exhauſtus dictus quia inanis & cōſumptus ē. uel perfectus eſt.
Exauctoratus: deiectus.
Excandere: iraſci. exardere.
Excapillare: exerere. diſcooperire.
Excedere: recedere. p̄cedere expellere. uel expelli

Excelſa alta.
Excelleo es uel excello lis eiuſdem ſignificatiõis exculi uel excellui ſecundũ alios facit.
Excellere:præfulgere.ante ſtare.
Excelſus:ualde celſus elatus.immẽſus.altus. eminens.
Excepit:doloſe ſuſcepit.uel cum cura.
Exceptorium:collectorium.lacus.
Excerpta quæ græce dicuntur ſcholia in quibus ea quæ difficilia ſunt ſummatim pſtringuntur.
Excetra hydra dicta eſt. uel multorum capitum ſerpens:quæ ſi occiditur:ſurgunt de capite eius plures ſerpentes:niſi citius incendatur.
Excidiũ:incendiũ.euerſio.exciſio.ab excido dis.
Exciere:prouocare.euertere.expugnare.
Excillare.cum uxore eſſe.
Excipulum:uenabulum antiquitus.
Excieo es & excio cis exciui.
Excitum:commotum:uocatum unde excito tas
Excitatus:expergefactus.commotus.
Exclitorium lacus Italiæ: ex quo qui biberint uini tædium habent.
Excodicare:circa codicem terram aperire: quod oblaqueare dicitur:quaſi lacus facere.
Excolere:mundare.
Excoaleſcit:deficit.
Exconſules dicti q̃ iam a conſulatu exciderint p acto anno.
Excors.ſine corde.uel conſilio alienus.
Excreare:proiicere.expuere.
Excrementum quod ſupercreſcit:ut in arboribus quod putatur.ſeu quod expuimus.
Excreta plena malicia:hæc eſt ira: quam canopũ nominauerunt ueteres.
Exſcribere:quod ſcriptum eſt tranſferre.
Excruciare:dilaniare.comprimere.
Excubare:pro foribus euigilare.
Excubiæ:uigiliæ:cuſtodiæ.inſidiæ.ſpolia.
Excubitores dicuntur pro eo q̃ excubias ſemper agant.ſunt enim ex numero militum.
Excudere:feriendo eiicere.quia cudere eſt ferire unde incus dicitur:quia illic cudimus.
Exculit: dcit.aut ſculpit.
Excuſſor:homicida.ſiccarius.creſſator.latro.
Exdignum:non dignum.
Execrabilis:peſſimus.abominabilis.ſine ſacro.
Execror commune antiquitus pro quo execro.
Execratur:deteſtatur.horret.
Exequor:exequeris.executus.
Executor:cauſarum proſecutor.
Executor ab exequẽdo.i.expugnator caſtrorum.
Exdra abſis:id eſt locus ſubſelliorum:latinũ eſt: græce.n .cyclon dicunt.
Exedra exterior ſedes ubi papa ſedet qñ concitat populus.
Exemerinos quartus circulus cæli qui & equinoctialis dr̃:temperatus.habitabilis.
Exemplabile:quod alicuius comparatione exempli ſimile eſt.
Exemplare aſſimilare.
Exemplar:imago.forma.documentum. exẽplũ.
Exemplar unde aliquid exemplatur. Exemplũ uero quod ad aliud adducitur.
Exemplum ẽ quod particulare propoſitũ particulare quiddam cõtendit oſtẽdere hoc modo. Oportet a tullio conſule necari catilinã:cũ a Scipione gracchus fuerit iterfectus; ſed ab inducti one ducit exordiũ:licet ab eadem diſſideat:cũ illa a pluribus hoc aũt ab una parte contendat.
Exemplum eſt alicuius peccati aut dicti præteriti præpoſitio cum certi auctoris nomine: ut oẽs p ſuperna patria laborare debemus:ſicut fecit apoſtolus:qui tot uerbera paſſus eſt.
Exenium:donum ſeruitium.
Exeutheſeon græce quæſtionum.
Exempta:ſublata.ſubtracta.ab eximo is.
Exemptores:tabularii.
Exequi:proſequi.cauſam dicere.
Exequiæ:proſecutiones funeris.
Exeor ris erui.id eſt profero diſcooperio actũ eſt facit enim paſſiuum exeror.
Exertus:apertus.nudatus.extractus.
Exerceo ces exercui exercitus inde exercito tas tus:arte uel ſtudio uel doctrina: exercitus uero laboribus fatigatus uel contemptus ut dicit fulgentius.
Exercitus tus multitudo ex uno numero ab exercitatione belli dictus.
Exhæredo:ab hærede.
Exhæredatus:extra hæreditatem factus.
Exeſa:conſumpta.euacuata.ab edo es.
Exeſum:ſiccum.
Exhauſtum:tenue ſubtile.
Exfauillare:exeruere.
Exfretat:nauigat ultra.
Exfebruare:expugnare.febructre.n.purgare eſt.
Exhibeo es exhibui bitus cõponit ex ex & habeo.
Exhibere:largiri.præſtare. ferre ſubminiſtrare. ſuggerere.
Exigo gis exigi exactus:quod eſt peterecogere repellere.eiicere.
Exiguus:imbecillis.ifirmus.multum egẽs puus.
Exilio lis liui cõponitur ex ex & ſalio.
Exilium dicitur quaſi extra ſolum ab exule: qd' diuiditur in relegatis & deportatis.
Exilis:tenuis.q̃ poſſit per anguſtum exire ſeu ſine aliis gracilis ſubtilis.
Exilis dicitur a græco ε ξ ι γ ι λ ο σ.
Exinde:deinde.confeſtim.
Eximius dictus q̃ ſit ualde eminẽs ſingularis.maximus.
Eximietas:ſublimitas.
Eximo is exemi exemptus: qd' eſt extra trahere. expellere.quaſi ex aliquo emo id eſt traho.
Exinanire:uacuare.minuere.
Exippito tas tare:oſcitare.os aperire:hiare.
Exiſceratur:deteſtatur.horret.
Exiſtimare:arbitrari.putare.
Exitium:clades.mors.calamitas.caſus aduerſus: exitus malus.

Exitiale:mortiferum.periculoſum.
Exire:egredi:euadere.
Exlex exlegis.id eſt ſine lege:producit penultimã generis omnis.
Eximit:minuit.
Exodium ludicra cantatio in theatris uel ſcurrulis turpitudo delectabilis.
Exodiũ initium cantilenæ: hinc exodiarii dicunt qui choris præſunt.
Exodus exitus.nam odos græce uia. hic ode ſpe nõ i.itinerarium:
Exodus liber exitium uel egreſſũ populi iſrael de ægypto digerit:& ex ea cauſa nomen accepit.
Exodus:finis.
Exoleo les lui:exoletus:ide exoleſco
Exoleuit in obliuionem uenit. deficit:corruptus eſt.interiit.
Exoleſcit euaneſcit:deficit de memoria exit.
Exoletus:infamis:turpis.uanus.
Exoleo les eui exoletus excreſco.
Exhomologeſis preces uel confeſſio dicit:græcum eſt.pro confeſſione peccatorum fit tm̃.
Exorciſmus græce coniuratio uel ſermo increpationis aduerſus diabolum:ut diſcedat.
Exorciſtæ adiurantes uel increpantes dicunt.accipiunt.n.de manu epiſcopi: ſicut canon ait cum ordinant:libellũ in quo ſũt exorciſmi habentes poteſtatem imponẽdi manus ſuper energuminos uel catecumios:quos heſdras auctores tẽpli nominat:hos inuẽimus nũc eſſe exorcitas in tẽplo dei.
Exorcizo græce adiuro.
Exordior ris cõmune antiquitus:quod eſt incipere exorſus facit.
Exordium principium,initium.
Exoriri:naſci incipere.exurgere.
Exorius:immanis inſipiens.
Exorſus:locutus cepit loqui.
Exorſus ab exodi uerbo: qui aliquem odit. Odioſus uero qui oditur.
Exoſſatus ager ſine oſſibus.i.lapidibus.
Exotica:ueſtis peregrina deforis ueniens græcũ eſt
Exorticus ca cũ pegrinus na nũ.græcũ eſt odibilis
Exparta;partu uacuata.
Exparata uacuata.
Expectat:demorat:ſuſtinet:præſtolat.
Expectat qui uenturus eſt.ſpectatur uero qui uidetur uel approbatur.
Expedire:explicare.narrare: perſoluere.q̃ſi extra pedicam dare.
Expedit uerbũ ipersonale: cõuenit:pdeſt oportet
Expellere:de loco pellere:eiicere,ſculpere.
Expedit exoluit.præſtat:eſtimat.patit.
Expenſũ:accuratũ: cũ ſtudio libens:inde expenſe accurate:& expenſius:cum maiori ſtudio.
Expergiſcor cõponitur ab ex & pergo.pgo uero ex per & rego facit experrectum & expergitus antiquitus.
Expergiſcor:a ſomno uigilo.
Experiri:probare:cognoſcere:tentare.
Experiens: induſtrius: laborioſus: uigilans:perſeuerans.
Experientia:probatio.induſtria tentamentum.poteſt mali eſſe.
Experimentum: probamentum cognitio.hic experimentari.
Experitus:nõ peritus:uel ualde doctus.
Expers dictus q̃ ſit ſine peritia.
Exper extra partem uel patriã alienus.extraneus.
Expertia:extranea.
Exſpex qui ſine ſpe eſt:deſperatus.
Expertus ab experior:rerum peritus. Expers uero ignarus dicitur.
Expiare:mundare.purgare:exigere.
Expiabilis:immundus.
Expilare:ſubripere:furari:exterminare,occultare
Expilatores:alienæ hæreditatis ſubuerſores.
Expirauit:mortuus eſt:& deletus eſt.
Explere:finire.
Expletiua cõiunctio.i.ornatiua qua ornat oratio quaq; ablata nõ minuit.ut ſaltẽ ſiqua mihi de te ſucepta fuiſſet ſoboles.
Explicit cuius prima & ſecunda perſona nõ habet in uſu quia neutrum eſt nec ad homines pertinet ad librum refertur.
Explico uero cas explicuit uel cauit ad hominem & eſt actiuum.
Explodere:elidere:uituperare.
Exploſus:excluſus eiectus.
Explorare:exquirere,præmeditari.
Expolia hoſtiũ præda dicta a pallis quaſi expallia uictus.n.detrahuntur.
Expoliare:nudare:mũdare mactare
Expolire: elimere: inſinuare in medio ponere. aperire.
Expoſcere:cum deſiderio poſcere.
Exprimo is expreſſi.
Exprimit:aperit:imitat.
Expreſſit:extorſit:ademit:excluſit.
Experta:ualde conſumpta.
Exprodita;excluſa.
Exprobare:increpare:diffamari.
Epromo is exprompſi:qd eſt pferre aperire.
Expugnare,proſternere:diruere:debellare.
Expugnans:importunus. miniſter.
Expuit;excreat; ſaliuam proiicit.
Expongo gis xi expunctus ta tum.
Expongere:conſumare: effugare: efficere:explere peragere.
Exponcta;finita.
Exanguis:ſine ſanguine.pallidus.
Exſomnis:ſine ſomno.
Exſors dicit qui extra ſortẽ eſt alienus, extraneus.
Exta:mediæ pecorum partes:inteſtina fibræ.
Extales & alui idem ſunt id eſt uiæ alui purgandi.
Extat:extra ſtat;apertum eſt ſupereſt: conſtat:tumet.
Extaſis:mẽtis exceſſus:græce quæ fit pauore mentis:uel aliqua reuelatione.
Extempla;repẽtina.
Extemplo:ſubito.i.extra temporis amplitudinem

ilico uero est continuo.
Exterreo es.exterrita:in timorem missa.
Exterminare:extra terminum ducere.
Externari:retro inclinari.
Externata id est a se alienata:id est extra se nata.
Exter dicit quasi extra terram:inde potest dici ex ternus.
Externuit:extraneum fecit.
Extestinus:alienæ gentis:extraneus.
Extimus ab extra; præclarus: præcellens.nouissimus.
Extingo gis xi ctus: cuius simplex stingo in raro usu est.
Extiguit:expugnat: delet: fundit: distruit:mori facit.
Extinctum dicimus lumẽ: restrinctum uero recuperatum.
Extirpare: a radice subuertere.
Extispex extispicis dr:qui extra inspicit.
Extollere:laudare:erigere.
Extorris dicit qui extra terram suam est:sed proprie expulsus ui.
Extorquere:adimere.expugnare.
Extra contrariũ itra significat.ἔγγὼ & ab ex præpositione deriuatur apud græcos & apud nos ad uerbium est:ut extra me ite
Extrahere:eximere:eruere:excludere.
Extra aduerbium deforis significat:interuallo interpositio:pro præpositione ponit ut extra unũ diem.& solũmodo apponitur: ex eo deriuatur extraneus & externus.
Extraneus:ex alia terra:uel immaturus.quẽ extorrita auulsum eiecit.
Extra.exterior:extremus uel extimus.
Extrafilatus exerto humero quasi extra filũ manum proferens.
Extraordinarius est qui ob uirtutem promouet ex ordine.
Extrarius:extraneus:alienigena.
Extranium:extra rationem extraneum.
Extreus:abortiuus: qui de exercitio eiicit extra:
Extremus superlatiuũ ab extra id est nouissimus
Extricare:exterminare:profligare.
Exterico producit penultimam:licet quidam corripiant ut apud homerum in iliade πολλὶτρικυσὶπήπουδ.
Extrinsecus aduerbium loci:deforis.
Extrudo:depello longe abire facio.
Extruere: in altum struere: Instruere uero aciem uel actionem. Astruere affirmare. Construere instruendo coniungere. Substruere substernere.
Extuberat:tumet extat.
Extũdo dis extudi:produxi.excusi:expressi:studiose feci.
Extulit ab effero:eleuauit:protulit:erupit.
Exturbat.expellit.
Exuberare:abundare:excrescere.
Exuere:deponere:nudare spoliare.
Exul dicit qui extra solum est.
Exulare:extra solum suum habitare.
Exulo a te dicimus.
Exul communis generis prisc. Exul ab exulo abiecta o:sicut uigilo uigil:præsulo præsul:consulo consul.
Exulcerare: exacerbare:eneruare.quasi ulcera extrahere.
Exultare:gaudere: gloriari: componitur ex ex & saltare.
Exultatio uerboꝝ atq; membrorum: lætitia uero mentis gaudium.
Exsumptuare:pauperem facere.
Exuro ris exussi exustus cõbustus:de quo nihil supereſt.
Exuo exuis exutus spoliatus: expulsus: liberatus componitur ex ex & suo.
Exuuiæ:uestes spolia:ab exuẽdo dictæ.hæc & manubiæ:quia manibus detrahunt.
Exuuiæ:spolia occisoꝝ hostium dicuntur uel tunicæ serpentium.
Exuuiæ hominũ dicuntur: induuiæ deoꝝ apud paganos.
Exuuiæ uel induuiæ uestes quia exuuntur uel induũtur.
Ezechias interpretatur fortis dñs uel fortitudo domini.
Ezechiel interpretat fortitudo uel imperiũ dñi
Ezin proprie græci dicunt disciplinæ.

F

Littera ueteribus addita i graui significatiõe ponebatur ab eisdem. Veteres latini dictionibus ubi nunc est.f.prius utebantur ph sicut & græci φ.sed postea illud.f.ab eolibus assũpserunt:posuerũq; tantũ in oĩbus dictionibus latinis ubi prius habebãt ph ut fama.filius.factio unde muta ostendit esse. Digamma autẽ dicta:quia duo habeat ĩ figura græca gamma sicut.
Faba græca etymologia a uescendo dicta quasi faga φαγεῖν enĩ græce comedere dicit.primum enim hoies hoc legumine usi sunt.
Faba fresa dicta qꝛ eam frendant id est frangant.
Faba syrica eadem est quæ & mella: quam græci loton uocant.
Fabarii.cantores apud gẽtiles dicebant:eo qꝛ in cibo palentis leguminis maxime uterentur.
Fabaris:fluuius italiæ.
Faber rectonus græce a faciendo ferrum dictus. hinc deriuantur nomĩna ad alias artiũ materias sed cum adiectiõe:ut faber lignarius.faber ærarius:& reliqua:propter operis scilicet firmitatẽ. Sic quoq; fabrica.
Fabricora:prouerbium in eos qui domesticis usi alimentis cum aliis laborant.
Fabor:loquar.a for faris.
Fabrateria ciuitas Campaniæ uel ornatus fabroꝝ uel materies.inde fabraterius.
Fabre:ingeniose.artificiose.docte.perfecte.
Fabrefactum:ingeniose compositum.

Fabrica:fornax fabroꝝ:q̃ cõſtat uentis & flãma.
Fabricauit:compoſuit.inſtruxit:muniuit.
Fabricor ris deponens ponit Macrobius.
Fabricatus eſt:inuenit:exqſiuit:molitus eſt.
Fabricompitũ:ubi nunc lacus eſt captiuis de hoſtibus:hæc fabricia domus dicta eſt.
Fabrilis a fabro pfectus:hic & hæc fabrilis:& hoc fabrile.
Fabulas poetæ a fando nominauerũt: quia nõ ſũt res factæ:ſed tm̃ factæ loquẽdo:ut fictoꝝ mutorũ aialiũ interlogo imago quædã uitæ hominũ noſceret.Sunt aũt aut æſopicæ aut libyſticæ.Aeſopicæ ab æſopo iuentore dictæ.cũ aialia muta uel q̃ aiam nõ habent: inter ſe ſermocinaſſe fingunt.libyſticæ aũt cũ inter hoies & beſtias commercium fingit uocis.
Fabulæ aut delectandi cã fictæ ſũt: ut hæ q̃s uulgo dicũt:uel quales Terẽtius compoſuit:aut ad naturã reꝝ.ut Vulcãus claudus:qa p naturã nunq̃ rectus ẽ ignis:aut ad mores hoiũ:ut apud horatium mus loquit muri:ut p narrationẽ fictam ad id quod agit uera ſignificatione referatur.
Fabulæ ſũt quæ nec factæ ſũt: nec fieri poſſũt qa contra naturam ſũt.Tullius uero fabula ait eſt q̃ neq; res uerasneq; ueriſimiles continet.
Fabulo onis fabularum inuentor.
Fabularius:fabulas componens.
Fabulo as & fabulor ris fabulas compono.
Face impariũ a facio facis ſed nũc utit p apocopam fac.& eſt ablatiuũ fax facis.
Faces dicunt q̃ focos faciant: quæ græce lãpades dicuntur.
Facee:propriũ eſt.interpretatur os aperiens.
Faceſſit:frequẽter facit.diſſoluit.recedit.ceſſat plus facit.
Faceſſo ſis ſi: nõ incongrue deſideratiuũ dici poteſt a facio: ſicut a lacero laceſſo. Nam non eſſe frequentatiua cõiugatio oſtendit.
Facetus: qui iocos geſtu & factis cõmendat: unde a faciendo bene dicit.
Faceta:urbana uenuſta.iocoſa. bene morigerata. a faciendo uel fari dicta.
Facetior:hylarior.gratioſior.
Facetiæ. lepos.ſuauitas uerboꝝ urbanitas.
Facies eſt naturalis habitus & immutabilis: qua quiſq; cognoſcitur.
Facies dei noticia dei Aug.
Facies dr̃ q̃ noticiã faciat hoſ:& naturalis & certa Vultus uero uarius.
Facies cæli uel caput orientalis regio eſt: ultima uero ſeptentrionalis.
Faciſtergium.& manutergium:a tergendo faciem uel manus dictum.
Facinus eſt quicquid alteri nocet: quicquid uero agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus ſuum flagitium dicit.
Facinoroſus a facinore q̃ alteri noceat.
Facilis dicit a faciendo nec tardo.
Facilior.limus.faciliter.facilitas.
Fcere eſt neutrum ſed tamen uim habet actiuã ut facio te & calefacio te. Sed ĩ cõpoſitis cũ omnibus pene ppoſitionibus eſt actiuum :ut officio or efficio or.præter pficio deficio ſufficio:nam calefacio tepefacio & ſimilia calefio & tepefio loco paſſiuoꝝ habent:ſicquoq; defio. Cõponit etiã inde gratificor aris. ludificor aris. Excarnifico uero & uilifico & amplifico actiua ſunt:quæ oĩa coniugationem mutant.
Facio cis unde faceſſo deſideratiuũ & factito frequentatiuum.
Faceſſo is itũ factum factura factor componitur omnifactor.ſuperficies. facinus. oroſus. facilis facilitas.facultas.componit difficultas:difficilis factio.factioſus.Cõponit cõficio of.iter. de.ef. per.præ.inficio ſuf.con.reficio.manſuefacio cõſue.pigue.calef.male.made.tepe.are.diſſuefacio floccifacio.uacue.cõmonefacio. pfectus pfectio officiũ.Cõponit officiperdi.affectus.ctio .affecto tas effectus effectio ctũ.pficiſcor.inficior infice.ſufficiens.enter.entia.refectoriũ:pacificus co.cas.ædifico cas.benefico cas:ædifico cas.ædificium fructifico.gratificor aris.
Factum & fictum & ſimilia coniungunt ſequenti ſyllabæ.
Factio coniuratio.cõſenſus maloꝝ.unde factioſus ſæpe faciens deceptor:fallax.
Factioſus cũ inter opprobria eſt. Seditioſus uero gratioſus potens & magnæ factionis dicit.
Facos uermiculos dicunt.
Facodes hærba quæ in humidis locis naſcit.
Faculentus:face plenus.
Facultas poſſibilitas: copia: opportunitas:matrimonium.
Facundus:qui facile fari poteſt.
Fagen φαγειν græce comedere dicitur.
Fagolydores græce manducãtes male:fagio.n.comedo:lydores maledictum ſonat.
Fagus gi fœminini genus arboris:inde dicta quia hoĩes prius hanc comederunt:quod eſt græce fage:inde faginus na num.id eſt de fago.
Fallax dicitur:q̃ fando decipiat.
Fallax id agit unde quiſq; fallat: qui uero mentit nõ omnes uult fallere ſicut mimus.
Fallo lis fefelli falſus:quod eſt decipere fando inde fallax cior:ſimus fallacia.citer.falſus.inde cõponit falſidicus:falſifico:falſo ſas:refalſo as.
Falcaſtrũ a ſimilitudine falcis dicit.eſt enim ferramentũ curuũ cũ manubrio longo ad ſucciendum denſitatem uepriũ: hi roncones dicuntur.
Falcatos currus antiqui habebant.Nam cũ gladiis hærentibus rotis bellabant.
Falcidia lex dr̃a falcidio tribũo plæbis: qui ſub octauiano legẽ fecit ne quis plus in extraneos legaret q̃ ut quarta pars ſupeſſet hæredibus.
Falx cis eſt qua arbores putantur uel uites: dicta q̃ hac milites primũ hærbam filicem abſcindere ſolebant.
Falcitare:putare:ſecare.
Falco dictus q̃ falcatis:id eſt curuis unguibuſ ſit hunc itali caput uocant a capiendo.

Faleg interpretaſ diuiſio: ob hoc ita dicit: qa tunc natus eſt: quando diuiſio linguaꝝ facta eſt.
Falena genus piſcis.
Falernus mons campaniæ ferax optimi uini.
Falernū uinū a falerna regione campaniæ: ubi optimum naſcitur.
Faleutiū: pentametrū: conſtat ſpondæo dactylo & tribus trochæiſ.
Fallibilis ſubdolus: inſidioſus.
Fallicetū: licentia iudæoꝝ. uel iuſtitia.
Faliſci. populi ſunt uerſus campaniam.
Faliſcus: culter uel ſecuris.
Faliſcū tetrametrum conſtat tribus dactylis & pyrrhichio.
Falſitas appellata eſt a fando aliud q̄ uerum ſit.
Falſitas eſt negare quod uerū eſt. fingere uero qđ uerum nō eſt.
Falternū & amelū ſuccinum ad ſimilitudinem uini & mellis dictū.
Faluus: fuluus: eluus color.
Fama dicta q̄ fando peruagaſ: eſt autē nomen & bonaꝝ rerū & malaꝝ.
Fames: cupiditas edendi: uel cuiuſlibet rei: hæc fames famis. antiqui uero famei dicebant. unde adhuc producitur fame ablatiuus quaſi quintæ declinationis.
Fameo faminis: id eſt fama.
Famelicus a fame. exuriēs. ieiunus. indignus.
Famæ: rumores. aura popularis.
Famægerulus: famē gerens. nuncians.
Famenoth lingua ægyptioꝝ februarius menſis.
Familia liberi ex liberis a femore dicta. Nam proſeruis nō ꝓprie dicitur: ſed abuſiue.
Familia familias græco more facit pro familiæ: priſc.
Familiaris: domeſticus: aſſuetus: uſitatus. priuat⁹
Familiaritas: obedientia: amicitia.
Famix: contuſio faucis.
Famoſus. de quo fama loquiſ bene uel male.
Famulor aris: quod eſt obedire ex debito: obſeq uero uolens.
Famulus: unus ex familia. ſeruus uero ex conditione ſeruitutis.
Famuli ſunt ex ꝓpria ſeruorum familia.
Famulitiū: famulatus: obedientia. ſeruitiū.
Fana dicūt a faunis: quibus error gentiliū templa conſtruebant: uel eo q̄ ibi dæmonū imagines appareant. nā fama græce apparitio dī. uel a fando uel a græco phone id eſt uox: hoc eſt a reſponſis quæ ibi dabant: unde phanatici: q̄ futura canūt.
Faudū: iuſtū prædicandum.
Faneus: ꝓmōtoriū ciliciæ dcm̄ a faneo rege.
Fanon dicit corporale.
Fantaſia etiam alicuius ſaccus.
Fanuel interpretaſ facies dei.
Far hebraice taurus dicit.
Farratus ta tum a farre.
Far frumentū dictū q̄ in initio frangereſ: nōdū enim erat uſus molaꝝ.
Farra: frumenta: farina.
Far farris ſolū geminauit r. cauſa dīuæ for faris.
Farratior: fructuoſior.
Farrago a farre dicta. eſt aūt hærba ordeacea: adhuc uiridis nec dū grauis ad maturitatem turgētibus: cibus equoꝝ eſt.
Farrata pluraliter ſignificat pingues cibos generaliter.
Fara uaſa ſunt luminatoria quæ nos rætia dicimus diuerſo modo formata.
Faratobiæ ſyrtes: quas alias eſſe extra libycas ait lucanus.
Farcimen caro conciſa minutata: dictū q̄ eo ītegti num farciaſ cōmixtione aliarum rerum.
Farcire: implere: ſpiſſare.
Fercio cis farſi fartū: cōponiſ confertio refertio.
Fares diuiſio interpretaſ. qa diuiſit mēbrauulas ſecundarum.
Faria uerba: multa eloquia.
Farina & furfures a farre dictæ: cuius ſūt pigramenta.
Farmaceutria id eſt mulier faciens maleficia.
Farmacos φαρμακοσ̄ græce maleficus uel uenefícus.
Farmati martius menſis ægyptioꝝ lingua.
Faros φαρωσ insula uel ciuitas ægypti metropolis: a qua pharaones dicunſ.
Fartor nomen glutonis.
Fartum: impletum.
Farus: cœnator uel cœnatorium.
Fas lex diuina. ius uero lex humana tranſire pali enum fas eſt. ius non eſt.
Fas: iuſtum licitum a fando.
Faſe tranſcenſus uel tranſitus dī: quia eadē nocte dominus per egyptum tranſiuit & cuncta egypti orum primogenita percuſſit.
Faſces dignitas conſularis: de faſciis enim purpureis & auratis coronæ fiebant.
Faſces erant laniſtæ id eſt faſciolæ purpureæ: quibus redimibanſ coronæ lauri. quas q geſtebā in ſummis faſcibus. i. dignitatibus poſiti dicebanſ.
Faſcia: qua tegiſ pectus: dicta q̄ i modū faſciculi corpus alliget. hinc & faſciolæ dictæ: qbus uulnera uel tibiæ colligantur.
Faſcis congregatio lignoꝝ ad deportandū colligatoꝝ pondus. inde faſciculus.
Faſcinnat: adulando impetit. laudando decipit grauat.
Faſeli genus leguminis a faſelo īſula græciæ dicti ſecundū quoſdam: uel græcū eſt.
Faſelus nauicula quā corrupte baſelum dicimus.
Faſianus auis uel pullus a faſide inſula græciæ unde primū aſportata eſt.
Faſis fluuius in colchide.
Faſis: græce nuncius.
Faſſio: confeſſio.
Faſitus: ſolutus. conſumptus: exhauſtus. a fatiſco.
Faſma fabula quædam: notum.
Faſor. fagmator.
Faſſus: confeſſus: dictus locutus.
Feſta: honorata. dicta. aut locuta.

Faſtidire:ſpernere:dedignari aſpernari.
Faſtidiū:ſuperbia,tædiū:contemptio;arrogantia.
Faſti libri quos conſules habebant in quibus reges uel conſules ſcribunt a faſcibus.i. poteſtatibus dicti:unde ouidii libri faſtorū dicunt quia de regibus & conſulibus æditi ſunt.
Faſtus:tædiū:ſuphia,cōtemptus:quod a faſtidio uerbo eſt.quartæ ē declinatiōis.qñ uero ꝓ annali accipit.i.ꝓ feſtis a faſtis & nefaſtis diebus ſic dictum frequētius eſt ſecūdæ;ſed iuenit etiā quartæ ut apud lucanū nec mens eudoxi uincet feſtibus annus.
Faſti dies ſūt ī qbus ius fas. Nefaſti ī qbus nō fas
Faſtus tus turſuperbia.
Faſtus faſti liber,uel honor.
Faſtigium,culmen;ſublimitas;ſummus honor.
Fata reſponſa deorū pagani dicebant a fando,inde fatalis.
Fatus fata fatum a forfar is:locutus ta tum.
Fatale palladium in quo fatum troiæ continebat
hic & hæc fatalis & hoc fatale.quod fato debet.
Fathamia plaga ut meridiana uel cocidentalis.
Fateor ris faſſus.
Fateri coacte;confiteri proprii eſt arbitrii.
Fatidicus:fata canens:ſortilegus:diuinus.
Fatidioſū reuidens annuens conſientiens:uel deridens.
Fatiſco cōponit ab hiſco.ſil'r dehiſco uetuſtiſſimi tñ fatiſcor & feſſus dicebant uel faſſus laſſus ex quo defeciſcor quod qdā deriuant a fateor.
Fatiſco ex fatum.i.abundanter & hiſco.i.aperio.
Fatiſcit:aperit.diſſoluitur:euaneſcit.multū hiat
Fatigo gas fatigor garis.
Fatigatus itinere:laſſatus uero robore.
Fatigare.ſatis agitare:cōtundere:domare:exercere
Fatim multū ſignificat.ſed nō ſolū ꝓ ſe ponitur ut affatim.
Fatifer:lætifer.
Fatum dicūt pagani quicquid dii fant.nos aūt ueri dei cultores ad melius reuocantes dicimus qa ſemel locutus ē deus:hoc eſt incōmutabiliter:ſicut nouit oīa incōmutabiliter q̄ futura ſūt. Tria aūt fata eē fingunt pp tria tēpora:præteritū qđ iā in fuſo inuolutū eſt:præſens qđ ī dygitis nētis eſt:futurū quod in lana & ī colo eſt adhuc.fatū aūt a fortuna ita ſeparat:qđ fortuitu uenit nulla cauſa palam fortunā uocabāt. fatum uero quod appoſitum ſingulis & ſtatutum erat.
Fatum nihil eſt ut beatus Aug.aliiq;dicūt ſed qđ ꝓuidentia dei diſponēte foris agit.fatum dicit
Fatum eſt diſpoſitio rebus mobilibus inhærens ꝓ quā diſponens ꝓuidentia dei ſingula nectit ſuis ordinibus: & digerit ī modū ſingula ſcilicet di co locis & formis & tpibus diſtributa:ut hæc temporalis ordis explicatio in diuinæ mētis adunata ꝓſpectu ꝓuidentia ſit.Eadem uero adunatio digeſta & explicata tēporibus fatum uocat. Quæ licet diuerſa ſint ; altero tamē pendet ex altero.
Fatuus eſt:qui neq; quod ipſe uel alii fantur intelligit:ſtultus uero hebes corde.Fatuus & fatuclus uocatur pan.
Fatuos quidam dictos putant eſſe a fatidice fauni uxore:fatua dicta qui præter modū ſtupefacti ſūt uaticini is illius uſq; ad amentiam.
Fauces a fundendis uocibus nominatæ: quia ꝓ eas famur uoces quaſi faces id eſt uoces.
Fauces dñr etiā aditus anguſtorū locorum.
Fauſi ſeptember ægyptiorum lingua.
Fauiſæ foſſæ quædam in capitolio ; quæ ī modū ciſternarū cauatæ excipiebant dona iouis.
Fauonicos ueteres uocabant:quos nos ſpurios dicimus:qui ex patre incerto matre uidua geniti ſunt.fauonios,n. quædam animalia dicunt quæ hauſto fauonio ſpiritu concipere dicunt:unde matrem potius q̄ patrem ſequunt.
Fauonius uētus q̄ græce dī zephyrus a parte dextera africum : a leuacorum habet : dictus uero q̄ flores & germina eius flatu uiuificent:ſiue q̄ foueat quæ naſcunt.Auſtro eni flores ſoluuntur:a fauonio fiunt.
Fauo operimentum quoddam.
Fauonius etiam dicit ſolis radius. quando tremulo fulgore reſplendet.
Fauoniū odium leue & ſine cauſa ut a uento collectum.
Fauor:laus;aſſenſus,a faueo es quod eſt cōſentio laudo.
Faueo es faui fautum:ſicut laui lautū. caui cautū ꝓpter differentiam fatū:latū.catū.
Fautor:fauens:conſentiens;laudator.
Fauus mel in cæra dictus: quia comedit magis q̄ bibitur.
Fauilla d eſefta igne: ſcintila dicta q̄ ꝓ ignem cā ſit.Fam phos græce ignis.
Fauus gtæcc pan dicit.
Fauni a fando uel ἀπὸ τῆς φοινῆς dicti:q̄ uoce nō ſignis uident oſtendere futura in lucis conſulti a paganis:hi uulgo incubones a romanis ficarii fauni dicunt.
Faunus latini pater;filius pici:filii ſaturni fuit.id eſt nepos ſaturni.
Faunius:modus antiquiſſimus.
Fauſtus:fœlix:clemens.
Fauſte:fœliciter:proſpere:pie.
Faux cis a fundendo uoces. unde cōponit ſuffoco
Fax facis dicta q̄ focos faciat : huius diminutiū facula.
Fax:læti tia.
Faxo pro facio antiqui dicebant : unde & artifex uel pro faciam:unde faxit.
Febris a feruore dicta;eſt enim abūdantia caloris
Febricitor aris.
Febrio febriui febritum.
Februare;purgare.
Februa:dea paganorū a februo plutone.
Februarius a februa.i.plutone:cui eo menſe ſacrificabant:uel a febribus ualidis ſupercorū.hinc februariū. Numa pompilius in anno conſtituit ſicut Romani ianuarium.
Fetaſiani:populi phœnices.

Fæces:reliquiæ purificati uini uel cuiuſlibet rei:ut olei.
Faceſſant:diſcedũt ceſſant ;
Fæcinia uua minuti acini & duræ cutis dicta ꝙ pluſq̃ cæteræ fæcem habeat uel faciat.
Fœciales dicunt̃ per quos fœdera & bella indicebantur id eſt ſacerdotes.
Fœcula uua decocta pinguis.
Fœcũda a fœtu dicta id eſt fertilis.
Fœcũda:optima .uerboſa.abundans
Fæda turpis.deformis'.
Fœdus fœda fœdum facit:inde fœdare polluere deturpare.
Fœde:turpiter.
Fœdus uero fœderis pactũ uel pax.unde fœderare pacificare:fœdus componere.
Fœderales ſacerdotes: per quos fœdera ſũt inter duas gentes.
Fœdus da dum id eſt deformis per œ ſcribit̃:fœdus quod eſt pactũ per œ diphthongum.
Fœdus nomẽ habet ab hirco uel hædo littera ad dita:hoc ueteres in graui ſignificatione ponebãt
Fœdus eſt pax quæ fit inter dimicantes a fide uel fœtialibus id eſt ſacerdotibus dictum per quos pax fiebat.Alii fœdera dicta putant a porca fœda & crudeliter occiſa ; cuius mors optabatur ei qui a pace reſciſceret.quam antiqui tam diu fuſtibus cædebant quouſq; deficeret: per quod ſignificabatur ſi aliquis illud fœdus rumperet tali morte afficeret̃.
Fœdus præuenit:pax ſequit̃ poſterius.
Fœdus da dum & hoc fædus per œ notant̃.
Fel dictũ ꝙ ſit bilitũ:geſtans humorem qui uocatur bilis græce colen ΤΗΝ ΚΟΛΗΝ priſc. hoc fel fellis.addito lis ſicut mel mellis.
Fel terræ ꝓpter amaritudinẽ dicta eſt centaurea.
Fefellit.decepit.mentitus eſt a fallo fallis.
Fellibilis:ſubdolus:amarus.
Felis græce cerua.
Fellineis oculis id eſt cæſis.
Felis beſtia mitiſſima dr̃:ut capreolus & dama.
Felibris adhuc lætus uiuens.
Felix dicit̃ per quẽ datur & accipit̃ felicitas.ut felix locus tempus : uel qui accipit : & hæc & hoc felix.
Felix felicis:feliciter.felicitas.
Felix ſimplex eſt: græce dicitur ἐυδαίμων eudæmon.
Feme fama græce:uides igit̃.quia ex græco uenit
Fœmellarius:fœminis deditus:mulierarius antiquitus dictus.
Femen eſt pars corporis : quæ & femur dicit̃:ſed femina ſunt mulierũ:femora ſunt uiroꝝ:dicuntur enim femora inter coxalia:quibus equis inſidemus: hoc femen feminis. Femora dicta ꝙ ea parte fœmina a ſexu uiri diſcrepat. Sunt autem ab inguinibus uſq; ad genua.Femina uero per deriuationẽ femorũ partes ſũt: quibus in eqtando tergis equoꝝ inſidemus uel adhæremus.
Feminalia uel femoralia appellata ꝙ femora tegant:ipſæ & bracæ ꝙ breues ſint.
Fœmina a partibus femorũ dicta id eſt a femine ubi ſex ſpeciebus a uiro diſtinguitur. Alii græca etymologia ab ignea natura fœminam dictã putant ideſt phos φως φωός. quia næhementer concupiſcit. libidinoſiores enim ſunt fœminæ uiris.
Femur femoris:neutrum eſt.
Fœna hærbæ ſiccæ ſingulariter.hoc fœnum.ide fœnile dr̃ locus ubi fœnum ponitur.
Fene græce auis ſulica.
Fendo quod in uſu nõ eſt:componit̃ inde offẽdo. defendo:infẽſum.
Fœnus.noris.lucrũ:pecunia:unde fœnoro as.
Fœnerator & qui dat mutuo: & qui accipit latine accipitur.
Fœnerator ad lucrum dat.
Feneſtræ ſunt quibus exterior pars anguſta interior diffuſa eſt : dictæ ꝙ lucẽ ferant.lux.n.græce phos dr̃.uel quia p eas foras uidemus.
Feneus pauper ſine fide.
Fœniſecæ:fœnum ſecantes.
Feniculum latine uocat̃:ꝙ eius thyrſus & radicis ſucus acuat uiſũ.Idem maraton græce: uel quia calida eſt id eſt ſicca.
Feniculum una ex iſulis quæ olidæ dicunt̃.
Fœnum dictum : ꝙ eo flãma nutritur quod eſt græce phos φως.
Ferax a fero fers id eſt fertilis:generis omnis.
Fera dicta ꝙ toto corpore ferat̃: aut ꝙ naturali utatur libertate:& deſiderio feratur ſuo.
Feræ ſunt quæ & ſi nõ ſæuiunt:tñ ſilueſtres ſũt:& deſiderio ſuo ferũtur.Beſtiæ uero a uaſtando dictæ:quæ morſu uel unguibus ſæuiunt.
Ferus ra rum:aſper.durus & crudelis a ferendo ſe ſine ordine.uel a feriẽdo.inde feritas.hic & hæc færalis & hoc færale:mortiferum:triſte.
Feratra tecta ſiluaꝝ ſpiſſa.
Feraſcit.ferum facit.uel pax facta eſt.
Ferratũ ferro præfixum a ferro as:qd̃ nõ eſt ĩ uſu
Fere pro iuxta.a ferus : quia feris .i. celeribus oſa iuxta ſunt.
Fere:proprie pene.
Ferculum:diſcus:menſa edentium aut uaſculum menſorium.in quo epulæ ferunt̃.
Ferculũ a fero fers.priſ. Fercula uero pluraliter miniſtrationes epularum.
Ferre:portare.dicere nunciare.præbere:uel pati.
Ferreus rea rerum a ferro proprie:de materia ferri:durus:perpetuus.
Feregratium metrum cõſtat ſpõdæo dactylo ſpõdeo uel trocheo:ut pontus uerſat arenas.
Ferentarius:leuiter armatus ſagittis uel fundis a ferendo ſe.
Feretrius fertilis.uel locus mortis.
Feretrum dictum ꝙ in eo mortui deferant̃ & eſt græcum φέρετρον quod latine capulus dicit̃ ꝙ ſuper.capita mortuoꝝ feratur.
Feretrum dictum ꝙ ferat tetrũ.i.mortuũ.
Ferezei interpretatur fructificatio.

Feri tribus modis oſtenduntur: uultu. uoce. geſtu quadrupedes. n. ſunt nunc equi.
Ferio ris percuſſi. a percutio ſuſcipit. nam delicit ſuo percutior percuſſus.
Ferire: percutere.
Feriacha arma ſubitis bellis recondita.
Feria a fando dicta eo q; in creatione mūdi per ſingulos dies dixit deus: fiat. Item quia dies ſabbati ab initio feriatus: ab eo dies ſolis id ē dominicus dies prima feria nuncupatur: quia primus eſt a feria. Item lunæ dies ſecundus: quia ſecundus a feria eſt. i. a ſabbato qui eſt feriatus.
Feriatus ocioſus uel quietus.
Feriari: a malis operibus uacare celebrare.
Feriati dies ſunt in quibus res diuina fit: & abſtinere a litibus oportet: feſti uero tamen ocii & religionis ſunt.
Feriferæ. feræ furentes.
Ferme: prope. plus minus. dubitantis aduerbium: aut fere circiter.
Fermentum leuamētum a feruore dictum q; pluſ prima hora non poteſt contineri: creſcendo enim excedit.
Fermentum ſignificat peccatum. ponitur aliquando pro bona doctrina. aliquando pro mala. græce zima dicitur.
Feronia: fluuius. dea agroꝝ. uel puellaꝝ.
Ferus: inde feritas duricia animi: ferocitas uero ſæpe laudem habet: ut ferox iuuentus aſpera.
Ferox ciorſimus.
Ferocit: ſupbit: faſtidit. pro nihilo habet. deſpicit.
Ferox dictus ab eo q; feritatē exerceat uel beſtia.
Fero fers tuli a tulo antiquo habet. græce dicitur. φερῶ fero per conciſionem. i. facit ſecundam & tertiam perſonam fers fert: ad differētiam ferio feris licet temporis ſit differentia: pluralia ferimus ferunt ſecundum rationem tertiæ: fertis uero per ſincopam: In præterito quoq; imperfecto & futuro regulam ſeruat tertiæ coniugationis ferebam bas: feram feres. & in omnibus aliis modis exceptis illis quæ ſolent a ſecunda naſci: ut ferē fert ferte. ferto. fertote. ferrem. ferre.
Fero. fers. ide dicitur ferculum. fertilis. fertilitas. ferax. feracior: feraciſſimus. feracitas. feraæ. inde ferus ra rum: & ferinus na num. componitur feretrum feretra. feretratus. formica: affero: trāſfero. circum. ob. per. au. de. ex. in. ſub. re. diſ. cō. & quæ ab iſtis deriuantē. feneſtra. pacifer. enſifer. peſtifer. frugifer. æſtifer. ſomnifer. lucifer.
Fertilis ager dicitur: fructuoſus uero quiſq; compendio dicitur.
Fertum dicit oblatio quæ ad altare ferē & ſacrificatur a pōtificibus: a quo offertoriū nominatur
Feruer: bullit. iraſcitur. frequentatur.
Feruo es & feruo feruis eiuſdem ſignificationis ferui & ferſi. unde ferueſco: & per b ſimiliter ferbeo es ferbui ferbeſco.
Ferrugo: obſcuritas aut ferri raſura. aut nigra a colore ferri.
Ferrucula. ferriginea. nigra ferrei coloris.
Ferrugo purpuræ ſubnigræ color: quæ fit in hiſpania: dicta autem ferrugo q; omis purpura prima tinctura eius modi ſit coloris.
Ferrum dictū q; farra id eſt ſemina frugum terræ condat. Idem & calybs a calybe flumine ubi ferrū optima acie temperatur: rubigine caret. ſi ceruſa & gypſo & liquida pice pungitur. Item ſi medulla ceruſa uel ceruſa mixta roſaceo ungitur.
Ferrum a feriendo dictum: quia cum eo cætera feriantur id eſt domentur.
Ferrum: tælum acinace.
Ferrumen: peccatum. ſordes. nota ferri.
Feſſus ſa ſum a fatiſcor id eſt fatigatus ta tum.
Feſcennina cantica nuptialia: quæ in nuptiis cantantur.
Feſcenninus. na. num. nuptialis a feſcennino oppido campaniæ: ubi romani cœperunt deſcribere reprehenſorie.
Feſſi: rerum copiarum inopes.
Feſtalia: dies feſti.
Feſtiuus: dies celebralis. ſolennis.
Feſtiui dies ex conſuetudine dicuntur: ſolennes uero qui ad homines pertinent: ut parentalia.
Feſtus: lætus. iocoſus. a feriando dictus.
Feſtiuitas dicta a feſtis diebus quaſi feria. eo q; in eam res ſola diuina fit.
Feſtinare: accelerare. properare.
Feſſus ad omnia refertur: ut feſſus rerum dictus q; ſi fiſſus: nec iam integer.
Fœta aliquotiens plenam: aliquotiens liberatam ſignificat.
Fœcunda: plena partu liberata.
Fœcialis pacis ſacerdos: uel corona pacis.
Fœtus dicit q; adhuc in utero foueatur.
Fœtus tus a filiis pro fructu. fœtus tatum plenus na num.
Fœtura: partus.
Fetidus: putidus: nam fetet impерſonale id eſt putet male olet. inde fetor fetidus da. dum.
Fetutina res fetida & inquinatiſſima ac muliebris: ſordida occaſio: quæ per mulierem fœtum facere poteſt.
Fæx cis dicta q; ſe uaſis mergendo affigat.
Fialæ: uaſa uitrea. dicta a fialin græco id eſt uitro ex quo primum fiebant.
Fiale: uaſa amplitudine diffuſa: chorda charitatis ſignificant.
Fibebella. lumina ſolis ortus uel lunæ.
Fibulæ ſunt quibus pectus fœminarum ornatur: a uiris portantur in humeris. ſeu cingulum in lūbis effluxæ ſunt nec ſtabiles.
Fibræ: uenæ iecoris uel uiſcera.
Fibræ membrorum iuncturæ.
Fiber qui & beuer dicitur genus animalium ponticus canis & caſtor nuncupatur.
Fibula græcum eſt: quā ipi fiblin dicūt eo q; liget.
Fibrina ueſtis: tramam de fibri lana habet.
Fibrinum. lana.
Ficatum: iecur.
Ficarius: qui ficus colligit.

Ficedulæ aues dictæ q̄ ficus magis comedant.
Fictum a fingendo & componendo falsum. uel aliquid aliud sicut capillos.
Fictum etiam dicitur quod inter duos componit omni anno reddendum: qui & census.
Fictilia uasa dicta q̄ fiant & fingantur ex terra: figere enim est facere & formare: unde figuli. & fictile.
Fictilia primum in samo insula inuenta sunt.
Fictile: fragile sicut caro quæ de luto fit.
Fictio: compositio. simulatio.
Ficus a fœcunditate dicta: feracior enim est arboribus cæteris. nam ter quaterque in anno generat fructū. atq; altero matureſcente alter oboritur. hæc & caricæ a copia nominatæ.
Ficus uirides humectāt & deducūt & calefaciunt humectant quidem. qa pingui succo sunt: calefaciunt autē propter succum. egeritur uero dulcedo illoꝝ. Primæ ergo illoꝝ pessimæ sunt pp̄ni mium succū. sequētes uero meliores: siccæ autē callidissimæ sunt & egerunt. Siccæ quoq; i aqua coctæ cum isopo oē pulmonis uitiū cū tussi curant: tritæ cum melle carbunculos curant.
Ficulnea: ficus dicitur.
Ficulnus de ficu sicut populus de populo colurnus de coryle.
Ficui domesticæ: & secundæ agrestis iuxta fertur inseri ne illius fœcūdæ fructus aura uel æstu ad terram defluant. Alii uero grossis agrestis ad feracem alligatis medentur eius infirmitati ut possit proprios fructus reseruare.
Ficus uitiū corporis generis, masculini quartæ declinationis.
Ficus quando arborem uel fructum significat fœminini generis est & quartæ declinationis: uel etiam secundæ.
Ficus synagogam interdum significat.
Fidus da dum a fido deriuatur: unde utrunq; producunt: nam fides breuiatur.
Fida: fidelis amica. certa.
Fidus in quo confidere possumus: fidelis uero qui fidem tenet.
Fides est qua fideliter credimus id quod nequaq̄ uidere ualemus: nam credere iam non possumus quod uidemus: proprie autem & secundum sonum fides dicta est ut Tullio placet si omnino. fiat quod dictum est uel promissum uel placitum inter utrosque. quasi inter deum & hominē. hinc & fœdus.
Fidelis famulus dicitur: fidus uero amicus.
Fidelis fit ut domino seruus: fidus uero natura. Alter tempore cognoscitur: alter semp̄ inuenitur
Fideicōmissum dictum ut fiat quod a defuncto cōmittitur. Nam fides dicitur eo q̄ fiat. quod tamen fideicōmissum non directis uerbis sed precatiuis exposcitur.
Fidenæ: urbs italiæ: quam uegentani condiderunt quæ sexto milliario abest ab urbe: inde fidenati dicuntur pluraliter. dicta qa ab his instructa est qui fidentes uiribus tyberim transmearunt.
Fidis id est chorda dicta q̄ fidem sibi seruet: nec alterius sonos imitetur.
Fidis fœmininum: cuius diminutiuū fidicula: licet quidam eius nominatiuum fides esse dicant.
Fidicen a fide & canendo compositum. cōe est: sed tamen fidicina facit fœmininū: unde melius masculinum est.
Fidicula: cythara. uel fidicen id est citharœdus dicit quia tā concinūt inter se chordæ eius ut bene conueniant.
Fidiculæ sunt ungulæ: quibus torquentur in equuleo appensi: ut fides inueniatur.
Fido is fisus. neutrum passiuum.
Fiducia in bonis rebus: cōfidentia in malis accipit.
Fiduciarius possessor: qui rem alienam fiduciatā accipit.
Fidere: fiduciam habere: inde fidens.
Fidus. ior. issimus. fideliter cōponitur pfidus perfidia fidei iussor. A fido componitur confido cōfidens ior cōfidentissimus. confidenter, hæc fidis fidicula. componitur fidicen. fidicena.
Fieri pro firi uel fire dicitur.
Fiedicus propheta.
Figa græce fuga latine figura.
Frigida: tæla q̄ omnibus sint contraria a figendo.
Frigida saturnia stella. quod omnibus sit contraria
Figo gis fixi xum facit. nongo in cū. propter differentiam fingo finxi: quod facit fictum.
Figere: imittere. inferre: fortiter uel stabiliter imponere.
Figmentum compositio. inuentio. a fingo.
Figuli: compositores luti a fingendo & plasmando dicti: unde & fictile.
Figo gis: inde dicit fixus fixura. componitur crucifigo gis xus: affigo præ. de. figo. suffigo. diffigo. re. con. per. trans.
Figura: similitudo. forma. sed figura hominis est forma naturæ. figuras inanimatis: formas aīatis præbet Aug.
Figura est quæ sub aliquo fine ut circulus. uel aliquibus continetur: ut triangulus & cætera. forma uero est ipsius figuræ quædam qualitas ut trianguli & aliarū: q̄ pulchrior uel mediocris uel quolibet alio modo constituta est qualitas formaq; nominatur. hæc ergo duæ qualitates sunt. Nam ab his dicitur figuratus & formosus. Spatium uero ipsum quod ab ipsis lineis continetur. ideſt superficies. quantitate habetur. quod uero tribus lineis constat qualitas est.
Figura dicitur a fingendo id est componendo unde & figulus dicitur compositor luti: & est figura rerum. In nomine uero res artificiales: quæ aut ex una constat parte aut ex pluribus. Sunt autem tres. simplex composita & decōposita: ut magnus magnanimus magnimitas.
Figura dictionis in quantitate comprehenditur. uel enim simplex est ut magnus: uel composita: id est a compositis deriuata: ut magnanimitas.
Figura est quæ fit ex contextu sermonum ratione uitiosa.

Figurate loqui est cum aliud dicimus: aliud intelligimus.

Figuræ accentuum sunt. x. quia grammaticis pro uerbo⁊ distinctionibus apponunt: oxea. baria. perispomene. Macra. brachia byfen. hypodiasto le. apostrophos. dasia. psile. ὀξεῖα βαρεῖα περισπωμένη. μακρὰ βραχεῖα ὑφὲν ὑποδιαστολὴ ἀποστροφος δασεῖα. καὶ ψιλή

Fila dicta quia ex pilis animalium sunt: uel qa tenuia sunt in modum pilo⁊: unde fila quasi pila.

Filiaster: priuignus: qui prius natus est.

Filiatum: curuatum.

Filius & filia a familia dicti sunt. Ipsi enim primi in nascentium ordine existunt. Nam pro seruis abusiue familia dicit. Quadripartitus est autem ordo filiorum. Primogenitus ante quem nullus Vnigenitus post quem nullus. Medius inter oēs. Nouissimus post oēs. Idem est & minimus.

Filii etiam quatuor modis appellantur. Natura ueluti cū dicuntur filii abrahæ iudæi. Imitatiōe ut ipsius abrahæ fidem imitantes ex gentibus. Adoptione quoq; quod humana consuetudine nullū licet nescire: Doctria sicut apostolus appellat eos quibus euangelium prædicauit. Filii autem ideo in legibus liberi appellantur: ut a seruis secernantur. qui sicut seruus in potestate domini est: sic filius in potestate patris. Inde etiam filio fit emancipatio: ut sit liber a patre: sicut seruo manumissio. Itē liberi dicunt: quia ex libero matrimonio sunt orti. Nam filii ex libero & ācilla seruilis sūt conditionis. Semper enim qui nascitur deteriorē parentis statum sumit.

Filia filiæ filiabus facit datiuis: & ablatiuis causa differentiæ. Quod idem quædam fœminina faciunt: quæ ex masculinis transfigurantur non habentibus neutra. & sunt animalium diuisū genus habentiū naturaliter: ut deabus: equabus: animabus: libertabus: mulabus: asinabus. nulla tñ causa dīæ dicitur ambabus & duabus.

Filius dicitur a φιλὸσ græce id est amor.

Filix cis fœmininū hærba altissima radice. a folii singularitate dicta.

Fimbriæ uocantur ora uestimentorum id est fines græci. n. oron. terminum dicunt.

Fimbrium generis neutri.

Fimbria ora in angulis palliorum fœmininum. & neutrum.

Fimus stercus dictus ⁊ per agros fiat. id est iaciat. Item dicitur: quia fit mus id est stercus. Idem dicitur lætamen.

Findo dis fidi corripit penultimam.

Fissum geminato ss quod est diuidere: dr. inde fissile fissura componitur diffindo.

Fingo gis fixi fictum. go in ctum abiecta. n. Nam abiiciunt n quæ ctum habent pēultima a uel i cā euphoniæ: ut frango fractum: fingo ctum: rego rectum: iungo iunctū. Excipit cingo cinctum: tingo tinctum. stingo stinctum: & ex his composita: ut ango anctum: propter differentiam actum.

Fingere componere. plasmare. formare simulare. inde dr fictor. figulus: figmentum: figura. & figuro ras figurate. præfiguro ras & cōfigura fictio cōponit effingo. a quo effigies: confingo.

Finis quandoq; perfectionem significat: non consumationem: ut finis legis christus.

Finis: terminus. modus. dicti fines: ⁊ agri funiculis sint diuisi. Inde dr finio finis: definio. afines.

Finire: terminare. pficere. hic finis & hæc finis.

Finium regundorū dictio: dicta ⁊ per eā regant fines utrorunq; ne dissipent: dūmodo non angustiore qnq; pedum loca: ea controuersa sit littera.

Fio fis factus sum: quartæ coniugationis neutrum passiuum sicut fido soleo audeo gaudeo producitq; penultimā in omni dissyllaba licet ante uocalem: ut fio fiam. Inde componitur subfio.

Fio efficior in loco passiui uerbi facio uerbi ponit

Firmamentū i scripturis sanctis dictum ⁊ sit cursu syderū & ratis legibus fixisq; firmatum.

Firmamentum etiam dicitur: ⁊ nō sit inualidum neq; remissum.

Firmamentum cælum: in quo sydera sunt. Nam īferiores cæli non firmi id est in eodem statu semper sunt perdurantes: sed uagi.

Firmamentū non propter stationem: sed ꝓpter in transgressibilem terminū: superiorum & inferiorum aquarum intelligimus.

Firmus ex natura dicitur: ualens uero ex præcipuis uiribus ut athleta: uñ firmo firmas infirmo as & infirmus infirmitas.

Firmus. unde & formosus.

Fiscella uas uimineū gracile. forma ubi cascus exprimitur.

Fiscilla a fiscina diminutiue.

Fiscina saccus a fisco per deriuationem.

Fiscina: instrumentum piscandi.

Fiscus saccus est publicus: unde fiscina & ficella. hunc hñr exactores: & in eo mittunt debitum publicum: quod regi redditur.

Fiscus est pellis: in qua testiculi sunt.

Fisinaris specularibus.

Fisicon græce naturale.

Fistula dicta ⁊ uocem emittat: Nam fone φωνή uos est θελλω mitto græce. hanc quidam putāt a mercurio inuentam. alii a fauno. Nō nulli a myda pastore agrigentino ex sicilia.

Fistulæ uero aquarum dictæ: ⁊ aquas imitant.

Fistula breuis arbuscula est: quæ & cassia dicit pur pureum habens corticem.

Fistulo as fistulare: sibilare cum fistula.

Fisus sa sum a fido dis confidens præsumens.

Fictoria stomachi corruptela.

Fixit: inseruit. sagitta percussit. intendit. a figo gis

Fixum id est immobile. firmum. infixum.

Flabra: flatus uentorum. a flo flas.

Flabrum: tempestas.

Flabri: uentosi. fabulosi.

Flaua: rosea. fulua.

Flaceo es mollesco is.

Flacentia. contracta.

Flaccum quædam hærba cū fructu cito deficiens:

Flagella uerbera proprie uirgarum ſunt dicta qa cum flatu & ſtrepitu ī corpore ſonāt.a flagra p diminutionē flagella, dicunt ſummæ arboris partes.quia crebros uentos ſuſtinent flatus.
Flagello as:corrumpo.filagellis cædo.
Flagitat:fortiter petit.rogat.exigit,iterrogat.
Flagitioſus dr̄ q; flagiter id eſt appetat libidinem
Flagitium dicit̄ quicquid agit indomita cupiditas ad corrumpēdū aiam & corpus ſuum: facinus uero quicquid alteri nocet.
Flagitia quæ ī deum peccamus: facinora uero quæ in hominem.
Flagitium dicit̄ a flagitādo corruptelam libidinis quæ noceat ſibi.
Flagra dicta:quia cū flatu & ſtrepitu in corpore ſonant.unde flagellum diminutiuum.
Flagra.incendia uel flagella.
Flagrare per f& l ad flāmam refertur.
Flagrat:ardet.urit.uel uerberat.cædit.
Flagrans:ſplendens.refulgens.accenſus.furens.ardens,uel olens.pulcher.
Flāma ꝓprie fornacis ē:dicta q; flatu folliū excitetur uel amor: inde flamo as id eſt incēdo dis: ide flameſco ĩchoatiuum uel a flameo es antiquitus componitur inflamo as actiuū.flameo flameſco flammo flamaſco.
Flameus ea eum:fulgens:ſplendidus.
Flameū:neutrū.orariū rubrū.operimētū quo fœminæ obnubūt capita:dictū a flameo colore.
Flamiger:qui flāmas gerit.
Flamicus:locus in urbe.
Flamigena:de flāma natus.
Flaminea uia ī roma ita dicta:
Flamina:uentorum diſcurſus.a flando.
Flamines ſacerdotes gentilium dicti ob hoc.quia feſtis diebus ſibi pileū ꝓ ſacerdotii eminētia ponebāt:quod cū p æſtū ferre no poſſēt: filo tm̄ capita ligabāt:unā a filo flamines q̄ſi filamines dr̄.
Flamonius honor pontificalis:apud gentiles flaminalis dictus.
Flamendialis:ſacerdos iouis.
Flaſcæ græce ꝓ recōdendis fialis primū factæ ſunt unde dicunt:poſtea in uſū uini tranſierunt.
Flatare:augere.uel amplum facere.
Flatores tibicines.a flando.
Flatus:uētus ſpiritus.aer.
Flaueo es:unde flaueſco.id eſt reſplendeo.
Flauus ua um.ſplendidus.
Flaui dicti ſunt filii neronis uel deſcendētes ex eo
Flauinia:arua uerſus campaniam.
Flauius q & domitianus frater titi filius ueſpeſiāi.
Flaxare:uigilias circumire.
Flaxerit.afflixerit.
Flecto is xi flexus actm̄.
Flectere:curuare.humiliare conuertere.mutare.
Flemina cum in manibus uel in pedibus caloris ſulci ſunt.
Fleminum cū ſanguis ambulando in pedes fluit.
Flere eſt ubertim lachrymas fundere quaſi fluere plorare uero cū uoce: lugere āt cū aliqbus dictis miſerabilibus:unde dicit̄ quaſi luce egere.
Fleo fles fleui fletum.
Fleuas equitis quod dā genus ornamēti equi quod flexum uocant.
Flexilis: lentus qui cito flectitur id eſt flexibilis & flexura uel flexus xus rotunditas plicatura.
Flo as flare:ſpirare.redolere.neutrum: unde hic flatus tus flabrum flamen.flaminis.flamma cōponitur conflo ſufflo per.in.
Flocci.id eſt nihil.inde floccipendo.id eſt parui pendo.
Flogates.gemma ex perſida oſtentans intra ſe quaſi flammas.
Flora dea paganorum: quam præfecerunt floribus frumentis.miniſtra ueneris erat cuius ſacra floralia dicuntur:quæ pluraliter declinantur.
Floralis ager a floribus dr̄.uel optimus.
Floreus rea reum:floribus plenus.
Floridum:uiretum.tempus florum.
Flores dicti:q; cito fluant quaſi fluores.
Flos floris,ūde floſculus.floreo es & floreſco. floridus.florens.floralis.flora florulentus.
Flos a flo addita culus floſculus facit.diminutiuum ſicut mus muſculus.
Flos unde naſcitur fructus.uel decus.ornatus græce thymus dicitur.
Flos ſignificat chriſtum uel ſpeciem iuſtitiæ ornamentum.
Floriani hæretici a floriano quodam dicti: qui dicunt deum creaſſe mala cōtra id quod ſcriptum eſt fecit deus omnia bona.
Fluuius eſt perhennis aquæ decurſus a fluendo perpetim dictus.proprie autē flumen ipſa aqua fluuius ipſius aquæ decurſus. Amnis uero ab amœnitate nemoris dictus.
Flumen fluminis neutrum: torrens qui a pluuia creſcit.
Flumen ſignificat gratiam ſancti ſpiritus populi doctrinam.
Flumina ſignificant cupidos homines habentes in ſæculum ſicut flumina in mare.
Fluctus dicti q; flatibus uētorum agitati fluctuāt. ſignificant tentationes.
Fluctuo as:uacillo.
Fluctuans incertus dubius: reluctans.æſtuans in conſtans.in diuerſa raptus.
Fluere:decurrere.deficere.uagari.interire.
Fluit quod naturaliter decurrit:ut humus: defluit uero quod ætate uel uetuſtate ſoluitur.
Fluo is xi xum uerbum neutrum: inde dicitur hic fluxus xus fluidus da dum.fluuialis.fluuius.flumen flumineus.
Fluito as hic fluctus ctus a quo fluctuo as.fluuidus da dum.fluentum pluit.componitur circunfluo.re.con.dif.af.pro.in.per.ſubter.inter.mellifluus ſupfluum fluctiuagus: & quæ ab his fiūt
Fluere tribus modis dicit̄.humore rerum.ſanie uiuorum:tabe mortuorum.
Fluidus da dum fluens.
Fluitare frequenter ſolui.

Fluona lucina. a fluore dicta: qui a liberet a partu fœminas.
Fluſcellum: fluſculum.
Fluuida: decurrens.
Fluxus xus uelut ſolutio ſãguinis uel fœminis. molle. uanitas.
Focalia a fuco id eſt oraria', genera ueſtimentorũ
Focatius panis cinere coctus & reuerſatus: ũ de ſub cinericius dicitur.
Focaris petra uulgo dicta q̃ ferro pcuſſa ſcintillã emittat. hæc pyritis græce dicit'.
Focarium ad focum faciendum.
Focalbos marinus piſcis eſt. quaſi boca dicitur.
Focillare: fouere reficere.
Focillares. domus dñr.
Focus ab igne colendo. antiquitus dictus. fos enim græce ignis dr. Varro uero ait dictum q̃ foueat ignem. Nam ignis eſt ipſa flamma.
Focus. fomes & nutrimẽtum ignis uel in quo ignis fouetur.
Fodere quaſi foueam facere. uel terram ſollicitare cauare.
Fodio fodis fodi foſſum. unde foſſor. foſſa. fouea foſſio. foſſorium. componit' confido per. ſub. in fodico cas.
Folles dicuntur pelles. quæ de occiſis pecudibus detrahi ſolent.
Follis uulgo manticum fabri: dicitur uero fos latio uel ferens uel a flando eo q̃ aerem flãdo ignẽ ferant folles dñr a ſacculo: quo conduñt'.
Follinus faber a folle uel uacuus. priſc.
Follis follinus ſicut collis collinus.
Folliculus theca frumenti in qua granum ſeruat' interius hæc ſuper ſpicam uallo inſtructa munimen prætendit.
Folliculus dictus quaſi per diminutionem a folle quia ſimiliter ſit uacuus.
Folia græce φυλλα fylla dicuntur: unde ad nos deriuatur.
Folia ramorum diſcipulos apoſtolorum ſignificant uel laudes ſiue ſermonem doctrinæ.
Folia librorum dicta a ſimilitudine foliorum arborum: uel quia ex follibus ideſt pellibus fiunt
Foliatum curuatum.
Folium ſignificat uerbum dictũ Aug.
Folium hærba dictum: q̃ ſine ulla radice innata indiæ littoribus colligitur. latine labinia dicit'.
Folum ſpecies aromatica. hinc foliata unguenta.
Folligantes: ueſtis groſſior.
Foliolera uerba compoſitionis.
Folobs ſermo.
Fomes uel fomis. incendiũ. radix. origo. firmitas.
Fomes: lignum aridum quo ignis fouet'. uel aſtulæ minutæ aut a fungis nomine accepto: q̃ ab his capiat ignem.
Fomentũ. nutrimentũ. medicamentũ. adiutoriũ
Fons fontis fontanus ſicut mons tis mõtanus.
Fons tis fonticulus ſicut. mons tis moticulus.
caput aquæ naſcentis. dictuſ quaſi fundẽs.
Fontamina ſunt fontanæ.
Fontamen minis ortus aquæ intelligendi ſũt.
For faris fatus. inde dicitur fans: unde componit' infans tulus cia fanum. a quo profanus fama famoſus. componitur infamis infamia diffamo as fabula fabella fabulor aris fabuloſus confabulor famen faminis. fas fabilis: componitur facundus facundi: fatum. inde fatalis. componitur fatidicus. hæc ſupradicta for faris dicuntur. Iſta uero componuntur: propheta tia ticus. propheto tas. prophetizo zas. nefas nefaſtus. faſtus. faſtidium. faſtidio dis. affabilis ineffabiliter fateor fatuus itas confiteor profiteor bifariam trifariam.
Forago nota in extuta ſignificans cuiuſcunq; diei opus.
Foramen. minis id eſt pertuſum. a foro as.
Foralis: ager optimus.
Foraſticus: exterior.
Forare: penetrare.
Forceps cipis fabri quod fortiter teneat. uel ulcus uel cancer uel quaſi ferriceps ſeu formicapes: nam formum eſt calidum.
Forceps & adeps maſculina ſunt. antiquitus tamen fœminina.
Forcipes fabrorum: forfices ſartor. a filo: forpices medicorum uel tonſorum a pilo.
Forca quam nunc faliſcum appellamus nunc culter dicitur alias ſecuris: qua pontifices in ſacris utuntur.
Forcus quidam deus maris.
Forculus dictus eſt a pagãis deus. q foribus præeſt.
Forda plena dicta a prægnante: quod proprie ſignificat.
Forenſis a foro dicit': qui foro utitur.
Fores pluraliter. clauſtra: quæ foras uertuntur: ualuæ uero quæ intrinſecus uertuntur.
Forem res ret rent & fore. huic deſunt tempora & perſonæ.
Foret pñtis temporis præteriti & futuri eſt. fore uero tm̃ infinitiui.
Forforaculum: tenebræ.
Forica: cloaca publica.
Forire dicitur foras ire: inde foricas dicimus cloacas: in quas publica ſtercora fluunt. Nam latrinæ ſunt priuatæ.
Fori: nauium latera concaua a ferendo onera: uel quod inceſſus id eſt uias ferant uel foris emineãt: uel ubi calcatur uia.
Fori: tabulata nauium ubi remiges ſedent. ſemper pluraliter.
Formoſus a formo: quod eſt calidum: feruor enim ſanguinem mouet: ſanguis pulchritudinem.
Forma: ſpecies. ſimilitudo: ſimulacrum. liniamentum.
Formatum ſiue formatium i africa & hiſpania parietes dicunt de terra formatos utrinq; duabus tabulis.
Formatæ epiſtolæ a ſanctis. treſentum xviii. patribus inicæno cõcilio conſtitutæ feruntur: ne uidelicet quicunq; clericorum in tranſferendo ſequaleſcunque litteras confingeret a proprio epiſcopo

cōmeandi licentiā accepiſſe: oportebit igit̄ ī epl̄is quæ formatæ habebuntur: litteras has ex earum ſupputatione exprimi: primas litteras græcas patris & filii & ſpiritus ſancti: quæ uidelicet ſunt, π. γ. α. p̄. n. græce πατηρ filius, υοσ ſp̄ūs ſanctus a gion pneuma dicuntur. quag̃ ſupputatio eſt. cccc lxxxi. addenda erit præterea prima littera nomis petri apoſtoli cū ſupputatione ſua ſicut aliog̃. q̄ ſequuntur hæc eſt. π. quæ littera ſignificat. lxxx. nominis epiſcopi quoq; qui delegat epiſtolam prima ponenda erit. clerici cui licentia datur ſecūda epiſcopi ad quem dirigit̄: tertia ciuitatis de qua mittitur: quarta, & eag̃ ſupputatio, erit addenda ſupputatio indicionis ciuſdem anni. Horum igit̄ elementog̃ omniū ſupputatio erit deſcribenda in ſummis redacta. ſeparatim etiā numerus litterarum. a. x. g. n. quod fit ſecundū apices. lxxxxviiii.

a	b	g	d	e	
alpha	uita	gama	delta	ebreue	epiſim
α	β	γ	δ	ε	ϛ
i	ii.	iii.	iiii.	v.	vi.

ſſ	;i.	th	i	c	l
ſita	ita	thita	iota	capa	lafda
ζ	η	θ	ι	κ	λ
vii.	viii.	viiii.	x	xx.	xxx.

m	n	x	o	p	q
mi	ni	xi	omicrō	pi	coph
μ	ν	ξ	ο	π	q
xl	l.	lx.	lxx.	lxxx.	lxxxx.

r	s	t	y	ph	ch
ro	ſigma	tau	ypſilon	phi	chi.
ρ	σ	τ	υ	φ	χ
c.	cc.	ccc.	cccc.	d.	dc.

pſ	o lōgū	enatophe	echile.
pſi	omega		
ψ	ω	m	M
dcc.	dccc.	dcccc.	mille.

Quæ latine ita ſūt poſitæ. a. b. g. d. e. breuis. 2. e. longa th. i. k. l. m. n. x. o. p. r. ſ. t. y. f. ch. pſ o. ꝑducta. Nam ϛ. ū. q. m. M. non ſunt litteræ ſed ſupputationes. hæc autem quæ dicta ſunt diuerſe in formatis cōſueuerunt locari quia locādi modus a ſanctis patribus inſtitutus non eſt. Quidam. n. in ipſo epiſtolæ principio apices quos prædiximus ordinant ſummaq; ſupputatione deſignati apices collocantur in extremis.

Quidam apices & apicum numeros in calce epiſtolæ tm̄ ſufficienter æſtimāt poſuiſſe: ſed nō eſt diſcutiendū hoc mō tm̄: ut in eis ſit ea deprehendere: q̄liter uero hoc uel illud fiat exemplis duxi utile demōſtrare. In noie ω y et α & in mēoria apoſtolorum principis π. gratia dei antiſtes. T. Venerabili præſuli ſalutem. qm̄ clericog̃ quidā diabolica fraude decepti cū longius a ꝓpria ciuitate deſtiterint litteris mendacibus a proprio epiſcopo licentiam cōmigrandi accepiſſe cōfiteri non metuūt: utiliter a ſanctis patribus prouiſum eſt: nemini datā licentiā credi niſi id litteris quas ipſi conſtituere: quaſq; formatas appellare placuit ꝺnoteſcat: ūde re fieri hic filius noſter de uagabundis illis credatur licentiam ſibi largitā formatis ſtuduimus apicibus declarare: cui quanti ū nobis uidere conceſſum eſt: bonæ actionis teſtimoniū tribuimus: unde rogamus ut charum cū & dilectū habere dignemini: liceatq; uobis eum conceſſione noſtra ad quēcūq; gradum uiſū fuerit promouere: omnēq;: quā ſuper eum hactēus poteſtatem nobis licuit: uobis exercere ſit licitū & ne ullus ſcrupulus hæſitationis remaneat neſtro aio ea ſigna: quæ a ſanctis patribus. cccxviii. cōſtituta ſunt in Nicæno concilio placuit annotare: primæ igitur litteræ patris & filii: & ſpiritus ſāctī: quæ ī græco ſūt πγ α. lxxx. cccc. i. ſignificat ꝑma littera apoſtolog̃ principis petri. π. lxxx. prima nominis mei. τ. ccc. In ſecūda delegati fratris. H. viii. Tertia uero ueſtri nomis. π. lxxx. Quarta ciuitatis noſtræ quæ ē. i. x. Indicio uero prius ant tertia ē: quæ oia in unū ducta. dc. lxxxv. conficiūt numeg̃. Numerus uero hebraice dictionis. α χ. ה. γ. ſecūdū græcā ſupputationē. lxxxxviiii. Aliter. Venerabili antiſtiti. T. ſalutē. Cognitū ueſtræ facimus ſanctitati nos multū licet renitētes: huic dilecto noſtro filio inſtanti & obnixe deprecanti tandē tribuiſſe licentiā ita penitus ut omnē quam legaliter nobis licuit poteſtatē: uobis amodo conceſſa ſit: ut autē huius rei certitudo ſit ſolida: primas litteras patris & filii: & ſpiritus ſāctī ſecundū græca uocabula annotauimus. primam quoq; apoſtoli petri: primāq; noīs mei: ſecundā filii ueſtri: tertiā ueſtri noīs: quartā ciuitatis noſtræ uidelicet π. γ. α. π. τ. H. i. quarū ſupputatio ſecundū græca elementa cū indiciōe: quæ tertia eſt dc. lxxxv. fiūt. Numerus uero. α. π. H. lxxxxviiii. Materia quidem in formatis habeat hoc modo. Excolat uero & ornet unuſquiſq; litteras ſuas quibuſcunq; uerbis uoluerit: priuilegia ſummog̃ epiſcoporum ſunt cuiuſlibet eccleſiæ cōceſſiones pontificum: quorum materia hæc eſt: ut dicat pontifex erogatu cuiuſlibet dignæ perſonæ uel alia qualicunq; ratione eccleſiæ illi: illa pōtificali cōcedere & robarare dignitate. Anathema ponatur in calce epiſtolæ: habent aūt & priuilegia plogos ſicut & cæteræ epiſtolæ: & monogramma huiuſmodi in fine. BTE. quod eſt bene uale te. Signum autem in priuilegii exordio uel chriſmon. uel crux dominica cum chriſmon erit.

Chriſmō autem huiuſmodi effigiabitur ſpecie ut autem plenius in hoc monogrammate nomen chriſti appareat: tali mea ſententia effigiabitur ſpecie uel ſic. Conſueuerunt præterea ī extremo margine priuilegii: quaſdam inſignire orbiculus antiſtitis nomē & pauca quælibet uerba continentes in hunc modum. Præcepta & mundigurdia magnatum: & poteſtatum

ſæcularium ſunt tamen modo. Proprie autem regum uel principum præcepta ſignū certū nō habent in exordio: ſed quod facere collibuerit uel crucem uel chriſmon, uel litteram q̄libet circundatam ſerpentibus: uel quodlibet aliud. Solet ät prima linea præceptorum longis & æqualibus literis figurari. Initium autem præceptorū huiuſmodi eſt. In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis. HE. gratia dei imperator auguſtus. Poſt hæc introducitur perſona impatoris loquentis reddētiſq; cauſam: qua inductus uoluerit illud præceptum ſtatuere dicens regiæ competere poteſtati: ut talium uiroꝝ quibus ipſe rogatus ſit: non debeat contemnere preces: uel aliam quam uoluerit cām. Poſt hæc quod loco uel homini illi ſua auctoritate concedat. In fine erit locandum: ut quicunq; cōtra illius præcepti decretionē fecerit: mille auri, optimi libras uel tale quid: quod inſtituere impator uoluerit pſoluatur: medietatem regi & medietatē loco uel hoi. Poſt hæc adiiciendum eſt: q̄ impator ppria manu ſubſcripſerit: & pprio ſignari ſigillo iuſſerit. In fine monogramma eſt ponendū: in quo nomē impatoris & imperatoris auguſti & dei gratia connexum habeatur: uel alia quæ imperatorē deceāt. Signum domini oſtonis ſereniſſimi impatoris. Poſt hæc ſic. Henricus cancellarius ureg. uercellenſis epiſcopi recognoui. Factum anno dominicæ incarnationis. M. indicione vi. anno uero eius imperatoris regni. xii. actū romæ fæliciter.

Formare. componere. componitur infor. re. de. cō formare.

Formæ uerboꝝ dictæ q̄ ad unāquanq; rem nos informent quid agamus ut meditatiua lecturio. i. legere uolo. inchoatiua ut caleſco calere incipio: frequētatiua ut ſcriptito frequēter ſcribo. Deſideratiua ut uiſo deſidero uidere. Diminutiua ut ſorbillo paꝝ ſorbeo. ſunt & aliæ deriuationes.

Forma inde fit diminutiuum formula, unde etiā formella quæ etiam informationes caſei ſignificat. unde & formaticum dicitur.

Formaſcoro opere piſtorio.

Formeum: ſanguis calidus.

Formica dicta: q̄ ferat micas farris. cuius ſollertia multa prouidet. Dicuntur etiam in æthiopia formicæ eſſe ad formam canis: quæ arenas aureas pedibus eruunt quas cuſtodiunt.

Formicoleon: animal paruum formicis infeſtum. unde dicitur eſſe leo formicis.

Formido as: timeo.

Formido timor eſt. obiicitur uero oculis uel aīo ſine habita rōne & maxime paruulis: pauor autem cum timiditate animi ſubita & conturbans occaſio. Metus motus iterior animi ſubitus ſiue cordis factus ex aliqua triſti recordatione. Timor uero eſt accedens dolor mentis extrinſecus ex aliqua icidenti occaſione. Timiditas uero ſempiternum uitium animi.

Formidēs: pinnæ illigatæ quibus uenatores ceruos capiunt.

Formidoloſus a formo id eſt ſanguine dictus cum ſe acute ad præcordia contrahit ſanguis: qui cum ſit timidus etiam timidum ſignificat.

Formix: radix: origo, aut firmitas.

Formon græce feruor ſanguinis. inde fit forma. unde deriuatur formoſus a um ior ſimus formoſitas & formo as. componitur informis de conformo. de. re. in. formido etiam deriuat.

Formū: calidum feruens. inde & formoſus dr cui calor ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat

Fornax cis ab igne nominata. phos. n. ignis.

Fornix: arcus. incuruatura. camera.

Fornices arcus ædificioꝝ: a qbus fornicariæ dictæ

Fornices arcus de fornacis coctura extructæ.

Fornix cis penultima corripitur. ide fornicor aris:

Fornicatio dr e fornicibus id eſt curuatis locis: in qbus meretrices proſtituebant. Eſt aūt amor a legitimo connubio ſolutus & uagus explēdæ libidinis conſectādo licentiā. Scripturæ aūt ſolēt fornicationē uocare oēm illicitā corruptionē ſicut ē ido latria & auaritia: ex qbus fit tranſgreſſio legis, pter illicitā concupiſcentiā: ſicut eſt illud. perdes omnes qui fornicantur abſte.

Fornicatio eſt omnis immundicia & pollutio.

Fornicatum id eſt habens fornicem id eſt arcum.

Fornia id eſt fornicatio.

Foro as penetro: inde dicitur foramen: a quo frons

Forpices tenaces a pilo. tonſorum enim ſūt maſcl. pluraliter.

Fors futurorum caſus.

Fortuitus: prouentus. decretum.

Forte. caſu fortuitu.

Fors & forte nomina ſunt ſed p aduerbiis ponunt uñ deriuant aduerbia forſā forſitā forſis fortaſſe fortaſſis fortuitu: fors qdem & forſan & forſitan dubitādi ſūt: forte uero euētus, p fortuitu qd ſit a fortuito deriuatiuo noīe: fortaſſis uero & fortaſſe, p temere: hæc tñ oia dubitatiue dicū ab eodē priſ. i alio loco. Fortuna quoq; uñ fortuno as. fortunatus ciortiſſimus: componit infortuniū: & ſecundū quoſdā fortis q̄ſi fortunam tenēs uel fors

Fortis dictus. q̄ ferat aduerſa: quæcunq; acciderit ſiue a ferro: q̄ ſit durus. nec molliatur.

Fortis or fortiſſimus fortitudo titer: componitur conforto.

Fortitudo mētis pars uirtutis ē: q̄ aduerſa æq̄nimiter tollerat: licet & corporis fortitudo uocetur.

Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio laborum perpeſſio: cuius partes ſunt magnificentia: fidentia: patientia: perſeuerantia. Tul.

Fortitudo eſt cōtemptio laboris: & periculi cum ratione utilitatis & compenſatione cōmodorum.

For faris cōmune antiqtus prima pſona ſicut dor raro iuenit ipſa res fatus & facio & fatū ide putat fas & nefas: ex quo faſti & nefaſti dies, componitur affor. priſc.

Fortuitu. ſubito caſu.

Fortunā pagani uocāt qcqd fortuitu uēit nulla pla cā. Itē qcquid i uita uarietatis acciderit fortunæ, aiūt eē: fatū uero appoſitū ſingulis & ſtatutū

Fortuna a forte nomẽ habere uidet quasi dea quæ dam res humanas casibus uariis & fortuitis illu/ dẽtem.unde & cæcã appellant eo ꝙ passim ĩ quos/ libet incurrens sine ullo examine meritorum : & ad bonos & malos uenit.

Fortunatæ insulæ uocabulo suo significant omnia fere bona quasi fœlices & beatæ a fructuũ uberta te.preciosa.n.poma parturiũt & fortuitis uitibus iuga collium uestiuntur:unde gentilium error ꝓ pter soli fœcunditatem eosdem esse paradisum putauerunt.Istæ insulæ sunt in oceano cõtra mau ritaniæ læuam.

Fortunare beatificare.actiuum est.

Fortunatus:fœlix.diues.

Forum exercendarum litium locus a fando dictus seu a foroneo rege : qui primus græcis legem de/ dit.hæc loca & porostra dicuntur : quia ex bello punico captis nauibus rostra ablata sunt & in foro romano præfixa. constat autem forus causa:lege & iudicio.

Forum iulii ciuitas iuxta taruisium.

Forum apii.quod apius senator condidit.

Forum est locus conuentui pro exercendis litibus relictus.ubicunq; plures conueniunt forum ẽ.g. neutri horatius dicit forũ neutri in singulari mer catum.fori in plurali masculini sedilia neutrarũ in nauibus'.

Forus locus ubi calcantur uuæ.unde calcatorium dicitur.

Forus & fori dicuntur.habent autem quattuor spe cies. prima est locus in ciuitate ad exercendas nũ dinas relictus:secũda ubi magistratus iudicat.ter tia ubi uua calcatur quod calcatoriũ dicit. quar/ ta spacia plana in nauibus.

Foruli thecæ uel cistæ librorum tabularum uel a/ liarum rerũ ut spathæ dicti ꝙ deforis tegant hic forulus.

Forum:calidum.uel feruens dicitur.

Fos græce lux uel ignis.

Fosforus græce lucifer.alii dicũt fortem lucem.fe/ rens enim græce lux.

Fossa:profundum.uorago.aliquid intus cauatum a fodio fodis:inde fossatũ dictum: ꝙ multas fos sas habeat.

Fossoriũ dictũ ꝙ foueã faciat ipsa est scudicia.

Fossor oris qui terram fodit.unde & fossio.

Fotiniani siue paulliani hæretici a fotino qui chri/ stum semper nõ fuisse sed initium de uirgine ha buisse dicunt.

Fotum:refectum.molliter sustentatum.

Foueo foues foui foueor fotus unde foto as:

Fouere dr ꝙ fodiendo foueat arbores uel hærbas.

Fouere:curare.nutrire.

Facere:sordere.despicere.dictum a fracellis : quæ sunt distillicidia sterquilinii.

Fractus:debilitatus.laceratus.dissolutus. a frango frangis.

Fraga poma syluestria uel genus hærbæ rubicũdæ quæ terræ adhæret. & dicit camelia uel loca mõ tana:unde fragosus sa sum.

Fragile:molle.tenerum.flexibile:quod facile frã/ gi potest.

Fragrare:olere bene.odorem dare.spirare.

Fragra: per r ad odorem refertur quasi fracta spe/ cie.flagrat uero per l ad flãmam quæ flatu sit.

Fragor:sonitus crepor. fulgura. flamina. fractarũ rerum commotus:dictus quia sicca & arida faci/ le frangit.

Fragor aris quod nõ est in usu. componitur suffra gor aris suffragator:a quo suffragium refragor.

Fragmenta dicuntur: quæ fracta sunt siue commi nuta.

Framea.asta longissima apud armenicos. græcũ ẽ.

Framea:gladius ex utraq; parte acutus: quam uul/ go spatham uocant ipsa est & rumphea. Machæ/ ra uero gladius longus una parte acutus. Framea autem dicta quia ferrea est.

Franci a quodam proprio duce dici putantur alias a feritate morum. Sunt enim in illis mores incon diti & naturalis ferocitas animorum:inde francia & hic & hæc francigena.

Francisce signa sunt : quæ hispani ab usu francos/ francisca uocant: quæ ante consules ferebantur: quæ secures dicuntur.

Frangere:illidere:comminuere.inde fragmentũ.

Frango gis fregi fractum:cuius composita seruant simplicis præteritum & supinum: ut infringo in/ fregi infractum con.per.de.

Fracelli distillicidia sterqlinii sordiũ glomusculi

Frasis.locutio uel interpretatio uel sermo.

Fraterna:res fratris.uel aliud quid.

Fratrias:coniuratio.græcum est.

Fratria uxor fratris.fratris uxoris soror.

Fratrare:turgere.pubescere.

Fratres dicti ꝙ sint ex eodem fructu.ij.eodem.fe/ mine nati:germani uero de eadẽ genitrice. Quat tuor uero modis in scripturis sanctis fratres dicũ tur:Natura ut Esau & Iacob.gẽte ut omnes iudæi cognatiõe sicut ꝙ sunt de una familia id ẽ patria: quæ latine paternitas interpretatur : cum ex una radice multa turba generis diffunditur:sicut fra tres domini sicut abraham loth fratrẽ dixit:cum esset filius fratris eius arã.Quarto modo fratres affectu dicuntur:qui in duo scinduntur spiritua le:quo omnes christiani fratres uocantur. Cõmu ne cum oẽs homines ex uno patre nati pari inter nos germanitate iungimur.

Fratrissa fratris uxor: fratruelissa uocatur.

Fratruelis ex altero duorum fratrũ natus uel res fratris.

Fratruelis materteræ filius.uel fratrui.

Fratrueles:duorum fratrum filii.

Fraus.dolus circa fidem mutuam:inde fraudo as: are.alienare.defraudare.manticulare.

Fraxinus arbor dicta : ꝙ in aspera loca : & fragosa nascitur.

Fraxineus nea neum.de fraxino.

Frea id est mundoalda.

Freda id est bannum.

Frecinnant:aues cantant.

Fredus marubium.
Fremere eſt furorem mentis uſq; ad uocis tumultum excitare. Frendere uero proprie dentes comprimere uel concutere: unde & fræna dicũtur & frenetici.
Fremor eſt murmur hoĩum: fremitus uero ferarũ.
Fræna dicta q; equos fremere cogant: uel q; hæc eq frendant id eſt dentibus comminuant: inde fræno frænas.
Frænum ſingulariter: hæc fræna & hi fræni pluraliter.
Frænare: cohibere, regere, coercere.
Frendens dictus q; minando frangit dentes & comprimat ſtridens.
Frendeo es.
Fremiſculi ulcera circa hiatum oris ſimilia quæ fiunt iumentis aſperitate frænorum.
Frequentare: celebrare, ſæpe agere.
Frequentes: plurimi, aſſidui, hic & hæc & hoc frequens.
Frequentatiua uerba plærunq; ſolent a participio præteriti temporis fieri ut ſcribo ſcriptus ſcripto ſcriptitas & curſo uerto uerſus & uerſo as, facit tamen euerto as & euertito as. Item uerſus uerſor aris & aduerſor. Excipiuntur in go uel in ſco deſinentia quæ a præſenti faciũt frequẽtatiua: ut ago agito lego gito uel lectito, ſciſco ſciſcito, noſco noſcito. A uideo. n. uiſo is, & a lacero laceſſo is. & ab arceo arceſſo is non primæ ſed tertiæ ſunt coniugationis, frequentatiua uero primæ. Nam inchoatiua tertiæ: meditatiua quartæ.
Freſa: fracta diuiſa, molita a frendeo des dicta.
Freſtra: feneſtra.
Freta loca maris ãguſta a fremitu & fragore dcã.
Fretum dr: q; ibi mare ſemper ferueat. Nam fretũ eſt anguſtum & quaſi feruens mare.
Fretum ſiciliæ quod rhegium dicitur. Saluſtius ideo dici ſcribit: dum una olim eſſet ſiciliæ tellus cum italia: medium ſpacium abſciſſum ẽ. Inde rhegium dicitur quia græce abruptũ hoc nomine uocatur.
Frætus ta tũ: fiduciã habens, adiutus, ſuſtentatus.
Fribula: uaſa fictilia quaſi fragilia.
Fribria. lana.
Frigdor: frigus, frigidum.
Frigduit: alſit.
Frigdent: frigeſcunt.
Frigere: torpere.
Frigideſcere: frigidum eſſe.
Frigeo es xi. frictum: ſicut augeo es: xi actũ lugeo es luxi luctum.
Frigus gelu uel timor dr q; frigidũ faciat caput.
Frigutire: ſubtiliter garrire.
Frigula: genus auis.
Frin gellus: pincio auis.
Fritillum: ſiſtrum uel tuba quo uocantur ad ludũ
Friuolum, uanum, inane uas fictile.
Fritillus: teſſera.
Friuolum dicitur quaſi fere obolum, id eſt oboli precium.
Frixum a ſono dictum quando ardet in oleo.
Frixum: cicer, faba ſole ſiccata.
Frofra inſula in tyrrheno mari.
Frondare: purgare, putare.
Frondator putator.
Frondere: comare, uirideſcere.
Frons dis inde deriuatur frondens: frondator.
Frondeo es frondeſco, priſ. hic frons frondis.
Frõdes de arbore dictæ q; ferãt uirgulta uel ũbras
Frondens de frondibus totus factus: ut thorus.
Frondoſus uero locus ipſe qui frondes habet.
Frondator: auis genus.
Fronon græce ſapiens, participium.
Fronimos ſapiens nomen: bene ergo fronimius ſapientiſſimus. inde infronitus, ideſt ſine ſapientia uel ſine fronte, i. ſine pudore.
Frons dis de arbore: frons tis ad partem capitis.
Frons ab oculoꝝ foraminibus dr: hæc imago quædam aĩ mentis motum ſpecie ſua exprimit dum læta uel triſtis eſt: inde dr frontatus, bifrons.
Fructa: pro fruita, id eſt adepta.
Fructificor aris, fructum facio.
Fructus nomen accepit a frumine id eſt eminenti ore gutturis parte: qua ueſcimur: unde & fruges animalium.
Fructus dr abuſiue, proprie uero agroꝝ & arboꝝ.
Fructus a fruendo id eſt ueſcendo dicti.
Fructus ſignificat opus, Aug.
Fructuoſus: cõpendioſus, uel quod uſu ſolo hẽtur
Frugalis: utilis a fruge dictus id ẽ a fructu uel parſimonia: ſiue ut alii uolũt modeſtia & tẽpantia.
Frugalitas moderantia ſargitas, temperantia parcitas liberalitas.
Frugalis temperatæ uitæ homo utilis.
Frugalis interdum largus, interdum auarus.
Frugi homo utilis parcus temperatus modeſtus.
Frugi abſtinens alieni: paruo contentus, ſeruator. cõtemptor diuitiarũ. priſ. hic & hæc & hoc frugi indeclinabile. uel obliquus caſus figurate omnibus iunctis.
Frugi frugem fruge tres obliquos caſus habet: uetes tamen & frux & fruges dixerunt noſtratiuum. Nunc autem dr frugi id eſt parcus uel auarus.
Fruges liquidæ ſunt: frumenta uero arida & ſicca quæ ariſtas habent.
Fruge prima ceres cœpit uti in græcia: trãſlatis ali unde ſeminibus.
Frumenta ſunt, pprie omnia: quæ ariſtas habent.
Frugem feciſti pro benefeciſti: unde quidam frugificat dixit.
Fruges ãni utilitas: alimonia, uictus: cõmeatus.
Frui eſt propter ſe ipũm aliquid amare: ut deum uti uero ſi qd ĩ uſũ uenerit ad aliud qd amamus obtinendũ referat: ut peregrinatione pro patria.
Fruimur qbus nequaq; carere poſſumus: ut æterna, utimur uero quæ aliquando nec ſemper habemus: ut temporalia.
Fruitus: affectus, adeptus, uſus, poſſidens.
Frumen eminens ps gutturis: qua fruimur cibis.

Fruendo:ueſcendo.
Frumentum aridū p proprie & ſiccū.& quæ ariſtas habent.
Frumentor aris:frumenta colligo.
Frumentaria lex de frumentis dicitur: ſicut agraria de agris.
Frunio:digero.perficio.
Frumiſcor aris.
Feruniſſatur:fruitur.intercipit.
Fruor eris fructus: unde componitur:uſufructus fructifico.
Frux frugis quod non eſt in uſu:a quo fruges & frugi.unde componitur frugifer a fructu.fructuoſus:fructuoſitas.fructificatio.
Fructum dictū q capiatur a frumine quod eſt ſūma pars gulæ.
Fruſta:particulæ cuiuſcūq; rei.inciſuræ.cruſtulæ
Fruſtra:ſine cā inaniter.uacue.
Fruſtrari:decipere.eludere.fallere.inanē reddere
Fruſtror aris commune antiquitus fuit.
Fruſcelluni: flocculum.
Frutex dicitur:q terram fronde tegat:cuius plura le facit fructera.hic frutex cis.
Fructeta: arboꝝ contectus.ſaltus.uepreſ.
Fruſiaſis pediculorum multitudo aliqñ in capillis. aliqñ toto corpore non ſola quantitate.
Fucus naſcitur in ponto foliis oleaſtro ſimilis.
Fucare:depingere:mendaciis ſubornare.
Fucata:depicta.tincta adulterio contaminata ficta non uera diuerſi coloris.
Fucus apis genus quod nil operans aluearijs ſe inſerit:ut aliena mella conſumat.
Fucus dictus quod alienos labores fœdat:depaſcitur.n.quod non laborat id eſt mella.
Fucus mendacium:fraus: dolus.aſtus.
Fucui hærbæ de qua tingitur ueſtis dicta quia mē titur alienū colorem.inde dicitur fucatus.
Fucinus lacus marſiæ in italia.
Futio tis:inſtabilis ſum:inde futilis & effutio.
Fudi fudiſti a fundo dis diſieci interfeci.
Fuga trāſlatū a græco φυγήν y in u mutato priſ.
Fugax:uelox.a fuga id eſt uelocitate uel curſu.
Fugare:inſequi.expellere: fugere uero trepidādo q̄ cito ſecedere.
Fugo as.actiuum eſt:fugio gis neutrum.
Fuginat:adulando impetit:laudando decipit.
Fugitare frequentatiuum a fugio gis.
Fugio pro φεύγω.ey ĕυ in u mutato.
Fugio gis uñ fuga:fugax cior fugaciſſimus. fugitiuus:fugo as:unde componitur aufugio per fugio tranſ.ob.ef.pro.ſubter.dif.con.re.
Fugitiuus proprie:qui dominum ſuū fugit.
Furtiuæ aquæ quæ fluunt ex riuo publico:quibus furtim quis ac non ſuo iure utitur.
Fulti ſunt uaſa aquarum paruiſſima.
Fulcire:firmare.ſuſtentare.auxiliari.
Fulcio fulcis præteritum fulci facit.
Fulcior fulciris fultum quartæ coniugationis.
Fulcimen uel fulcimentū adminiculū ſuſtētamē
Fulcra:lecti uel tormenta ſeu ſedilia.
Fulcra ornamenta lectoꝝ dicta q in his fulcimur id eſt ſuſtinemur uel q thoros fulciāt:ſiue caput quæ reclinatoria uulgus appellat.
Fulcrum.fundamentum.ornamentum.
Fulcrum:ſumma pars lecti. uel ſuſtentamentum.
Fulfreal id eſt liber ſed non extraneus.
Fulgere:lucere.emicare ſplendere. eminere ferire
Fulgeo es & fulgo gis fulſi eiuſdem ſignificationis
Fulgetra lux quæ apparet ante tonitrum.
Fulgor dicitur q ſplendeat ideſt appareat.Fulgur uero quod conditur ſi cadat de cælo.
Fulguris.ſunt tria genera tactus afflatus attonitus.
Fulgur & fulmē ictus cæleſtis iaculi a feriendo dicta:fulgurare.n.eſt ferire.fulmen aūt colliſa nubila faciunt.nam omniū rex colliſio ignē creat: fit autē ex uento & igne cum nubibus & impulſu uentorum emittit.Ideo autē fulminis ignis uim habet maiorē ad penetrandum qa ſubtilioribus elementis factus eſt q̄ noſter.Tria ſūt autem eius nomina fulgur qa tangit fulgur qa incēdit & urit ideo ternis radiis fingitur.
Fulgura & tonitrua ſimul exprimuntur:ſed illud celerius uidetur quia clarius. hoc autem.i.tonitrus ad aures tardius uenit ad inſtar ſecuris procul cædentis cuius quidem ante cernis ictum q̄ audias ſonum.ubicunq; autem ceciderit:ſulphuris odorem emittit.
Fulgurare:ſplendere coruſcare.ferire.
Fulguratus:fulgure percuſſus.
Fulgus ruffus flauus.
Fulginas tis gentile generis cō munis priſc.
Fulica dicta quia caro eius leporinam ſapiat. lagoos αλγώσ.n.græce lepus dicit & piſcis habet nidū in medio aquæ uel in petris quas aquæ circundāt:maritimoq; ſemper delectatur profūdo.quæ dum præſenſerit tempeſtatem fugiens in uado ludit:quam græci herodiū uocant.
Fulica græce phene dicit.hæc degenerem filium aquilæ pro ſuo dicit nutrire.
Fulica ſpecies auis græce herodion:non alibi pererrat ſed in uno loco moratur ſatis intelligibilis & prudentior omnibus auibus.
Fuligo eſt latine niger color.fauilla.
Fulmen dr a fulgendo.Nam fulgere eſt ferire.
Fullo:lauandarius decorator.
Fulſit.emicuit a fulgeo es:a fulcio uero fulſi fecit
Fultus ſuſtentatus ſubnixus.
Fulua:flaua:rubea munda.
Fuluum cum nigro rubeum.
Fumarium.domus fumi.
Fumidus:fumoſus plenus fumo.
Fumus dictus quod fiat ex igne & humido. unde & uerbum fumo fumas.
Funa rheda minor.
Funalia q̄ inter cærea ſūt dictæ a funibus quos ante uſū papyri cæra circundatos habuere maiores.
Funarii equi dicti a genere uinculi. quo prius alligabantur.quos græci ſtraphoros dicunt.
Fundat homo proſternit:occidit.
Fuſtorium:tranſitorium.

Funti ab eo q̄ funganť officii honore aliquo hinc & defuncti.qui iam compleuerunt officia uitæ.
Funda.dicta q̄ ex ea fūdātur lapides: harum usus primo fuit insulis quæ baleares dicuntur:unde & dicuntur.
Funda genus piscatorii rætis dicta. q̄ in fundum, mittatur.i.iaculum.
Funda una pars maris.
Fundo fundas fundamentum pono.fundo dis im misceo.
Fundare:fundamentū ponere. cōstruere stabilire
Fundamentum dictum q̄ sit fundus domus.
Fundamentum singulariter significat christum: pluraliter patriarchas,pphetas apostolos & cæteros prædicatores.
Fundo dis fudi fusum generis actiui.
Fundo is fusor fusilis fundus: a quo cōponiť profūdus da dum & fuscina fundo capiens nutātes.
Fundo as fundatū fundamentū. funda fūdabula e.fundabularis fons.compōitur per .ob. circum. trans.ex pro.in.suf.dif.re.con. ef.
Fundibalus.funda emittens transiectorium
Funditus aduerbium loci a fūdo uel fūdamento.
Fundus dř ab eo q̄ sit omniū rer̄ fundamentum.
Fundus & urbanum ædificium & rusticum intelligendum est dictus idem q̄ eo fūdatur stabilitur patrimonium.
Fundi.sunt possessiones agri campi prædia uici.
Fundum una pars aquæ.
Funebre.luctuosum:funereum uero quod ex funere constat:funestum autem quod funere inquinatum est.
Funerare sepelire.condere obsequium facere.
Funeratus.sepultus.aut locus obscurus.
Funereus rea reum mortem ferens.
Funes dicti q̄ antea fuerant in usu luminis circundati cæra un̄ & funalia dicta hic funis huius funis
Feneſtum . sceleratum . funere coinquinatum qd̄ minus sacra peragere potest flæbile luctuosum.
Funestare.cruentare.
Funis.inde dimunitiuum funiculus.
Funiculus.mensura.
Fungor eris functus.
Fūgitur.persoluit.utitur.obsequitur administrat parcit uel deserit.
Fungi est agere defungi peragere.inde fūctus usus ministerium agens & functorum.
Funus est omnis mortuus dum sepelitur dictum a funibus accensis quos ante feretrum cara circūdatos ferebant.funus imaginarium tumulus sine cadauere fumus & ferias prouerbium mortem dicit quando funere publico feriæ dicebantur hoc funus funeris inde dř funestus funereus funebris
Fur a furuo idest nigro dictus. Nam noctis tempore,utitur inde furor,aris.
Fur furis tertiæ declinationis commune & uerbale sicut augur.
Fur duo significat furantem & furentem id est insanientem.
Fur pro φῶρ græco,furunculus eius diminutiuū
Furca dicta quasi ferens caput: quod patibulū nī nus pœnæ q̄ crux habet. Nā appensos & strangulos statim exanimat.
Furca furcula diminutiuum.
Furcifer olim dicebať qui ob leue peccatum cogebatur ignominiæ magis q̄ supplicii causa furcam circa uiam ferre prædicans peccatum suum cæteros q̄ terrendo.
Furceps:ignarus.
Furcellæ dictæ:q̄ his frumenta acillentur id ē mouentur.
Furcæ ciuitas in apulia ubi deuicit hānibal romanos.
Furens:insaniens.sæuiens.bacchans.
Furfuraculum:trebellum.
Furfur masculinum est.prisc.
Furfures & farina a farre dictæ cuius purgamenta sunt.hic furfur.
Furfures sunt etiam in urina.
Furfurio genus auis dictus: q̄ prius farrem in farinam redactum pascitur.
Furiæ dictæ deæ infernales quæ eumenides appellantur alecto tisiphone & meggæra. hæ tres fœminæ esse fingunť crinitæ serpētibus propter tres affectus qui in animis hominū multas perturbationes gignunt id est uindictam cupere.opes desiderare.& libidinis uoluptates appetere.
Furo is insaniui ab insanio dicitur & furui:unde & rens & furor.
Furiatus qui furit ex causa: furiosus uero qui ferarum ritu fertur:& ab eo furor non recedit.
Furius dictus est iuppiter uel ,pprium cuiusdam.
Furit:sæuit.irascitur.discurrit.
Furibundus:ualde iratus.
Furnus per deriuatiōem a farre dicit; qm̄ panis ex eo factus ibi coquitur.
Furor nunc amor nunc indignatio & ira.
Furo a furuo dictus: unde & fur tenebrosos & occultos cuniculos effodit.& eiicit prædam quam ī uenit;
Furtim:latenter occulte.
Furtiuum de furto secretum.
Furtum est rei alienæ clandestina contrectatio.fuit autem capitale crimen apud maiores ante pœnam quadrupli.
Furtum est earum rer̄ quæ de loco ad locum trās ferri possunt.
Furtum est fraudulo rei cōtrectatio affectu lucrādi sibi uel alteri contra dn̄i uoluntatem.
Furua:fusca.nigra.
Furuū nigrum.inde furens & furni.
Furuū inde dř fur. a quo furor aris furator furtū furtim furūculus diminutiuū.furtiuus furca.
Furuaria uiridissima foliis perseuerant.
Furunclū uulnus quod nascitur:latine furūculus tumor in acutum surgens dictus; unde græce anthrax. ἀνθρακ̄ dicit.
Fusarius & sanguinarius arbores.
Fusa a fundor eris: iacens,libata:infusa,strata.
Fuscina unde pisces ꝑforantur. tridens creacra.

Fuſcinulæ tridentes quibus carnes de caldariis p-
feruntur.
Fuſcus: aquilus, niger.
Fuſile quod tantum funditur: ſicut ductile tantū
qd' malleo p̄ducit. hic & hæc fuſilis & hoc fuſile
Fuſi per hærbam iacentes: ſtrati: occiſi: fugati.
Fuſum: ſolidatum, ſtratum.
Fuſim: paſſim.
Fuſina ferrariorū dicta quaſi fundo capiens nutā-
tes uelut ferrū æs & cætera uel a fundendo ea.
Fuſitera animal in India, quod fluctus hauſtos fi-
ſtulis eructuat ita ut naues mergat.
Fuſtes ſunt quibus iuuenes pro criminibus feriun-
tur dicti q̄ præfixi in eo foſſis ſtent: quos palos
ruſtici uocant.
Fuſum dictum q̄ per id fundatur quod netum ē
Futire: fluere.
Futilis uas aquarū perparuis oris.
Futile labile. Nam futilis eſt quoddam uas ī ſacris
ueſtæ ſuperius latum: interius accuminatum ut
ſi in terra poneret: quicquid liquoris haberet fū
deret. Nō enī licebat ſacra illa terram tangere.
Futilis: inanis, uacuus, loquax. dcūs a uaſis fictili-
bus: que caſſa & rimoſſa nō tenent: q̄ immiſeris.
Futurū quod uenturū eſt. a fio fis. uel a fui fuiſti.

G littera a. ỹ tracta, cognationē
hēt cum c. & qn̄ ponitur ante u
uocali ſequente: amittit u uim
ſuam ſicut cum q ut anguis:
quis.
Gabaon metropolis ciuitas he
bræis data in hæreditate: de
qua gabaonitæ ſupplices uene
runt ad Ieſum uane. Idem & euei ſunt.
Gabbari: incluſi barbari: unde gabbares mortuo
rum corpora condita.
Gabata patena uas, quaſi cauata.
Gabriel hebraice latine: fortitudo dei dī, ubī enī
fortitudo dei uel potentia manifeſtatur gabriel
mittitur.
Gaber: uir interpretatur.
Gad tentatio interpretatur uel accinctus ſiue la-
trunculus.
Gades inſulæ ſunt hiſpaniæ in occidente: hinc & ga
ditanum mare dicit: ubi primum ab oceano ma
ri limen magni maris aperitur: ubi & hercules co
lumnas erexit pro fine.
Gadis ſæpe dicitur lingua tyriorū: qui profecti a ru
bro mari: occupantes eandem gadem, i. ſeptē no
minauerunt: pro eo q̄ circūſepta ſit mari: inſula
eſt in fine beticæ prouinciæ ideſt hiſpaniæ ſita: q̄
dirimit europam ab africa.
Gadir lingua pœnorum ſepes.
Gadir nomen propriū ciuitatis gadiris qd' Saluſti
us melius eſſe oſtendit neutrum.
Gaditanus lapis: dictus ab inſula gadis.
Gagates lapis primo inuentus eſt in ſicilia: fluore
fluminis gagatis reiectus: Eſt autē niger: planus
leuis, & ardens igni admotus: ex eo ſcripta fictilia
non delentur: incenſus ſerpentes fugat: dæmonia
cos prodit: uirginitatem deprehendit: aqua accē
ditur: oleo reſtringuitur.
Gaſapes maſculinum. hoc gauſape pis.
Gaius interpretatur chaos.
Gala græce lac: bene ergo galathea lactea quædam
cæli zona alba hoc nomine dicit: quæ uulgo ſtra
ta nominatur.
Galla genus pigmenti quod græce cecidan dicitur
Galla fructus quernæ arboris medicaminibus & ī
cauſtis adhibetur.
Galathites lapis dictus q̄ de ſe lacteum ſuccum
emittat.
Galathea & gallia.
Galathea roma intelligitur mantua.
Galatæ ideſt galli a candore corporis ſic primum
nominati q in auxilio a rege bithyniæ uocati par
ta uictoria regnum cum eo diuiſerunt primum
gallograeci quaſi græcis admixti: nunc ex ātiquo
gallorum nomine galatæ dicti: quorum regio ga
latia nominatur.
Galaticæ carnes ſunt a colore lacteo nominatæ cō-
fectio.
Galaad ciuitas quæ eſt in dimidia tribu manaſſe
in qua iepte ſepultus eſt. hic.
Galaad tranſmigratio interpretatur.
Galaad interpretatur aceruus teſtimonii.
Galbana genera ueſtiū dicta a galbaneo colore qui
eſt ſublucidus & ſubalbus cum pallore.
Galbanum genus pigmenti uel ſucus de ferula.
Galbanū ſpecies eſt multis apta medicaminibus.
Galbaneos genus medicamenti de lacte.
Galea criſta capitis ſed de corio eſt. caſiſ uero lumi
na unde galatius hō magis aptus galeæ.
Galearia pileus ſiue tyara.
Galici a candore dicti unde & galli reliquis. n. hi
ſpaniæ populis candidiores ſunt. hi græcā originē
ſibi aſſerunt a teucro uñ & naturali ingenio calēt
Gallicum uentum hiſpani uocant: quia ex parte
galliæ eis flat: ipſe eſt circus.
Galenum uas uinarium antiqui romani dixerunt.
Galli a cādore corporis dicti gala enim græce lac
ſecundum diuerſitates. n. cæli & facies hominū:
& colores & corporum quantitates & animorum
diuerſitates exiſtunt: inde romanos graues: græ-
cos leues: afros uerſipelles. gallos natura feroces
atque acriores ingenio peruidemus quod natura
climatum facit.
Galienus qdam medicinæ artis peritiſſimus apud
romanos fuit uel imperator romanus.
Giliola uas uini.
Galerus pileus ex pelle ceſæ hoſtiæ factus iſtar ga-
leæ uel paſtoralis pileus.
Galgala interpretatur teſtamentum ſiue conſti
tutio.
Gali dicuntur ſacerdotes matris deum ob hoc qa
mos eis erat caſtrari apud phrygiam: qui omnia
turpiſſima agunt.
Galos cæſar caſtrauit eis deuictis propter oppro-
brium eorundem.

Galli ſenones cū duce Brēnone romam captam incendere uelent :reſtitit eis matilius uoce anſeris excitatus.
Galliæ ſunt tres, togata ideſt lungobardia ad morem romanorū. comata ideſt burgundia & frācia bracata id eſt teutonica a longis bracis.
Gallia belgica & gallia lugdunenſis diuerſæ.
Gallaria,negocii alieni mercator.
Gallicinium,gallorum cantus dicit.
Gallicriſta hærba eſt que naſcit locis ſolidis circa uias,hæc ad morſū trita cū axūgia & pane domeſtico impoſita mox ſanat eadem & duricia dicit quia duricias diſcutit.
Gallicula,calciamenta paſtorum ſunt.
Gallicula cortex nucis uel glandis: corpus humanum ſignificat.
Gallicanus dicit a loco ſicut ruſticanus oppidanus capitolinus.
Gallicus ſinus maris magni qui narbonenſem prouinciam alluit.
Gallicum:aliquid ex gallia latum:gallum uero in gallia natum,gallicanus uero qui aliquid ex gallia affert.
Galies inſula africæ in qua anguis uel ſcorpius nō uiuit.
Galilea regio palæſtine dicta quod candidos populos gignat:duplex eſt: ſuperior & terra opima & ferax.
Galilea īterpretat tranſmigratio uel reuelatio.
Galilei populi de galilea,uolubiles uel rota interpretantur.
Gallinaria:ſylua.
Gallit:perit.
Galliuit,periuit.
Gallus uir ſororis.
Gallus inde dicit gallina gallinarius: componitur gallicantus gallicinum.
Galunna uelamen candidum a gala ideſt lac.
Gallus a caſtratiōe dicit.Inter cæteras,n.aues huic ſoli teſticuli adimuntur.
Gallus pullus gallinacius dī quaſi gallinis aptus dicitur etiam a quibuſdam gallus caſtratus ideſt capo:qui aſportatur.
Gallinacius gallus qui reperto cibo dat ſignum uocis gallinæ.
Gallina ſignificat chriſtum,ſapientiam,animam
Gallus ſignificat dominum uirum ſanctum.
Gamaliel:retributio domini.
Gamma,γ.littera apud græcos:apud nos ſignificat tres.
Gāmarus:piſcis genus paruus & u ilis.
Gameon teucrum lingua iulius menſis.
Game græce honoro.
Gamos γαμώσ,nuptiæ græce.
Gamo γαμεō γαμώ:nubo græce.
Gamaſus:fortis agilis.
Ganea:taberna,popina,maretrix.
Ganeo uel ganeō uel ganeus:tabernarius,guloſus popinator,luxurioſus,comeſſator.
Ganeæ meretrices quæ morantur in occultis &ſub terraneis locis απο τησ τησ a terra.
Gangalizes:titillas.
Gangarida India a rege gangaro dicta.
Gangaridæ populi inter aſſyrios idoſq; habitā tes iuxta gangē fluuiū,unde & dī hic gangarides.
Gangaridus:fluuius armeniæ.
Ganges fluuius phyſon exiens de paradiſo. pergit ad indiam.
Gangen quidam fontibus incertis naſci & nili more exultare contendunt,quidam uero a ſcythicis montibus exoriri.
Gangia,occulta loca:& ſubterranea,græcum eſt.
Gangrena quaſi obmortua caro,gange enim non p mortuæ carnes ſed adhuc morientes dicuntur.
Gannire uulpium eſt:ſicut latrare canum.
Ganninat:cantat.
Gannium taberna.
Gar γαρ ſignificat enim,cauſalis eſt.
Garamantes populi africæ proximi æthiopibus a garamante apollinis filio dicti q̄bi ex ſuo nomie garama oppidum cōdidit extremi dicti qa ſæui & a conſortio humanitatis remoti ſunt.
Garetinis id eſt donum.
Garganus:mons apuliæ.
Gargara montes phrygiæ,uel regio aſiæ uberrima
Gargarus ſingulariter & gargara pluraliter idem ſignificant.
Garrire:multa uerba dicere. ſordide loq ſine rōe
Garrio is inde garrulo as diminutiuum uerbum.
Garrulus:uerboſus proprie a gurrulis auibus.
Garizim:diuiſio interpretatur.
Garos:liquamen græce.
Garum liquamen piſcium falſum:quod olim conficiebatur ex piſce garon:quāuis nunc ex infinito fiat genere:nomen tñ priſtinum retinet.
Gaſindius honor ſub iudice.
Gas:haſtas.
Gaſiongaber:interpretatur conſilia uiri.
Gaſo id eſt ſtagno græce.
Garh filius Iacob ab euentu ſiue procinctu dicitur Quando .n.peperit eū zelpha:dixit dña eius lya in fortuna id ē in pcinctu uel euētu.tētatio interpretatur.
Gauata id eſt cauata g pro c hēt.id eſt concha.
Gaudiū eſt elatio animi in his quæ digna ſūt exultātis.lætitia uero ē effrænata ai elatio:quæ modū neſciat:& i his quoq; quæ uitio ſūt mixta lætatur
Gaudiū animi lætitia:exultatio uero uerboꝝ atq; membrorum.
Gaude genus ligni ex quo balſamum ſudat.
Gaudeo gauiſus ſum.Audeo auſus ſum. Soleo ſolitus ſum.fido fiſus ſum.Fio factus ſum: neutro paſſiua nominātur :quoꝝ tñ præterita antiqui ſolebant proferre:gauiſi auſi ſolui fiſi fii.
Gaudeo,inde dī gauiſus gaudium: a quo componitur gauiſor aris,gratus gratior gratiſſimus gratuitas gratuito,gratioſus.gratāter, gratulor aris, grates cōponitur ingratus & gratificor aris.
Grauia larus.

Gauina ſpecies ueſtimenti ſuper humeros habens purpuram.
Gaulus.genus auis qui & merops dicit.
Gauleon inſula ubi ſerpens non uiuit.
Gaurulus:ſcapha canale uel locellum.lembus.
Guaro γαυρῶ γαυρῶ græce gaudeo.
Gauſape mappa quæ in menſis ponitur.uel quatergitur.
Gauſape pis:ablatiuo gauſape pluraliter gauſapa. antiqui tamen hic gauſapes quia græci gauſapes dicunt:& hæc gauſapa & hoc gauſape.& pluraliter hæc gauſapa:q̄ſi a nominatiuo:quod hoc gauſapum etiam dicebant.
Gaza ciuitas palæſtinæ uel multa enxenia: dicta q̄ ibi theſaurum ſuum campyſes.rex perſarum intulit.
Gazæ:opes,copiæ,theſaurus ſyriace.
Gazerenus hæbraice:latine aruſpex dicit.
Gazecum:regio.
Gazeir interpretatur conſolatio.
Hazophylatiū γαζοφυλακιον locus appellari ſolent:in quo diuitiæ ſeruantur.phylattein φυλαττειν enim ſeruare dicitur.gazæ diuitiæ.
Gazofilia idem quod exedræ.
Ge γη græce terra.
Ge:uallis hebraice.
Gennon:proprium uiri.
Ge aliud.
Gebal uallis uana iterpretatur. ge enim uallis: bal terra.
Gebennæ ſunt montana:ubi ē poſita ciuitas genua in burgundia.
Gebuſeus filius chanaā:a quo gebuſei,quoꝝ fiunt hieruſalem:tunc dicta gebus.
Getur dictum q̄ ibi ignis habeat ſedem: qui in cerebro ſubuolat unde ad oculos cæteroſq; ſenſus diffunditur. In iecore conſiſtit concupiſcentia.ſicut.n. in corde ſapimus:ita iecore amamus. hoc iecur iecoris.
Gecur q̄ ibi ignis ſit conditus:uel q̄ gerat cor ficatum.
Gectan filius heber a quo indoꝝ gens orta eſt.
Gedeon iudex iſrael qui occidit oreb zeb: zebeæ & ſalmana,interpretatur autem tentatio iniquitatis eorum.
Gedeon.interpretatur experimentum iniquitatis eorum:frequenti enim præſagio contra hoſtes informatus eſt.
Gehenne nomen in ueteribus non inuenitur. ſed primum a ſaluatore ponitur huius ſermonis occaſio fuit idolum baal iuxta hieruſalem parua campi planicies irrigua & nemoroſa fuiſſe legit: & locus in ea idolo conſecratus.qui appellatur gehennon id eſt uallis filiorum hennon: hoc in loco deſerta templi dei uictima hoſtias immolebāt filii iſrael.& comminatus ē deus ſe locum illum impleturum cadaueribus mortuorum.futura ergo ſupplicia & pœnæ ppetuæ quibus paccatores puniendi ſunt huius loci uocabulo deuotantur: Duplicem autem gehēnam nimii ignis & ſulphuris & frigoris pleniſſime in iob legimus.
Gehenna locus ignis & ſulphuris:quem dici putāt a ualle gehennō idolis conſecrata.
Gehenna:uallis grauida.
Gehennon:uallis filiorum hennon.
Gelbœmōtes alienigenarū iterpretat decurſus.
Gelela quoloquintida.
Gelgel.relatio.
Gelu frigus glacies timor dictū quod eo terra ſtrigatur.ge.n.terra dicitur. priſc. hoc gelu indeclinabile & hic gelus us & hoc gelum antiqui.
Gelidus da dum.frigidus.
Gelare:frigeſcere.conſtringere glacie.
Geldonia adunatio.
Gelonus:genus arborum.
Geloni populi ſcythiæ picti membra.
Gelones:gens arabum.
Gelonis:baucalis.uas
Gelos græce.riſus.
Gemmæ uocatæ q̄ inſtar gumi tranſluceant.poſt marmorum autem genera gemmæ ſequūtur pretioſi lapides dñr.quia clari uel a uilibus diſcreti uel rari ſunt.
Gemmare,gemmas emittere pullulare ut uites.
Gemere.dolere flere.proprie ex interiori mouere Nam de ſono uocis tractum eſt.
Gemitus:ſingultus ſonitus:fletus.
Gemini ſunt non duo ſimul nati:ſed etiā plures.
Gemini ideſt caſtor & polus ſemper pluraliter declinantur naturaliter ſignum in cælo eſt.
Geminus:gemellus.
Gemino as geminatio.
Geminare iterare coniungere.
Geminanter:frequenter,crebro:ſepius.
Gemini interpretatur dextera.
Gemo is gemui inde gemitus gemiſco gemebundus id eſt ſimilis gementi.
Gen thn γην græce terrā:Nam ten articulus eſt.
Genas γηνασ græce generas.
Genæ ea pars uultus quæ inter malas & auriculas eſt: dictæ q̄ infans in utero caput habet inclinatum ad genua.
Genæ inferiores oculorū partes unde barba incho at.Nam græce γεννηθ gennis barba hinc &gene quod inde incipiat gigni.
Genæ lachrymarū locus ſed gyne γυνη grece mulierem uel uxorem ſignificat unde gynecium γυναικιον dr̄ locus ubi pluriæ reſident mulieres
Genealogia græce generationis ratio uel linea.
Genearcha:generis princeps.
Genethliacum laus natalis.
Genethlici propter nataliū dierum obſeruationes dicunt:geneſes.n.hominum per.xii.ſigna deſcribunt.inde ſunt mathematici ſed gyneciū textrinum græce dictum q̄ ibi conuentus fœminarum ad opus lanificii exercendum conueniat.
Gene græce mulier nuncupatur.
Gener initium.
Gener ē q̄ filiam alicuius duxit:dictus q̄ ad genus augendum ſuſcitatur.

Genera dicta q̄ generent ut maſculinum & fœminum. Cætera uero nō proprie ſunt genera ſed hoc nominū ratio & auctoritas uoluit.
Genera uerborum dicta: qa gignunt. ut amo amor
Generale: uniuerſale.
Generalia nomina dicta: quia uniuerſarū uel multarum ſunt rerum ut animal.
Generare maſculos parturire fœminas dicimus p̄prie uel concipere genera.
Generatim per ſingula: genera generaliter uero ſimul omnia.
Generoſus. honeſtus. celebris nobilis.
Generoth interpretatur quaſi lucernæ.
Geneſar lacus ampliſſimus. in iudæa græce dictus q̄ſi generans ſibi aurā de ſeipſo. ſpirātibus enim auris: per diffuſiora ſpatia agitatur: unde purior hauſtus eius ad potandum & dulcis.
Geneſis liber inde dictus q̄ exordium mundi uel generatio in eo continetur.
Geneſis græce generatio. hæc geneſis huius geneſeos.
Geneſta: genus uirgulti amariſſimi.
Genialis: lectus coniugalis. ingenioſus. uel gratus: uoluptuoſus. a genio.
Geniales proprie dicuntur lecti qui ſternunt nubētibus. dicti a generandis liberis.
Genialis. gratus propinquus affinis.
Geniculū diminutiuum a genu. inde geniculare.
Geniculat: flexis genibus adorat.
Geniculatis hærba ſuccenditur ob ſcorpionum uī repellendum.
Genimen generatio a gigno is: ideoq; corripit penultimam. Nam in men deſinentia quæcunque a uerbis ſecundæ uel tertiæ declinatiōis deriuant corripiuntur: ut genimen monimē. Quæ uero a p̄riæ uel quartæ: p̄ducunt ut lætamen: mūimen
Genimina: germina.
Geniolus qui habet ingenium.
Geniſidium: generatio.
Geniſtæ hæretici iudæoꝝ dicti qa de genere abrahæ ſe eſſe gloriantur.
Genitalia corporis partes a gignendo dicta. hæc & pudenda ſiue pubes pro uerecundia dicunt. ūde & operiunt: dicunt inhoneſta: qa nō habent ſpeciem decoris ſicut membra quæ in promptu ſūt
Genitalia unde uir generat: aut mulier parit.
Genitalis: terra in qua natus eſt.
Genitiuus caſus dicitur: quia per eum genus cuiuſcunq; quærimus uel oſtendimus: ut anchiſæ filius dictus a gigno is genu. genitus genitiuus. Dicitur autem poſſeſſiuus: quia poſſeſſionem oſtendit: ut cuius equus eſt iſte? euandri. paternus quoq; dicitur. quia patrem per illum oſtendimus ut cuius filius eſt hector? priami.
Genitor naturæ uocabulum eſt. Nam pater dignitatis eſt.
Genitrix mater a gignendo genetrix antiquitus dicta.
Genitura ſæculi poſteritas uel ſeminis materia: unde genus.
Genitus. natus. generatus. a gigno is.
Genius numen a paganis dicitur: q̄ quaſi uim habeat omnium rerum gignendarum.
Genius deus naturæ. inde gēialis. i. uoluptuoſus.
Genium: honor. aut dignitas. uigor. ordinatio.
Genomenon: factum participium: greptō uero nō men.
Genios γενειοσ græce barba.
Gens multitudo ab uno principio orta: ut iudæorum: ſiue ab alienatiōe ſecundum p̄priā collectionem diſtincta: ut græciæ aſiæ. hinc & gentilitas dicit: gens aūt appellata propter generationes familiaꝝ id eſt a gignendo: ſicut natio a naſcendo gentes uero a quibus diuiſa eſt terra. quindecim ſunt de iaphet. xxxi. de cham. xxv. de ſem: quæ ſiunt. lxxiii. uel potius: ut rō declarat. lxxii. totidē que linguæ: quæ per terras eſſe cœperunt quæq; creſcendo prouincias & inſulas impleuerūt. filii ſem quinq; gentes ſingulas procreauerunt: quoꝝ primus elam: a quo elamitæ principes pſidis. Secundus aſſur a quo aſſyrioꝝ pullulauit imperiū. Tertius arfaxat: a quo gēs chaldæoꝝ exorta eſt. Quartus iudith: a quo lydii. Quintus aram. a quo ſyrii. quoꝝ metropoli fuit damaſcus: filii aram nepotes ſem quattuor hus & hul & geter & mes. hus tracōitidis cōditor. qui inter palæſtinā & celeſyriam tenuit prīcipatum. uñ Iob ſecundū q̄ ſcriptū eſt. uir erat in terra hus. ſecundus hul a quo armenii. Tertius geter: a quo carmeni ſiue cariæ. Quartus meſ: a quo ſūt hi qui uocantur meones. Cætera require in iſidoro etymologiarum.
Gens: natio familiæ eſt.
Genus ad qualitatem refertur ut p̄omi.
lingua gothorum antichriſtus uocatur: quod interpretatur diſſipator gentium & ſeductor.
Gentiles ſunt qui inter ſe eodem ſunt nomine ab ingenuis oriundi: quorum maiorum nemo ſeruus fuit & ubi gentilitatem nulla capitis diminutio deſtruxit.
Gentiles ſunt qui ſine lege ſunt: & necdum crediderunt. dicti quia ſunt ut geniti fuerunt id eſt ſub peccato idolis ſeruientes: q̄ græce ethnici dicunt
Gentilitas eſt ſocietas cōis nominis liberorum ut ſcipionum brutorum.
Gentiāna hærba nomen ſumpſit ab inuentore radicibus ariſtologiæ ſimilis.
Genubius: intimus. interior. domeſticus. naturalis
Genua cōmiſſiones femoꝝ: & crurum dicta q̄ in utero ſint genis oppoſita.
Genu ſicut cætera in u neutra ſunt & aptota in ſingulari: & hoc genus antiqui & hoc genū dicebant genu deriuat a γονυ o in e mutato priſci.
Genuinus. id eſt dens.
Genuini dentes molares præciſores. i. canini.
Genius. amicus ſodalis.
Genuuium naturale de genere tractum initium.
Genus. origo. propago. domus. uultus initium floris. a gignendo dictum uel a terra deriuatum ex

qua oia gignuntur.ge γῆ.n.terra est græce.a gere uero genero as.

Genus dicit exploratio sexus per uocē carentē genere.nam illa uox non est genus:sed quod p eam intelligitur.

Genus quoq; dicit:quod finali determinatione discernitur.

Genera a generando uel a græco ge id est terra ūde cuncta procreantur: quæ quattuor modis dinoscuntur.Natura:articulis:auctoritate & clausulis Nam masculinū & fœmeninum naturalia sunt: reliqua artificialia.

Genus cognoscitur tam ab ipsa natura eius quam significat rei q̄ a terminatione uel declinatiōe:ut uir.Genera igitur nominum duo principalia sūt quæ sola nouit ratio naturæ masculinū & fœmeninum. Genus ī uerbo dicitur qa unum generat ex altero:passiuū ab actiuo & actiuū a passiuo.

Genus est quod de pluribus specie differentibus ī eo q̄ quid sit prædicatur: hæc descriptio qdem est:quia genus proprie supra se genus non habeat hæc igitur tria in genere requiruntur ut de pluribus prædicetur: ut de specie differentibus ut in eo quod sit. Nam cæteris interrogationibus nisi quid sit homo interroganti animal non respondebitur.

Genus dicitur tripliciter: dicitur enim principiū unuscuiusq; generationis uel ab eo qui genuit:uel a loco in quo quis genitus est:ut horestes a tantalo ducit genus: & plato athenienſis est genere:& enim patria principium est uniuscuiusq; generationis:sicut & pater.Rursus genus dicitur aliquorum collectio ad unum aliquid quodammodo se habentium & ad se inuicem ut romanorum genus ad romulum scilicet & ad suam inuicem,cognationem ab aliis generibus se diuidentem.

Tertio modo dicitur genus.cui supponit species

Generis triplex est significatio id est patria.parentes.origo.sanguis.Est item genus. sub quo specie similes continentur:ut animal subquo homo equus piscis & cætera. Est etiam tertium illud genus quotiens rei qualitas indicatur:ut cuius generis sit uestis qualis & quanta sit cuius maneriei.

Genesus fluuius prouinciæ palestinæ.

Geomantia ex terra diuinatio. ge enī terra uel geomantia diuinatio dicit.

Geometria terræ mensura quæ longius acumine sapientium producta: maris & cæli spatia metit hæc in se continet liniamenta interualla magnitudines & figuras & in figuris dimensiones & numeros.ge terra:metron græce mensura.

Geometer uel geometra:terræ mensor.

Geon fluuius de paradiso surgens uniuersam æthiopiam cingit:dictus q̄ incremento suæ exundationis terram ægypti irriget.ge.n.græce terra. hic apud ægyptios nilus uocatur.

Georgia terræ opera uel cultura. Inde & georgicū carmen de terræ cultura factum.

Georgius:rusticus:operarius terræ rusticanus.

Gepte aperiens uel apertus interpretatur.

Gepton græce factum.

Gera dicta quasi diuina confectio medicinalis est

Gerabotane græce dictum q̄ remediis atq; ligaminis hominum & purificationibus sacerdotū apta probaretur unde pōtifices eam sagimen appellabant quasi sancimen. hæc & berbena quasi pura dicta.

Gerannosus sacerdotalis morbus.is & comitialis dicitur.

Gerare prouincia ubi bersabee oppidum cōdidit

Gerræ nugæ.ineptiæ.

Gerere a gero. portare.

Gerimus nostra uelut in natura aliqua quæ ī nobis sunt: ferimus uero imposita nobis.

Gergeseus:filius chanaam.a quo gergesei.

Gergos agilis gergonius agillimus:græcum est.

Gericontinum:murum mundi ambitum.

Geryonen quem hercules interficit.fingunt poetæ hispaniæ regem triplici forma prædituм: fuerunt enim fratres tres tantæ cōcordiæ ut in tribus quasi una anima esset.

Geritis aminis a quo gerete oppidum.

Germani qui ex eadem matre ac patre nascuntur dictus germanus quasi ex eadem genitrice uel eodem genere manans.

Germanus ex utroque parente:frater uero ex altero uel soror.

Germanicus frater claudii neronis. qui germaniā deuicit:unde & dictus.

Germaniæ gentes dictæ q̄ sint immaniuм corpoꝝ quasi immanes.

Germania post scythiam inferiorem a danubio in terrhenum oceanumq; concluſa Cingit a septentrione & occasu oceano. ab ortu uero danubio:a meridie rheno fluuio dirimit. Terra diues populis innumerosis:& immanibus.uñ propter fœcunditatem gignendi germania dicta est.

Germaniæ duæ sunt.inferior & superior.

Germania promontoriuм distans ab arabia.l.milia passuum:cui persis annectitur.

Germen:surculus prægnās a generando dicitur generationis principium.

Geræos γηραιος græce senex.

Gerothocontium in quo pauperes & propter senectutem solam infirmi homines curantur.

Gero nugator dictus a gerris.

Gero gerens nugas, uel a garrio ris.

Geros:uir fortis.

Gerueus baiulus portator.

Gerula:nutrix,portatrix.

Gero ris gessi gestum:inde frequentatiuum gestoas:inde gestio gestis motum corporis significat id est gaudium:inde gerulus componitur nugigerulus. inde etiam gesticulor aris ipsa res gesticulatio. Inde etiam gestus tus gerundiuus componitur digero:egero de,in,sub. con. agger. a quo aggero as exaggero as.belliger: armiger terriger niger flagro flagras nominata:q̄ loco infinitiui iuncta cum articuloapud græcos accipiuntur.

Gerundiuus modus dictus q; ſub una litteratura actiui & paſſiui ſenſum gerat: ut cantádi do dũ pro cãtari & cantare, priſc. tñ dicit eẽ noĩa qa ſeparatim ꝓpoſitionẽ recipiunt: qd' uerbũ nõ habeat: ut in cõuertendo: duo uero membra gerũdiui modi locũ ſignificant ut quo pgis lectũ id eſt ad lectionẽ unde uenis lectu. i. de lectiõe: ponit & ꝓ ipſa re: ut mirabilis uiſu. pro uiſione.

Geruſia: renatus.

Geſſa interpretatur inſulæ ſacrificiũ uel incenſũ

Geſa: gladius.

Geſſaris: lanceis.

Geſſum haſtæ iaculum.

Geſſamini interpretatur uilla pinguiſſima.

Geſſen locus ægypti: in quo habitauit iacob.

Geſtatorium: ferculum. uel feretrum.

Geſtamen quicqud portatur ſceptrum uel uirga a geſto as.

Geſtamina id eſt arma a geſtando.

Geſtiuncula: minuta res.

Geſto as frequẽtatiuũ a gero is. id eſt porto.

Geſtator: portator: inde geſtatoriũ portatorium.

Geſtio is a geſto as. i. exulto. deſidero. gaudeo.

Geſtit: luxuriaſ. laſciuit. defluit.

Geſtire ꝓprie malo; eſt. gaudere uero bonorum.

Geſtus tus: motus corporis. uel nutus.

Geth ciuitas fuit allophylorum. Interpretatur autem torcular. hæc modo dicitur zaph.

Geth. iterpretatur chaos: eſt autem ager unde loã nes prophetauit.

Getha uel gethes id eſt gothus.

Getha garrit gothice loquitur.

Gethæ nihil aliud niſi gothi: poſt getuli dicti.

Geter filius arã nepos ſem a quo arméii ſiue cari.

Gethia. malefaciorum doctrina.

Gethicus: thracus. a getha.

Getulia mauritania.

Getula. maura. africana. mauritana.

Getuli gethæ fuiſſe dicuntur: qui a locis ſuis naues conſcendentes loca ſyrtium in lidya occupauerunt. Africani autem libyes initio habuerunt ide afri: poſt getuli: poſtremo mauri & nũidæ.

Getuli ab euilath filio chus ſunt exorti.

Gezabel flexus ſanguinis uel fluens ſanguinem interpretatur: ſed melius ubi eſt ſterqlinium. Carnes. n. eius canes comederunt ſicut helias prædixit: quem multum perſecuta eſt.

Gezeb: reuelatio.

Gyas quidam princeps troianorum fuit.

Gyarus & myconе inſulæ execrabiles & ſteriles in quibus exulabant.

Gibbus: tumor in dorſo. ſtruma in pectore.

Gigantes dicti iuxta græcam etymologiam gegenis id eſt terrigenæ. ge. n. terra. genys γένης ge nus dicit eo q; fabuloſe eos terra genuerit nõ uere. hic gigas antis.

Gignathomachia: gigantum pugna.

Gyges nomen gigantis græce.

Gigno is genui genitum: pro quo geno antiqui.

Gigno. inde dicit genitus genitiuus genitalis germen germino as germinatio genus a quo genero ſus ior ſimus generoſitas. componitur degener. a quo degenero as. generaliter genero as ator atio genitalis generalitas ingẽs uel a genu ſecundum quoſdam: unde genus gingiua. componitur benignus malignus: malignor aris malignitas genitor genitrix genus a quo componitur ingenium ingeniolum: ingenioſus: componitur ingenuus ingenuitas: componitur ingenitus primogenitus unigenitus dicitur gener: componitur ꝓgenies. pro genitus.

Gilbus color in quo medius inter rufum & albũ color mellinus.

Gimel conſolatio interpretatur.

Gimnos γυμνός græce nudus: hinc gymnaſiũ locus exercitii ſchola uel domus balneoꝝ.

Gymnaſiũ γυμνάσιον locus quo nudi exercẽtur græce exercitium dicitur.

Gymnaſium generalis exercitatiõum locus: tamẽ apud athenas locus erat ubi ſapientiæ ſtudiũ exercebatur.

Gymnaſia uel gymnaſtica γυμναστικὴ fœminino: exercitatio uel unctio.

Gymnales habitacula ubi philoſophi exercentur

Gymnologiſis ratiõalis a græco γυμνολογίζω id eſt exerceo.

Gymnicus. ludus eſt uelocitatis ac uirium gloria. cuius locus gymnaſium dicit: cuius genera ſunt quinq; ſaltus: curſus. iactus. uirtus: luctatio.

Gymnoſophiſtæ dicti: quia nudi per opacas idiæ ſolitudines perhibent philoſophari adhibẽtes genitalibus tantum tegmina.

Gyne γυνὴ mulier: hic gynæzeũ locus ubi hitãt gyneces: græce mulieres uel uxores ſignificat.

Gynicium: textrinum.

Gingiuæ a gignendis dentibus dictæ. caro eſt quæ dentes gignit.

Gion luctus ſiue luctari interpretatur.

Gipides pedeſtri prælio magis q̃ equeſtri ſunt uſi.

Gypſum græcum eſt: eſt aũt cognatũ calci ſignis ædificiorum & coronis gratiſſimum.

Gyrgillus dictus: q; in gyrũ uerſatur: eſt enim mobile lignum. ex quo ſitula cum fune in puteum dimittitur ad hauriendam aquã & ideo ſic dr.

Gyris græce pollinis.

Girfit mare.

Gyrus: circulus. corona. circuitus. congregatio.

Giſid id eſt teſtes.

Giſina: græce angulus.

Giſſus diffinitio.

Giſus labium uel terminus.

Gyth melaneyon: quod uulgo dicitur terfolium:

Gith nigrum ſemen priſ. hoc gith indeclinabile.

Gith memphis & taphnis ciuitates ægypti ſunt.

Glaber: raſus. mollis. lenis. caluus ſine pilis.

Glabella eſt nuditas frontis inter duo ſupercilia glabrion nanq; græce dicitur qualiſcunq; ps corporis pilis carens.

Glabri barbas non habentes & leues dicuntur.

Glabrio.caluus.
Glacies dicta a gelu & aqua quasi glacies,i.gelata aqua.
Gladiatores qui ī spectaculis se mutua cæde trucidant.
Gladii ancipites qui duo habent capita.
Gladiolus hærba dicta ꝙ sit foliis gladii similibus & thyrso cubitali floribusq; purpureis.
Gladius generalis est:sed ꝓprie dicit ꝙ gulā diuidat id est ceruicem.ad hoc.n.primo fcūs est.
Gladius:pugio.ensis mucro.
Gladius piscis genus: dictus ꝙ rostro mucro nato sit.ob hoc naues perfossas demergit.
Glandium & hæc glandula diminutiuum pars ē intestinorum.
Glandes fructus quercus: quibus homines prius utebantur.hic glans glandis.
Glarea:stricta glutinosa.
Glarea minutissimi lapides quos aqua fluuialis trahit.
Glaros.nomen insulæ.
Glaucus γλαυκοσ color īterdum pro ufiidi ponitur;quia admixtum habet uirori album.Item glauci oculi prospsendidi & maris glaucus color dr̄;sed tunc quando canescit.
Glaucus equus ueluti pictos oculos habens & quodam splendore fuso..
Glaucus piscis a colore dictus;ꝙ albus sit:glaucō eni ī græci album dicūt.
Glaucuma caligo oculorum:primæ & tertiæ declinationis:glaucuma glaucumæ & glaucumatis
Glaucus quidam deus marinus.
Gleba cespes terræ.dicta;ꝙ sit quasi globus.
Glebo:rusticus:arator.
Glesides genus hærbæ dicta: ꝙ dulcis saporis sit ipsa est & pæonia.nascitur in siluis.
Glibatis.ignis.
Glyphes λῦγφη græce sculptura.
Glycerium nomen fœminæ dulcicula intèrpretatur γλυκυ græce dulce.
Glygiriza genus hærbæ dicta ꝙ dulcē radicē habeat.eadē sadipsos.quia sitientibus sitim sedat.
Glypha:sculptura græce.
Glio mollities
Glis animal.glis terra tenax.glis lappa uocatur.
Gliris animal in arboribus nutritur latine dictus quia pingues eos efficit somnus.nam glisscere crescere est:hyeme enim tota dormiunt.prisc. hic glis gliris prisc.fæm̄.glis gliris animal:inde fit ī choatiuum: glisco is.
Glis gliffis incrementum .glis glitis carduus.glis glitis terra tenax.glis glitis hærba.
Glirium:torpens.stupidum.ignobile.
Glisco is it:crescit.ardescit.argumētat.desiderat
Globa:iunctura.
Globellum a globo instrumentum.
Globare:aceruare:in unum congregare.adunare.
Globus.augmētum spissitudo.collectio:aceruus: uolumen:cōuolutum:rotūditas lumen uel ignis hic globus utranq; corripit. Virgi.
Globus lunaris generis masculini.
Globosus:rotundus spissatus.
Glomus glomeris filorū aggregatio generis neutri.
Glomerare:condensare.congregare:in unum colligere.
Gloria frequens fama de aliquo cum laude.
Gloria gloriosus glorior aris tor.componitur. in glorius glorifico.
Gloriat:præfert se.iactat.prisc.deponēs absolutū
Glos gloris cognata fœminimum.
Gloriosus:clarus laudabilis.
Glossa græce lingua.
Glossa græce latine aduerbium quia quicquid ē illud uno uerbo declarat: unde glossarium dictum ꝙ oium fere partiū glossas contineat.
Glossa:petra lapis similis est linguæ hūanæ. fert autem deficiente luna solo cadere cui magi tribuunt potestatem.
Glossema græce interpretatio sermonum. uel cōgregatio.
Glumit:exoritur.
Gluten tinis generis neutri:& hoc glutinum conjunctio:confectio quædam qua glutinat aliqd uulgo blitens.
Glutire:haurire.uorare.absorbere.
Gluto a gula dictus ganeo ꝓdigus luxuriosus.
Gluo is gluere cutem detrahere uel excoriare.
Gnarus:peritus.doctus.sciens.strenuus.
Gnari qui peritiam primæ ueritatis insinuant.
Gnarificationes sermones.
Gnati filii dicti quia generantur.
Gnauus id est strenuus:sollers.fortis. sapiens.
Gneus.p.proprium hominis.
Gnidus insula ex illa parte saxi.
Gnesius γρησιοσ græce legitimus filius.
Gnoitæ & tritonæ hæretici a theodosianis exorti sunt ex quibus gnoitæ ab ignorantia dicti:qa per uersitati a qua exorti sunt id adiiciūt:qa christi diuinitas ignoret futura de die & hora.
Gnomono γρομονω est stilus hemisperii mō strantis horas.
Gnomon dr̄ tres qlibet quadrati de aliquo quadrato ī quattuor æquis partito partibus sic.
Gnotum:cognitum.siue coopertum est.
Gnoscit:sentit.exprimitur.
Gnosia cretensia a gnoso oppido uel ciuitate magna.quæ est cretæ.
Gnosia stellæ nomen.
Gnosis græce scientia.
Gnostici hæretici qui propter excellentiā sciētiæ se ita appellare uoluerunt animam naturā dei esse fingunt.deum aūt bonum & malum.
Gnoti scita græce.gnoeda irriguum græce.
Gobius piscis.
Gog & magog iterptat rectū & ātectū gētes ubiq; significant in qbus diabolus nūc in abysso inclusus tegit quia nō quantū uult nocere pmittitur post uero ad nocendum in aperto ueniet.
Gog & magog filios iaphet gothos quidā putant

Gog & magog quidam gethas & massagethas ſuſpicantur ꝓpter litteras hoꝝ primas uel aliquos barbaros:ſed toto orbe ſignificāt eſſe:nam gog tectum:magog detectum tanq̄ domus & ipſe qui procedit.de domo id eſt gentes & diabolus uel ipſæ gētes modo tectæ;quia in eis tegitur diabolus;& poſt in apertum de operto erupture.

Golgotha hebraice latine caluariæ locus interpretat̄.dictus ſic qa in eo loco damnati capite truncabantur;quidā tamen dicūt eo ꝙ caluaria adæ ibi fuerit ſepulta:cum arbea legatur ſepultus.

Gamos græce γομος onus.

Gomer menſura.

Gomer filius Iaphet;a quo galatæ id eſt galli.

Gomi græce nos.inde gumen.

Gomor menſura antiqua habens ut quidam putant chœnices.iii.id eſt ſextarios.xii.Alii dicunt ꝙ ſit.paulominus ſextariis quīq; eo ꝙ ſit decima pars œphi.

Gongros græce latine gongrus uel gonger genus piſcis.

Gonoria paſſio ueſicæ:cum quis ueretro ſeminis lapſu uexatur:non enim poſſunt continere ſubſtantiam ſeminis pro debilitatione quā niſi diligentiam habuerint;mors ſequitur.

Gony γονυ græce latine genu.

Gordien frygiæ ciuitas;quæ nunc ſardis dicit̄.

Gorgades inſulæ oceani.quas incoluerunt grogonas fœmineaalti pernicitate hirſuto & aſpo corpore;& ex his inſulæ cognominatæ;diſtant aūt a continenti terra bidui nauigatione.

Gorgon monſtrum humanæ formæ;quod ſiquis uidiſſet in ſaxum mutabatur.

Gorgon interpretatur terror.

Gorgones quas fingūt poetæ meretrices fuiſſe crinitas ſerpentibus;quæ ſe aſpicientes conuertebāt in lapides habentes unum oculum;quo inuicem utebātur.fuerunt uero tres ſorores.id eſt ſthennio euryale & meduſa uniuspulchritudinis forcynis filiæ quaſi unius oculi;quæ ita ſpectatores ſtupe faciebant;ut uertere eos putarent̄ ilapides

Gorgones dictæ quaſi georgæ id eſt terræ cultrices γη terra εργον opus.

Gorgeo γεοργεω græce colo terram.

Corgo aduerbialis interpoſitio;ut porro prorſus nimirum.

Gorgos græce agilis: bene ergo gregorius pagillimus.

Gorgoteron græce celerius.

Gorgoros græce celeres.

Gorrida;terribilia:metuenda.

Gorriones cum horrore ſonantes.

Gorpeios nouember menſis.

Gomphoma γωμ φωμα græce inflatio.

Gothi a magog filio Iaphet nomiati putant̄ deſimilitudine ultimæ ſyllabæ: quos ueteres magis gethas appellarunt q̄ gothos gens fortis.

Gothi.qui & gethæ prius circa ſcythica regna habitauerūt.q a ſedibus impetu hunnorum depulſi.tranſgreſſoq; danubio romanis ſe dederunt; ſed dum iniurias eorum nō ſuſtinerent; indignati ſibi regē eligunt.thraciā irruunt.Italiā uaſtāt obſeſſā urbē id eſt romā capiunt.poſt gallias aggrediunt̄;patefactiſq; pyrenæis montibus hiſpaniam uſq; peruenīūt;ibi ſedē locauerunt.

Gothi uuandali heruli turgilingi;qui & longobardi e germania ꝓdiderunt italiā inuadentes.

Gothoniel interpretatur reſponſio dei.

Grabatum reclinati capitis ſuſceptio.Nam græce καρα caput.

Gracile:ſubtile.tenue.fragile.macrum.ſtrictum breue:hic & hæc gracilis & hoc gracile.or.gracilimus.gracilitas.

Gradatim per gradus;caute ordinatim.tarde.

Gradior eris greſſus dicitur gradus gradatim gradiuus.Componitur tranſ.cō.pro.in.ag. re. di.e.

Gradipes apud græcos uocat̄ auis: quæ apud nos tarda.eo ꝙ graui uolatu retenta nequaq̄ ut cæteræ aues attollit̄.

Gradiuus mars dicitur ꝙ gradatim incedat̄ ad bellum.

Gradus:inceſſus uel faſtigium quo aſcendit̄.

Gradus gradus .a greſſu uel gradior.

Grafia γραφυ græce ſcriptura γραφειν græce ſcribere.

Grama littera.grafium uero ſcriptorum dī.

Grafiū γραφειον ſtilus uel bacculus ſtudentis.

Graculus auis a garrulitate dictus.loquaciſſimus enim eſt.

Graii;græci.

Graica;græca.

Graius ia ium.inde grægus ca cum.

Graiugena pro graiigena i in u mutato propter geminationem.

Graiugena næ commune eſt a graio natus.

Gramma γραμμα græce littera uel ſcriptio.

Gramma græce linea;unde gramma littera dicit̄ quia ex lineis conſtat.

Grammaticus litteratus.

Gramma græce qui latine ſcrupulus dicitur reti net ſex tomos.

Grammaticos græce grammaticus latine.

Grāmatica a litteris nomē accipit;grāma.n.græce līa dī.teca reconditio.eſt aūt ſcia recte loquendi & origo & fundamentum liberaliū litterarū. Diuiſiones aūt grāmaticæ artis.xxvii.a qbuſdā numeranf̄ id eſt partes orationis octo.uox articulata.littera.ſyllaba.pedes accentus.poſituræ orthographia.etymologia.anologia.gloſſæ dīæ. barbariſmi.ſolœciſmi uitia metaplaſmi ſchemata tropi;proſa metra fabulæ hiſtoriæ;

Gramen graminis genus hærbæ:dictum ꝙ germinetur;hinc omnis hærba gramen uocatur.

Graminor aris graminatur gramen mittit;

Gramis pituita oculorum.

Grande ad corpus pertinet.magnum uero ad animam hic & hæc grandis & hoc grande ior ſimus

Grandis uel grandi natu nobilis natu maior natu

Grandæuus:ſenex.grandis.æui maior.antiquus.

Grandiloquus maximus locutionis modus & ſen

ſus quaſi grandia loquens.
Grandis:magnificus.excelſus.grandior grādiſſi mus.tas ter.Componitur grandæuus. grandilo quus:grandiloquium grandiſonus.
Granditer:uehæmenter.
Grando ſignificat obiurgationes.
Grando dicta q̄ forma eius granoꝝ habeat ſimi litudinem.hæc ſicut nix uentoꝝ rigore in nube duratur.ruptoq; aere ſoluitur hæc grādo dinis.
Granomaſtix:arboris lētiſci gutta ē dicta q̄ in mo dum granorum ſit.
Grapho γραφω græce ſcribo uel ſculpo.
Graſſari:latrocinari uexare.animi crudelitas eſt.
Grata:decens.feſtiua.amabilis.quaſi gratiæ data
Gratari:gratulari.gratum futuꝝ ſperare.
Grator deponens.
Gratio:crudelitatis uoluptas.
Grates ſupplicationes.gratiaꝝ actiones pluraliter nominatiuo actō grates non plus.
Grates deo:gratiæ hominibus agantur.
Gratis aduerbium id eſt ſine merito ex dono;
Gratia dicitur gratis data: quæ ſine præcedenti merito nobis a chriſto donatur.
Gratiæ tres dicuntur.Euphroſyne quæ interpretatur diuitiæ.Euryale quæ pulchritudo.Agalie quæ ſapientia.
Gratificus ca cum.gratum.faciens bonum dicitur aptus acceptus.
Gratificari:largiri.impartiri;
Gratificatus:gratiam largitus.
Gratioſus dicitur:qui plus unicuiq; q̄ meretur tribuit multoꝝ amicoꝝ amicus.
Gratus ta tū:acceptus.iocūdus ꝓbatus amabilis:
Gratus ior ſimus.
Gratiſſimus anima & corpore dī.
Gratuitum:gratis datum.
Gratulari:lætari.
Gratulor pariter cū alio & gratias ago ſigni ficat
Graticula:in qua aſſantur homines.
Grates quæ contexit ex uiminibus.
Grauare: onerare.premere.
Grauis primitiuum dicitur:inde grauior grauiſſimus tas ter.grauida.hic & hæc grauis & hoc graue hic & hæc grandis & hoc grande: & grando:& uerbum grauo.
Grauis; honeſtus.honore dignus. plenus.ponderoſus.ſeuerus;
Graueſco ſcis inchoatiuum.
Grauis pro conſtantia & conſilio dictus:quia non leui motu diſſilit ſed fixa conſtantia & grauitate conſiſtit cui contrarius eſt leuis.
Grauitas ex pondere animi & ſententia cōſtat:grauitudo autem corporis eſt.
Graue natura.grauidum uero ex accidenti dicit id eſt ponderoſum.
Grauida eſt:quæ proxima partui eſt.p̄gnans uero eſt quæ concepit.
Grauiter:uehæmenter.dolenter.ægre.moleſte.
Græci ante theſſali a theſſalo rege:poſtea a græco rege nominati ſunt qui cunctam hanc regionem regno incoluit cuius.vii. prouintiæ ſunt:prima ab occidente dalmatia.inde epirus. inde hellas. inde theſſalia.ide macedonia.ide achaia & duæ in mari creta & cyclades.Illyricus aūt oīs græcia dicit grecorū quinq; ſunt linguæ græca eolica attica ionica.Argiua.
Græcus homo dicitur.græcanica uero res qualis ſolet fieri in græcia.
Græciſſo as & græcor aris a græco.
Grægalis.uilis.popularis.ruſticus.de plæbe.
Gregarius uulgarius.de grege.de minoribus.
Gregare:congregare.
Gregati: adunati.
Gregatim globatim grege facto.
Greges caparū & ouium ſunt:armenta uero equorum & boum.
Gregorias:græce uigilias.
Gregoreo γρēγορεω uigilo.gregorius ergo uigilans ſiue uigilantius.
Gremium ſinus ueſtis ſecretum: ſinum uero exterius ſinuaræ ueſtis receptaculum.
Greſſi participium ponit Virg.in ſexto libro.
Greſſus eſt confligens.
Greſſus us.ambulatio.iter.gradus.
Greſſutus:pedeſter.
Grex multitudo populus:minoꝝ aggregatio grex gis a grego as.Inde componitur aggrego congrego ſegrego egregius inde etiā dicit gregatim.
Grex gis a grego as.actiuo. Sic faciunt in gis quæcunq; nomina i x fiunt a uerbis deſinētibus i go.
Gryllus animal nomen a ſono uocis habet.hic ſecreto ambulat:terrā terebrat:ſtridet noctibus.
Gryna locus oraculi apollinis fuit in ſmyrna.
Grynea inſula brinea antea dicta.nunc uero corcyra dicit:in qua taxi naſcunt:unde gryneæ taxi.
Grynæum nemus i finibus ioniis apollini ſacratū
Gryfes dictus q̄ ſit animal pennatum & quadrupes.in hyperboreis montibus naſcitur. omni parte.corporis leo:alis & facie aquilæ ſimilis. equis uehæmenter infeſti ſunt.
Gryfes ſunt in ſcythia regione deſerti animalia terribilia & ferocia:quæ corpus habent leoninum pedes uero roſtrum & alas ſicut aquilæ: ideo p terrā currunt ut leones:per aera uolāt ut aues & ibi cuſtodiunt ſmaragdos quos tamen arimaſpi bellantes ſibi auferunt.
Grypus:ſuperbus ceruicoſus paruus.
Gros:orbis circulus:
Groſa.raſoria argentarii.
Groſſi primitiuæ & immaturæ ficus non habiles ad edendum quæ ad pulſum uenti facile cadunt hæc groſſus flores fici.
Grues a propria uoce dictæ.tali.n. ſono ſuſurrāt dū ꝓperāt unā ſequunt ordine lītaro:excelſa petūt caſtigat uoce q̄ cogit agmā. At ubi rauceſcit ſuccedit alia.nocte excubias diuidunt tenentes lapillos ſuſpenſis digitis quibus ſomnos arguāt Senectute nigreſcunt ueſpertiliones fugiunt.
Grus maſculinū & fœmininum. hic & hæc grus gruis.

Grues politã quandã & militiã uidẽt exercere naturalem. In nocte seu die uolantes.
Grumulus: strues. agger. congregatio cuiuscunq; rei diminutiuum a grumo.
Grunnitus porcorum est de sono uocis factus: uñ grunnere uulgo dicitur.
Grusus: setosus: pilosus.
Gubernare: moderare. præesse. imperare. regere.
Gubernio qui & gubernator dictus quasi cohibernator eo q; cohibeant prudentia sua hybernas tẽpestates.
Gubernator pro κυβερνητικὸς.
Gula anterior pars colli. posterior ceruix dicit̃ a gutture uel gustu dicitur.
Gulosus a gula. deuorator: assũptor. gluto. eluo.
Gumen græcũ est. Illi. n. gomen dicũt. est autem lachryma sudore. exalata lignorum ut œrasi & reliquorum.
Gumi genus pigmenti.
Gumba: cuneus.
Gumphus: conglutinatio. concathænatio.
Gurga: inutilis. inepta. stulta.
Gurges locus uertiginosus proprie in flumine.
Gurgulio animal dictus: quia ipene nihil est nisi guttur.
Gurgulio a gutture nomen accepit cuius meatus ad os nares ptendit habens uiam qua uox ad linguam transmittitur.
Gurguneo: gluto.
Gurgus: celer.
Gurgustiolum antrum secretum angustum.
Gurgustum casa breuissima ubi pisces mittuntur.
Gurgustium cella modica. domus pauperis.
Gurgustia loca tabernarũ. tenebrosa ubi conuiuis turpia fiunt. casa breuissima pauperis.
Gustus a gutture dictus. sicut odor a naribus.
Gutta ẽ: quæ stat: stilla uero quæ cadit.
Gutta quasi glutinosa.
Guttare parum fluere.
Guttatus color in equo albus nigris interuenientibus punctis.
Guttum genus uasis: uel ampullæ quo unguenta seruãtur uel oleum athletarum. dictum pro breuitate a gutta.
Guttus: genus uasis.
Guna uas uitreum: quæ a latinis in similitudinem cucurbitæ uentosa uocatur: quæ animata spiritu per igniculum in superficie trahit sanguinem.

H

Aspiratio in latinis tantũ iungitur uocalibus. In græcis uero a barbaris etiam cõsonantibus Aspiratio est sonus uberius elatus: cui cõtrarius est prosodia sonus æq̃liter flexus. Aliquando pro aspiratione: aliquando pro littera ponitur: sicut quando uim litteræ habet h nõ littera est sed nota aspiratiõis: quã græcorum antiquissimi similiter ut latini in uersu scribebant. Nunc aũt diuiserunt & dexterã eius partem super litteram ponẽtes psilen notã habent quæ exilis uel leuis dicitur: sinistram autem notam dasiã λαῶ ἔστιν aspirationis habent quæ flatilis uocatur. Aspiratio ãte omnes uocales poni põt: post cõsonantes uero quattuor tm̃ more antiquo græcorum. c. p. t. r. chremes philippus: thraso pyrrhus.
Ha interiectio expauescentis congeminatur et an ha ha ha.
Habilis dictus q; sit ad hñdum aptus & cõpositus.
Habilis ior simus itas. hic & hæc habilis & hoc habile.
Habenæ retinacula equorum: dictæ q; ipsas retinẽtes aliquid habemus.
Habetoren græce foramen uel cauerna.
Habeo quasi habito retineo significat. abeo uero recedo: inde habitudo habito habitaculum. habæna componit̃ inhibeo: co. per. ex. re.
Habeo es. inde deriuat̃ habæna habitus habitudo habilis & cætera.
Habito as habitaculum. tor. trix tio. bilis. cõponit̃ cohabito as. inde componitur debilis adhibeo p hibeo exhibeo & cætera. Dubius simus ietas: ũde componitur indubius.
Habere octo modis dicitur. Nã aut qualitatẽ habere dicimur. ut albũ scientiam. aut quantitatẽ ut magnitudinem bicubitum & cætera: aut ea q̃ circa corpus sunt ut uestimentum: aut dicimur aliqd in parte habere: ut in manu anulũ: aut partem ut manũ: aut i uase: ut in dolio uinũ: aut possessionem: ut agrũ: aut ut uxorẽ uir̃ qui alienus est. Nam nihil aliud est nisi cohabitare.
Habitus consuetudine quadã colligitur: quæ nõ rõe aliquid & propria constantia sed usu facit.
Habitus & priuatio uisus. cæcitas. dignitas: indignitas.
Habitus corporis positio uel qualitas uestiũ siue acceptus ab habendo aliquid dictum: sicut scientiam in mente: uirtutem in corpore.
Habitudo habitus corporis uel cultus uestiũ compositio corpalis moles forma aut fortitudo speties.
Habitus dicitur multis modis: uel habitus animi sicut est cuiuscũq; disciplinæ pceptio usu firmata. uel corporis secũdũ q; dicimus aliũ alio succulentiorẽ & ualidorẽ: quæ magis pprie habitus dici solet. Vel dr̃ habitus eor̃ q mẽbris nostris commodant̃ extrinsecus: ut uestitũ calciatũ: armatũ: quæ oia ab habere uerbo dñr: sunt q; accidentia: ita ut possint etiã nõ haberi: ueruntamẽ hoc interest quod quidam est habitus: q mutat nos & a nobis nõ mutatur: ut sapientia. quidam q mutat & mutatur ut cibus. Tertiũ genus quod mutatur a nobis ut uestis prius reposita cũ induitur: nõ tñ mutat mẽbra: quod cõpetit xpo: q cũ esset deus induens hoiem non est mutatus in hominem: licet ipse homo in imortalitatem & gloriam melius q̃ uestis sit mutatus. Põt esse quartũ genus: quod raro inuenitur: quod nec mutat nec

mutatur:ut anulus in digito.ſed habitū diſcipli
næ græci ΕΞΙΝ exin uocant. hunc uero ſecundū
ut ueſtitum exinia
Hac in parte iſta,uel per hanc partem.
Hac illac per locum ſignificat.
Hactenus:hucuſq;.uſq; nunc. Quidā duas partes
faciunt.quidam unā,ſed melius unam.hactenus
quātū ad artē duæ ſunt partes pronomen & præ
poſitio:ſicut pubetenus & crurūtenus: ſed uſus
obtinuit pro una parte haberi aduerbium tpris.
Omnis enim oratio cum deſinet eſſe quod eſt:in
alterius uim migrat.
Hæc pronomen per h & æ ſcribendum eſt.
Hæccine,iſta:hæc ergo?
Heccui:alicui.
Heccedora & hecce doge cantiones in carminibus.
Helam ſæculi uel urbi.
Hala:hircoſus,olens.
Halare cum aſpiratione:ſpirare:redolere:oſcitari
aliter uero paſcit.
Halcidia nomen anguis.
Halys fluuius:q capadociam armeniāq; dirimit.
Halitor:fortis,uel olerum cultor.
Halitus:aura:flatus,ſpiraculū:ſpiritus:uapor,ab
halo as.
Hamatum uncinatum ad modū hami plicitum.
Hamacriſus lapis arenis auroq; intermixtus.
Hammon iuppiter ſic dictus:q in harenoſis libyæ
locis colatur.
Hammon libyce arenarius uel aries iuterpretatur
Hammus qui a græcis anciſtrus dicit:ligamen cir
culus uncus:anſula qua capiunt piſces cum aſpi
ratione debet ſcribi: unde hamatus: inde hamo
hamas & inhamo.
Hanccine:iſtam uero an iſtam.
Hannibal imperator africæ:qui multos interfecit
romanos.
Harena terra ſoluta littore per h ſcribitur harena
innumeras gentium multitudines ſignificat.
Harena theatrum dicebat. Inde harenarii:qui in
harena deſeruiebant & cuſtodiam habebant.
Harpax dictus qa arripiat uel ab de ΑΡΠΑΖΕΙΝ
quod græce rapere eſt.& eſt ferreus uncinus di
ctus q arripiat quod in puteū cadit.
Harpe,genus tæli falcati.quo utebatur mercurius
Harpyæ ΑΡΠΥΑΙ genus auium inſatiabile mādu
candi græce raptrices dictæ:nā ΑΡΠΑΖΕΙΝ græ
ce rapere.
Hereolus:iocundus.
Hariolari,diuinare:coniectare.
Hariolor aris.
Harmonia modulatio uocis & conſonantia pluri
marum uocum,pars muſicæ eſt quæ diſcernitur
inter acutum & grauem.
Harpa dicta eſt a gente arporū: qui hoc inſtrumē
tum muſicum inuenerunt.
Harpalice una ex amazonibus.
Harpe genus gladii.
Harpheton genus gigantis.
Haruſpicina: ars quam aruns tuſcus primus inue
nit:cuius domus fulmine cremauit.
Haſcine:has autem.an has?
Haſcna harea:aut aſas quas noſ aras & laſes quoſ
nos lares dicimus.
Haſinodiles:ſerpens ſimilis harēis: generis maſcu
lini.
Hauens:ſtupens,amens.
Haurit:uidet,percipit:uacuat:bibit:ſorbet.
Haurit:trahit glutit ferit.
Haurioris ſi ſtū t aſſūpſit cauſa dīæ: licet aſpi
ratione differat; actiuum eſt quartæ coniugati
onis.
Haud pro nō aduerbium ponitur quando aſpira
tur:& habet au diphthongum & d.
Haud ſecius:pro nō minus.
Haud ſecus:non aliter.
Haud procul nō longe.
Haud ne non ne?.
Hauſtus hauſta hauſtum,ab haurio hauris.
Heautontimorumenos: ſeipſum crucians.
Hebal hebraice deficiens interpretat.
Hebeo hebes: unde hic & hæc hebes hebetis pe
nultimam corripit.
Hebet:ſtupet,deficit,tremit.
Hebetat:obtundit:obſtupeſcit.
Hebes hebetis:ſtultus,ſtupidus,obtuſus.
Hebeſcit:qui naturæ uſu tepeſcit:hebeteſcit uero
qui amittit aciem.
Hebitudo:ſtupiditas:fatuitas.
Hebræus:tranſiens interpretatur.
Hebræi ab heber patriarcha dicti de cuius genere
ſunt.
Hebrua:thraciæ fluuius eſt.
Hecaton græce centū. Inde hecatōben multiplex
donum.
Hecate ,ſerpina triuia ΑΠΟΤΟΥ ΕΚΑΤΟΝ aut.q
centū uictimis menelauſeā placauerit:aut q iſe
pultos centum annos:apud inferos recipe nolit.
Hechaſis poetica id eſt ſuperflua uerbi repetitio
exceſſio uerborum.
Hecthecæ romæ uocantur ſolaria de cænaculorū
pietibus eminentia ſiue meniana ab eo q primus
ea inuenit:quæ nōnulli græcos uocant
Hector ris penultimam corripit: ſicut omia grę
ca in or,hector ris hectoreus græce ſed abiecta i
hectoreus.
Heculanus eunuchus.
Hedom:thraces ex parte.
Heheu interiectio dolentis diſſyllabum:utrunq;
pducit.
Heia age uox exhortantis aduerbium: diſſyllabū
primam producit.
Helamcad ſinchaldaice: latine dicit deus deorū
ſanctorum.
Hellas regio apud Iſthmum ,a noſtris græcia dī
Hellines græci ab helline deucalionis filio.
Helle ſoror phryxi athamantis filia. unde helle
ſpontus eſt dictus in quē cecidit.
Helleſpontus ſinus maris magni quod i anguſtias
ſeptem ſtadiorū ſtringitur.

Helles ſoror phryxi cum eo fugiens nouercæ inſi
dias conſcendit nauem ſignū arietis hñtem mox
naufragiū ppeſſa fratre liberato:ipſa uero mor
tua helleſponto nomen dedit.
Heliopolis urbs ægypti:quæ interpretatur ciuitas
ſolis.
Heliotrophiū nomē hærba accepit: q̄ æſtiuo ſol
ſtitio floreat: & q̄ ſolis motibus folia circūacto
conuertat: uñ a latinis ſolſequia. dr̄ etiā incubū
ſyluaticū necnō uerrucaria: q̄ extīguat uerrucas
in aqua potata uel ī cataplaſmate poſita abſter
gat. helios ἥλιος græce ſol: tropos τρόπος con
uerſio.
Heliotropius gemma ſeu lapis uiridis coloris ſan
guineas hñs uenas. miſſus in argenteā peluē aqua
plenam radios ſolis in ſanguineum & obſcurum
uertit colorem.
Helledeabarium hebraice: deuteronomion græce
ſecunda lex latine.
Helix. cis: proprium nomen maioris urſæ.
Heliton heros apud latinos.
Helite nomen ſtellæ.
Helue interpretatur deus meus iſte: uel deus do
minus gregis.
Helopos nomen anguis.
Heloy interpretatur deus meus.
Helorus fluuius ſiciliæ: q̄ ſuperfūdit ſicut Nilus
Heluo: uorax: inſaciabilis.
Helluat: multum bibit.
Helluabundi: multum bibentes: ebrioſi.
Helluel Machabæorum libro auguſtus menſis. q̄
ſextus dicitur.
Heluus: ruffus: pallidus. uel nauſia.
Hem ꝑ repēte aduerbiū expauētis: uox iraſcentis
Hemiolius eſt cum de duobus numeris maior hēt
totū minorē: & inſuper eius medietatem: ut ſūt
tres ad duo & ex numero q̄ hemiolius dr̄: naſcit
ſymphonia quæ appellatur diapente.
Hemis græce ſemis. priſ.
Hemus mons macedoniæ. id eſt theſſaliæ.
Hencheliæ ciuitas græciæ a cadmo dicta: quia ibi
conuerſus eſt in ſerpētem. nam enchelios ἔγχελυς
λιος græce draco dicitur.
Hepta ἑπτα ſeptem.
Heptememeris cū tres pedes ſequitur ſyllaba.
Hex ἕξ. hexaptota nomina dicta: q̄ per ſex caſus
uarietates habeant: ut unus. totus ſolus: ἕξ ſex &
πλῶσις caſus dicitur.
Her interpellatur pelliciusa pelle.
Heradia ciuitas in ponto ab hercule dicta.
Hærbarum nomen ab aruis inflexum credit eo q̄
terris fixis radicibus adhærent.
Hærbidus: locus hærbam habens.
Hærboſus uero qui facile generat hærbam.
Hærbidus hærbæ color.
Hærbeſcit: hærbam gignit.
Herceus iuppiter dr̄ propter ſingularem poteſta
tem. Nam herciſcundæ græce dicit familia.
H erciſcūdæ familiæ diuidendæ familiæ.
Herculaneus eunuchus.
Hercules duo fuerūt argiuus & oetas. Ἡρακλῆς
græce latine hercules interpoſita. u. priſ.
Hercle id eſt per herculem. qui eſt medius fidius
Hærere: arctiſſime inſidere ifigi. permanere ꝑ h.
ſcribitur. obſtupeſcere. ſtare. morari.
Hæreo res hæſi hæſum. priſ. Inde dicitur hæſito
tas. componitur cohæreo. inde cohærētia. inhæ
reo. adhereo.
Hæredipeta cōis qui hæreditatem petit.
Hæres ab ære dictus. ſoluit. n. tributum .i. æs au
ctoris. In hoc. n. uocabulo prima ſucceſſio hære
ditatis filius & nepos ē. hic & hæc hæres heredis
Hæreditas eſt res quæ morte alicuius ad quēpiā
peruenit iure nō legata nec poſſeſſione retēta. di
cta a rebus aditis. uel ab ære: q̄a q̄ poſſidet agrū
cenſum ſoluit. inde hæres.
Hæredium: prædiolum. inde hæredíolum dimi
nutiuum: poſſeſſiuncula.
Heremia: deſerta.
Heremus deſertus locus inacceſſus.
Heremus eſt: ubi nunq̄ habitatū eſt: deſertū uero
aliquando: ſed nunc derelictum. hinc heremita
Heremitæ hi ſūt qui & anachoritæ ab hominū cō
ſpectu remoti: nam heremus dr̄ quaſi remotus.
Herenica antiqua.
Hereos bithynienſium lingua october menſis.
Hæreſis græce ab electiōe dr̄ q̄ſcilicet unuſquiſq;
ſibi eligat id quod melius ei eſſe uidet.
Hæretici dicuntur: qui de domino uel creatura ſi
ue de chriſto uel eccleſia praue ſentiūt: ac dehic
conceptam noui erroris perfidiam pertinaci pra
uitate defendunt.
Hæreticum autem facit aut dum ſcripturæ ſacræ
figurata minus intelliguntr̄ myſteria: atq; hiſto
riacæ ueritatis & ſpiritualis ſenſus nō conſideratr̄
differentia: aut dum ꝑ curioſitate animus cupi
dus delectatur ſcire latentia.
Heri: domini: inde herilis uelut heri filius. uel ut
quidam dicunt minor dñs. i. domicellus.
Heri aduerbium tēporis præteritam ꝓximā diē
ſignificat: unde heſternus cauſa alternitatis fecit
cum debuiſſet herinus ſicut diurnus.
Herymanthus mons archadiæ.
Heridanus padus fluuius liguriæ ab heridano ſo
lis filio græcis dictus q̄ & phæton nominatus eſt.
Hermafroditus. caſtratus. hoc eſt nec uir nec fœ
mina.
Herma: caſtratio.
Hermelibellus id eſt paſtoralis.
Herma dr̄ capitellum: qd̄ ponit ſup colūnam.
Herme ſimulacra ſūt mercurii. tm̄ caput & pedes
hñtia. Eſt autē græcum nomen.
Hermes id eſt mercurius. hermafroditus enī quo
uterq; ſexus appareat. hermes eſt enī mercurius
& froditate uenus.
Hermones genus ſerpentium.
Herimonium anathema id eſt alienatio.
Hermon mons eſt: interpretatur anathematizatio
ſcilicet peccati. hūc fœnices ſamor dicūt. amor
rei ſanyr.

Hermon hebraicc conſecratio interpretatur.
Hermula ſtatua ſine manibus ab herma deriuaſ.
Herinus fluuius lydiæ q harenas cum auro trahit
Herinus & pactolus flumina aureum fundum habent, hic ſcindit frygiam a caria.
Hermenia & inde perihermenias hoc eſt de interpretatione liber ariſtotelis.
Hermes: interpres.
Hermogeniani hæretici ab hermogene dicti: qui materiam inducentes deum & matrem elemẽtorum eſſe eam corporarũt: quos apoſtolus elemẽtis ſeruientes appellat.
Hernioſus ponderoſus.
Hernia ramea ramix.
Herodes primus hircanũ regem ſimul & pontificem iudæorũ interfecit dolo & a Cæſare Auguſto Octauiano iudæoꝝ regnũ ſuſcepit: ut tributis p̃eſſet: & romano pareret imperio: cuius. xxi. anno xp̃s natus eſt. Nam. xxvii. annis regnauit q̃ cum interfeciſſet quoſdam filios ſuos. Ariſtobolum & Alexandrum ſemetipſũ interfecit. huius ariſtoboli herodes q̃ cognominaſ agrippa filius fuit. fuerunt autem q̃plures herodes.
Herodes felicior glorioſus interpretaſ. herodes. dæ. dis. huiuſmodi. n. quæin oy apud græcos faciũt genitiuũ ſæpe apud nos fiunt primæ & tertiæ declinationis.
Heroditius græce felicius.
Herodiani qui herodem chriſtum eſſe ꝓnunciãt
Herodii aues græce: quas latini diomedeas dicũt.
Herodius græce fulica. in pſalmo ardea putatur.
Heroicum carmen dictum q̃ uiroꝝ fortium res & facta narrat. conſtat autem dactylo & ſpõdæo in fine trocheo: hoc herũphitiũ dictum eſt prius: prior eſt omnibus metris. hunc primũ moſes in cantico deuteronomii longe ante pherecydẽ & homerum ceciniſſe probatur.
Heros herois uir fortis aut cælo dignus: dictus a iunone: græce. n. iũo hera dicit & ideo neſcio qs filius eius heroos fuit dictus ſecundum græcoꝝ fabulas. inde herous heroa heroũ.
Heroes terrigenæ terræ filii: q̃a hera græce terra
Heroides maiores fœminæ dicunt.
Heros & heroos græce. heros herois latine. ſic ſimilia.
Heroicha: antiqua.
Heroici: antiqui.
Heroici uerſus conſtãt exametro catalecto: qui reciproci ſunt: quotiens ſcãſio cum uerbis deorſũ ad ſummã cõſcendit: ut eſt hoc uidimus ire deũ reducem ſperare iubemur in cælum qualem uidimus ire deum.
Herodion: genus accipitris.
Herus aſper & malus ſed & proprie dominus.
Heruenus genus materiæ.
Heſperia italia ab heſpero rege dicta.
Heſperia italia & hiſpania dictæ: q̃ græce heſpero ſtella nauigent in italiam & hiſpaniã. Nam ſi heſperiam ſolam dicis: italiam ſignificas: ſi adiicis ultimam ſignificas hiſpaniam.
Heſperides filiæ athlantis.
Heſperidum inſulæ dictæ a ciuitate heſperide: q̃ fuit in fine mauritaniæ. In quaꝝ hortis fingunt fabulæ draconem peruigilem aurea mala ſeruãtem. Fertur autem ibi mare uarium ac ſinuoſis lateribus eſſe: ut uidentibus procul lapſus anguſtos imitetur.
Heſperus ſtella quæ ſicut quidam dicunt primo ortu apparet: occidens uero ueſperum facit in occidente apparens.
Heſperus græce lucifer latine.
Heſton: ſextum.
Heſternus na num pridianus na num ante unum diem cauſa laternitatis ab heri dictus quaſi heri nus ut. noctu nocturnus.
Heſus dicit mars quorundam lingua.
Heu & heus interiectiones p h ſcribendæ ſunt.
Heus aduerbium interpellantis uel interrogantis heu uero reſpondentis.
Heu interiectio metuentis proprie: hei uero dolentis.
Heu dolentis uel reſpõdentis iteriectio: monoſyllabum eſt. uel etiã diſſyllabũ metri neceſſitate
Heuohe interiectio metuentis.
Heu heu interiectio dolentis diſſyllabũ. utranq; productam ponit boetius.
Heulbo: guttur.
Hex ἓξ græce ſex.
Hexameter uerſus quem nos ex numero pedum ſenarium uerſũ uocamus, græci uero trimetrũ duplicatum.
Hiacynthus pulcherrimus puer ab Apolline dilectus: cuius cineribus flores ſũt nati eodem nomine dicti.
Hiacynthus hærba habens florẽ purpureũ dicta a puero eiuſdem nominis: qui i ſaltibus inter purpureos flores interfectus inuentus eſt.
Hiacynthus eſt lapis cerulei coloris aliquando nebuloſus aliquando purus ut fluctus uideſ. & eſt lucis purpureæ quãuis cum cælo moueatur. friget in ore ſculpiſ adamante: ex nomine dicitur floris: qui hiacynthus dicitur gemma eſt.
Hiacynthus flos aromaticus purpurei coloris.
Hiacynthina gemmata hiacynto cuius penultimã corripit perſius ſicut & ab adamas adamantinus bombix bombicinus chriſtallum chriſtallinus & in ſimilibus dictionibus a græcis uenientibus.
Hiacynthus eſt ceruleus color uirore mixtus cuius decora facies mutatur ut tẽperis uitam ſignificat angelicam diſcretione præditam.
Hyades quinq; ſtellæ in ſimilitudine y græci.
Hyades ſignũ in fronte tauri: qd̃ ortu ſuo pluuias facit unde hyades dñr: quas latini ſuculas uocãt.
Hyades aliæ ſtellæ ſunt q̃ pluuiales.
Hyades hædi.
Hyas græce pluuia uel imber: unde hyades dicũt quia ortæ imbres ferunt: unde ſignificant fãctos doctores & ſunt in initio tauri.
Hiare: aperire. uidere. inuadere. patere: uñ ichoatiuum hiſco hiſcis.

Hians:os aperiens,ardens,amplians.
Hiatus uitiū eſt cum ſimiles uocales ac ſimiliter longe colliſam fracturam faciunt ſic:ſuſcepiſſe liberos ſecundo omine.
Hiatus ab hio hias ſciſſura,uorago p̄ſumptio: terræ apertio.
Hiatus proprie eſt hoīs oris apertio tranſlatus à feris quarum auditas oris adapertione monſtrat.
Hiberia:hiſpania.
Hiberi hiſpani a tubal filio iaphet exorti ſunt.
Hiberia eſt etiam regio aſiæ ꝓpe ortum armeniæ iuncta.
Hiberus fluuius qui nomen hiſpaniæ dedit: eam illuſtrans.
Hiberus nomen fluuii:inde hiber hiberi per apocopam nomen gentis iuxta eū poſitæ in hiſpania quod ſolum in hac declinatione producit er: & ex eo compoſita celtiber celtiberi,hiber uero hiberi uel hiberus aut hiber hiberis: & pluraliter hi hiberes proprie gens ab hiberis profecta quæ ultra armeniam habitat.& apud graios dicit hiber hiberos,gens hiberos hiberoi fluuius.
Hibernum inter hyemem & uernum eſt quaſi hyeme uernū:quod plærunq; a parte totum ſignificat hyemem.
Hibernus ab hyeme uel imbre.
Hibiſcus hærba eſt ibicibus grata ad edendum.
Hic pronomē,aduerbium loci,aduerbiū producitur,nomē corripitur.
Hic præpoſitiuū ē & demōſtratiuū:& pro articulo accipit & pro tunc:iſte uero demonſtratiuum is ſubiectiuum uel relatiuum,ille in loco aliquo lōge poſito:poteſt demōſtratiuū & relatiuū tñ eſſe:& cum ſignificantia aliqua proferri,ut ſic. Iuppiter ille mouebat: ipſe aūt & relatiuū & diſcretiuū.Hos.hoy.hov.he.oσ.ov.oιé.græce dicitur quod latine dicit ſui. quod in plurali facit.σ̄φεισ.σφωn.σφισ̄ισφαι.
Hic & hæc & hoc articulorum loco accipimus in declinatione:nam in oratione ſunt ꝓnomina: nihil enim aliquid niſi otyos.toytoy toyto ovτοσ τουτουτουτῶ ſignificat,ſed ideo loco articulorum ea accipimus:qa naſcunt ab hoc ho.toy.to.o.τov.τῶ.quibus articulis & pronominibus græci utuntur.
Hiccine?hicne?
Hicoſium ſæſarienſis mauritaniæ oppidū quod hercule illa tranſeūte.xx.milia a cominatu eius diſcendentes conſtruxerunt.
Hiera una ex inſulis:quæ æoliæ nuncupantur: dicta ꝙ ſit collibus eminentiſſimis.
Hierapolis ciuitas.
Hieraticis gemma ancipitis coloris.
Hieratici peregrinantes dubii nō habentes firmū locum.
Hieraticæ litteræ ſacerdotales:
Hieremias excelſus domini interpretatur:hic,hieremias a reliquiis trāſmigratorum lapidatus eſt in ægypto,uirgo fuit.
Hierolantia:merentia.
Hieroſolyma uiſio pacis interpretatur:ſic dicta a ſalomone quaſi hieroſalomonia.
Hieruſalem dicta ſale primū quā iudæi ſem filium noe quē dicunt melchiſadech poſt diluuiū i ſyria aſſerunt:inq̄ regnū fuit eiuſdē melchiſedech:hanc poſtea tenuerūt iebuſæi a qbus dicta eſt iebus,ſic quoq; duobus noībus copulatis,i. iebus & ſalem uocata eſt hieruſalem:q̄ poſtea a ſalomone in melius reſtaurata hieroſolyma quaſi ſalomonia dicta ē:poſtmodū uero ab elio adriano reædificata helia dicta eſt.
Hieruſalē latine pacifica uel uiſio pacis trāſfert.
Hiezechiel fortitudo dei interpretatur.
Hillæ:ſalcicīæ uulgo.
Hillitores ſcænici.
Hillitor:ortica.
Hilliricus maior uenetia.
Hillo:aquilo.
Hilus medietas ferulæ uel pro ullo ponitur.
Hilum qcq̄ ullū apud ueteres ſignificat.
Himanus mons poſitus inter eoas & paſiardas:
Himela fluuius eſt campaniæ.
Hinc & ex hac parte:uel ex hoc tempore,exinde. aduerbium de loco.
Hinnitus:acutus clamor caballi: nomen de ſono tractum.
Hinnio is,ſtridere,acute ſonare:ut equus.
Hin menſura eſt duplex: maior decē & octo ſextariis:minor nouem.
Hipanis ſcythiæ mons & fluuius.
Hipates grauiſſimæ fidiū uoces.
Hipare hipaton.B.principalis principaliū.Nam hæc uox ſemp prima fuit ante q̄ proſlambanomenones.R.adderetur,unde etiā ſic interpretat maxima magnaꝝ,grauiſſima grauiſſimaꝝ.
Hyperion ſol eſt.
Hipatemeſon principalis mediarū ſcilicet chordarum.E.
Hipnalis ſerpens ſomno necat.
Hypocrita græce ſimulator īterpretatur quia dū intus malus fit,bonum ſe palam oſtendit. Hypo enim falſum,criſim iudicium interpretat: tractum autem a ſpecie eoꝝ qui in ſpectaculis contecta facie incedūt,ut populum fallant.
Hipoliticæ ſtellæ errantes ſequaces ut ſol & luna.
Hyphonia diſſimilitudo.
Hippomanes proprie hærba eſt uenenifera:quam equi comedētes in amentiā conuertūtur.dcā q̄ſi hiſpomanias id eſt eq amentia,hippos.n.græce equus dicit.Dicit etiam uirus quod ab inguinibus equaꝝ diſtillat:cum mares deſiderant.
Hippochon genus poematis.
Hippodes quaſi equipodes ꝙ equinos habeant pedes & humanam figuram.
Hippothamus equus fluuialis dictus ꝙ ſit equis ſimilis in dorſo:die aqua morat,nocte ſegetes paſcit.in nilo eſt.ιππoσ hippos equus eſt,ποτα/μὸσ fluuius quaſi equus fluuialis.
Hippodamia filia regis helidis:quæ cum multos procos iſtinctu patris curru uelociſſimo necaret

pelope eam deuicit:eius auriga Myrthoo decepto pactione ſua & in mare præcipitato.
Hippothamum fluuiale nauigium tardum.
Hyr caldacie latine uigil dicitur ignis.
Hira locus tenebrarum.uel porcorum.
Hiras:intima inteſtina quorum diminutione hilla dicuntur.
Hiras fratris mei uiſio interpretatur proprium.
Hircanus:indiæ mons.
Hircania nomẽ regiõis:dcã a ſilua hircania q̃ ſcythiæ ſubiacet.hẽt ab oriẽte mare caſpiũ:a meridie armeniã:a ſeptẽtrione albaniã;ab occaſu hyberiam.
Hyrmos ſm̃tia continuatæ id eſt productæ oõnis tenorem ſuum uſq; ad ultimum ſeruans.
Hyrmos dicitur conuenientia uel ſeries.
Hirobi qui ungulas non diuidit.
Hyrpices:tribuli.
Hirudo:ſanguiſuga.
Hirſ:hirſuti.
Hirſutus:aſper.uilloſus.ſetoſus. piloſus. dictus ab eo q̃ ſit hirtus & pilis horridus.
Hirtæ aures.hirſutæ.piloſæ.ſetoſæ.
Hirtus ſonitus.
Hirtus:aſperatus hiſpidus:hiſtoriã uim corporis aſſignans.
Hirpinus mons eſt in ſabinis equoꝝ bonoꝝ ferax.
Hirqui.oculorum anguli.
Hirundo ſi qua pulli eius fuerint cæcitate ſuffuſi:habet quoddam medendi genus quo eorum lumina reformet.
Hircoſæ fũgi duriores:quas græci appellãt tagios
Hircoſus qui ſudore corporis putet.
Hircus laſciuũ aĩal & feruens ſemp ad coitũ: cuius oculi ob libidinẽ in trãſuerſũ aſpiciũt:unde nomen traxit.nã hirqui ſunt oculoꝝ anguli. cuius natura adeo eſt calida:ut adamantẽ quẽ nec ignis nec ferrum domare ualẽt: ſolus huius ſanguis diſſoluat. maiores hirci cyniphei dicunt a fluuio cyniphe in libya ubi grandes naſcuntur.
Hiſagoga græce introductio dicitur eorum.ſ.qui philoſophiã incipiunt continens in ſe rõnem primarum demonſtrationum.
Hyſagogam trãſtulit in latinũ uictorinus orator. cõmentũq; eius quinq; libris boetius ædidit.
Hiſauria dicta q̃ undiq; apta auraꝝ flatibus patet:metropolim ſeleutiã urbẽ habet:prouincia ẽ
Hiſcere:os aperire:loqui.findere.
Hiſci:aperui.
Hiſcit uir loquitur eo q̃ uelit loqui & non poſſit quaſi hiare incipiens.
Hiſco hiſcis inchoatiuum eſt ab hio hias.nõ tam facit haſco .cum omnia cætera inchoatiua ſecũdæ perſonæ primitiui addita co fiant. componitur.indehiſco fatiſco.
Hiſcinere:detinere.
Hiſemeria græce æquinoctium.
Hiſemerinos circulus æquinoctialis dicitur.
Hiſſera pila feriendo.
Hiſmaelitæ ab hiſmael filio dicti habitæ:idem & ſarracini.interpretant obedientes.
Hiſpida:ſpinoſa.piloſa.ſqualida.
Hyſpalim cæſar iulius condidit quã ex ſuo & romæ urbis uocabulo iulia romula nuncupauit.
Hyſpalia autem a ſitu dicta eſt eo q̃ in ſolo plauſtri ſuffixis in profundo palis locata ſit ne lubrico fundamento caderet.
Hiſpania prius ab hybero amne hyberia dicta:poſtea ab hiſpano hiſpania cognominata eſt.ipſa & heſperia ab heſpero ſtella occidentali. ſita autẽ inter africã & galliam a ſeptentrione pyrenæis montibus clauſa reliquis partibus mari concluſa oĩum frugum generibus fœcunda:metallorum quoq; copioſa.Duæ ſunt hiſpaniæ: citerior quæ a ſeptentrionali plaga uſq; adicarthaginem porrigitur.ulterior quæ a celtiberis in meridiem uſq; in gaditanum extenditur.
Hiſpaniæ gemmæ quæ reperiunt in littoribus hiſpanenſis oceani.igneæ & perlucidæ.
Hyſterologia præpoſterus ſermo cũ quod præcedere debet ſequit̃.dr̃ & hiſteron proteron ut hi cererem torrere parant:& frangere ſaxo.
Hiſter flumen thraciæ uel ſcythiæ:ut ſeruius dicit:qui & danubius dr̃.
Hiſtoria narratio rei geſtæ:per quam ea quæ in p̃terito geſta ſunt dinoſcunt: dicta autem græce hiſtoria ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν id eſt uidere uel cognoſcere. Apud ueteres enim nemo ſcribebat hiſtoriam niſi is qui interfuiſſet.hiſtoriæ genus triplex eſt:effemeris.kalendaria.annalis.
Hiſtoricus qui hiſtoriam ſcribit pantominius.
Hiſtoriographi hiſtoriaꝝ auctores qui hiſtoria ſcribebant.Nam γράφω græce ſcribo.
Hiſtoridio hiſtoriam motu corporis aſſignans.
Hiſtrio uel hiſtorio ſcænicus ſaltator ioculator.
Hiſtriões ſunt:qui muliebri indumẽto geſtus impodicarum fœminaꝝ exprimebant.hi etiam ſaltando hiſtorias demonſtrabant.dicti autem ſunt ſiue q̃ ab hyſtria id genus ſit adductum ſiue qđ perplexas hiſtoriis fabulas exprimerẽt:dicti q̃ſi hiſtoriones.
Hſtriam hiſter amnis uocauit qui eam influit ipe eſt & danubius.habet autem a ſeptentrione pannoniam.
Hiſtri gens quæ originem a locis ducit: qui miſſi ad argonautas perſequendos ut a ponto intrauerunt hiſtrum uocabulo amnis quo a mari cõcẽſerant appellati ſunt.
Hiſtrix:quadrupes.ſpinoſus.
Hytis filius prognes quem ipſa occidit deditq; mãducari patri. Tereo ſcilicet marito ſuo qui uim philomenæ intulerat ſorori ſuæ: linguamq; abſtulerat.
Hyades uernali tempore naſcunt̃ dictæ ἀπὸ τοῦ ὕειν quod eſt pluere. Nam pluuiæ græce dicuntur.
Hyalin eſt uitium unde hyalinus ſplendens.
Hyaſpis de græco in latinum uiridis gemma interpretatur.Hyas quippe uiride.pinaris gemma dicitur.

Hyaſpis colore uiridi profert nitorem fidei: quæ in perfectis hominibus nunq̃ penitu maceſcit: cuius forti præſidio reſiſtit diabolo.

Hyatides lapis & fuluus & rotundus intra ſe aliū habens lapidē: cuius crepitus ſonorus eſt: ſed tñ ſapientes dicunt id eſſe quendā ſpiritum, hydatides ipſe eſt emendros gemma ab aqua uocata. Exūdat enim aqua ita: ut clauſam in eo putes fō taneam ſcaturiginem.

Hydaſmon humor hydropicorū. græcum eſt.

Hydaſpes fluuius mediæ.

Hydor ὑδωρ græce aqua.

Hidra quod ex aqua genita uideretur. Nam ferē fuiſſe multorum capitum ſerpēs. i. nouem cuius uno abſciſſo capite ab hercule pro eodem naſcebantur tria: ſed hoc fabuloſum eſt. Nam conſtat hydram locum fuiſſe uomentem aquas: quem hercules exardēs exſiccauit.

Hydra ſignum cum corno & cratere figuratur.

Hydria uas aquarum dicta: q̃ hydor græce aqua dicatur.

Hydrocelicos aqua circa teſticulos coacta.

Hydrophoba aquæ meatus: hydor. n. aquam: phobon tumorem græci dicunt: hunc morbum latini lymphaticum uocant. fit autem ex canis rabidi morſu aut eius ſpuma: quam ſi homo aut beſtia tetigerit: uel dementia repletur. uel in rabiē uertitur.

Hydorbia periculoſa paſſio id eſt hydrophoba.

Hydroliæ dicuntur fiſtulæ: quæ in organo fiunt dictæ ab ὑδρω hydor quod eſt aqua q̃ ex aqua & aere ſonum reddat. aulæ uero fiſtulæ organales.

Hydroleon aqua oleo roſeo mixto

Hydromantia diuinatio per aquā. In aquæ enim inſpectione umbras dæmonum euocare perhibent. Quod genus diuinationis a perſis allatum fertur. Quattuor genera diuinattonis Varro eē dixit: terram: aquā: aerē ignē. hinc geomantiam dydromantiā: æromantiā: pyromantiam.

Hydromelle aqua ex melle.

Hydromellū dictū: q̃ ſit ex aq̃ & malis macrāis.

Hydrops pis morbus dictus ab aquoſo humore cutis. ſubcutaneus enim morbus eſt. hydropicorum duæ ſpecies totius corporis & uentris: quaq̃ prima leuco fleumantia & hypoſaren appellatur Secuuda in duas diuiditur ſpecies aſcites & tympanites. hydropicorum eſt quo magis biberit eo magis ſitire.

Hydri: ſerpentes aquatici.

Hydrini: ſerpentini.

Hydra ut poetæ fingunt draco fuit multorum capitum in lerna palude archadiæ.

Hydromantes qui ex aqua diuinant.

Hydrus aquatilis ſerpēs: a quo dicti obturgeſcūt cuius morbum boom dicunt: eo q̃ fimo bouis medetur.

Hyenes fera bellua ſpeluncam habens.

Hyeratica genus carthæ: quæ ad ſacros libros eligabatur ſimilis auguſtæ ſed ſubcolorata.

Hierobotane. i. plantago.

Hyle proprium fluuii uel inſulæ.

Hylen græci uocant materiam: quæ gignendi cauſas rebus omnibus dediſſe exiſtimatur.

Hylen uocant rerū quandā primā materiam nullo prſus modo formatam: ſed oīum corporalium capacem: ex qua uiſibilia elementa formata ſūt unde & eius deriuatiōe uocabulum acceperunt. hāc poetæ ſyluā nominauerunt: quia materiæ ſilua q̃ ſunt. uerum in hoc errāt q̃dam gentiliū: q̃ eā tanq̃ coæternā deo coniungūt: ut hæc ab illo nō ſit: quis ab illo formet. quod alienū eſſe a ueritate ipſa ueritas docet. De hac enim ſcriptura eloquitur ſic. Qui feciſti mūdū de informi materia. ſed materia facta eſt de nihilo. mundi aūt ſpecies de informi materia. quæ quidem ex nihilo facta præceſſit: tñ res ex ſe factas non æternitate ſed. ſola origine ſicut ſonus cantum. Nam qui uiuit in æternum creauit omnia ſimul.

Hyleon dolor ualidus & acutus & obuolutio inteſtinorum.

Hylion id eſt anima mundi.

Hylorhodon roſa agreſtis.

Hyphe copulatio una ex proſodiis eſt.

Hyetos græce pluuia.

Hymenedeum conſtat diametro catalecto ut eſt ignea ſidera.

Hymetus mons eſt Athenis uicinus: melle optimo fertilis: iuxta quem habitauit ſocrates.

Hymeneus dormitans.

Hymen deus apud gentiles ſolitus in nuptiis inuocari: de quo Catullus hymē hymen o hymē adeſt & ouidius hymen hymen hymenæa uocant: hymenæa frequentant.

Hymen græce uirginalis membrana inteſtinorum hic hymen huius hyminis producit en.

Hymenæus deus nuptiarum a quodam hymenæo qui proſpere uſus eſt nuptiis. uel ab ὑμήν quæ membrana uirginitatis eſt clauſtrum.

Hymen græce dicitur membranula mulieris idē puerperæ: unde hymenæus dicitur.

Hymenæi iuſti nuptiaq̃ thori.

Hymnos carmē in laude dei ὑμνῶ hymno ē laudo. uñ theſiodus librū cui ἔργα καὶ ἡμέραι ita cœpit. μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδήσι κλεῖουσαι δεῦτε δι ἐννέπετε σφέτερον πατέρ ὑμνεῖουσαι. Hymnos primus dauid pphetā in laudē dei cōpoſuiſſe manifeſtum eſt. dei apud gentiles e q̃bus orpheus multos cōpoſuit.

Hymnus eſt canticum laudātiū: pprie aūt hymni laudē dei continent. ſi ergo ſit laus & non dei & non cantetur: non eſt hymnus. hos primus ut diximus: Dauid compoſuit. tum alii pphetæ ſicut & tres pueri. ſed ipſius dñi & apoſtolorum habemus exēpla. In his primus hylarius floruit: poſt Ambroſius Mediolanenſis epūs.

Hymetus mons atticæ floribus & melle abundans unde dicuntur hymetia mella.

Hyulcus: apertus. patens diuiſus.

Hyomarios. græce magiſter.

Hyios υἱός græce latine filius.
Hypalage cum per contrarium uerba intelligun tur:ut dare classibus austros: cum uentis naues demus: non nauibus uentos.
Hypalage est permutatio:ut errantes stellæ q̄ nos errare faciant.
Hyparticon.i.substantiuum.
Hipapante domini.præsentatio dñi in templum.
Hipapante græce obuiatio dicitur: simeonis uide licet & annæ & cæterorum.hipantesin enim græ ce uel hipopantesin latine obuiare est.
Hypatia:consolatus.
Hypaticus morbus a iecoris passione dictus.
Hyp υπερ græca præpositio latine sup uel trans.
Hyperapopha.super abnegatiua.
Hyperbaton ὑπέρβατον est transcensus q̄dam uerborū ordinē turbans:cuius species sunt quiq; anastrophe:hysterologia:parenthesis:themesis. syntheſis.hyp enim super: bathmos gradus est.
Hyperbole est figura fidem excedens augēdi mi nuendiue causa: ut cādidior niue.tardior testu dine:& sydera uerberat unda: & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli.ultra enim fidem aliquid augetur:nec tñ a tramite significādæ ue ritatis erratur sed ut uoluntas loquentis non fal lentis appareat.
Hyperbolice elate.
Hyperbole excellentia.
Hypercatalecton ubi super legitimos pedes sylla ba crescit ut apud Virgilium uulcano decoquit humorem.em.n.in.fine uersus abundauit.
Hyperbetheus macedonū lingua october mēsis.
Hyperborei montes scythiæ dicti q̄ supra.i.ultra eos flat boreas montes undecim.
Hypechion græce paruum tugurium alto positū dī pendens solarium.
Hypermetrus uersus est:cū finis unius synaliphē patitur a sequenti:ut terra latinorum ardua.
Hyperodino græce transgredior.
Hyperphania græce superbia.
Hyperlistotæ græce plures mali
Hypo præpositio græca infra significat.
Hypocausa.subsidium.
Hippocentaurum fingnnt hominem fuisse equo mixtum ad exprimendam humanæ uitæ ueloci tatem.lapithæ enim uicti a thessalis ita uocaue runt eosdem thessalos.
Hippocentauri dicti eo q̄ primum discurrētes in bello equites uelut unum corpus equorū & ho minum uiderentur.
Hypocondriæ:præcordia.
Hypocondriæ ilia græci uocant costas molles.
Hypocritæ simulatores dicuntur:qui iusti esse nō quærunt sed uideri.
Hippeus:hærba gladiolus.
Hippopedes in scythia sunt homines humanā for mam & equinos pedes hñtes.
Hippopothami equi fluuiales in nilo sunt.
Happodronum domus declinationis ad necessita tem & per gyrum habens arcus deambulatorios sub quos deambulant homines.
Hippodronum ubi equi currebāt.Nam υπποσ equus:δρομοσ cursus est.
Hippodronum.subleuata uia circi.
Hippogabis nauis in qua equos uehi solitum est.
Hippuris hærba:quā latini caudā equinā uocāt. hippus ut dictū est equus est ουρα ura cauda.
Hypodiacon græce subdiaconus latine dicitur.hi apud hebræos nathinei uocantur.
Hypodiastole subseparatum.
Hypodigma prædemonstratio.
Hypodion græce scabellum uel subpendaneum.
Hypogæum constructum sub terra ædificium.i. antrum uel spelunca.
Hypographice græce descriptio.quæ rem decla rat adhibita circuitione dictoꝝ & factorū.
Hypomœsticon græce memoriale dicitur latine.
Hypopātheos subministratio uel humiliatio illi us qui totus ubiq; est deus.Nam υπο hypo ifra παν pan totus θεοσ theos deus dicitur.
Hypostigme græce subdistinctio.
Hypostasin dicunt græci substantiam indiuiduā Nos uero propter inopiam noium personam eā dicimus.nos substantiam uel subsistentiam ap pellamus.
Hypothesis uel axioma uerbum ex uerbo. proten tio dicitur uel rogamētum.familiarius uero præ positio.
Hypoteca cum res comodatur sine di spositiōe pi gnoris:pacto uel cautione sola interueniente.
Hypothetice personaliter suppositiue uel condi tionaliter.
Hypothesis causa dī:ubi cum certa persona cōtro uersia est id est rhetorica quæstio.
Hypothesis rhetorica causa:quæ circunstantiis cō stat.nam thesis dialectica quæstio sine circunstā tiis est.
Hypothetici cōditionales syllogismi dicuntur ab hypothesis:quæ duobus modis dicitur: aut enī per quandam conditionem aliquid acqescit qđ fieri nullo modo potest.ut ad suum terminum ratio perducatur uelut cum res corporales mate riæ formæq; concursu subsistere demonstramus omnem formæ naturā subiecta materia si non re saltem cogitatione separamus:sed hæc nihil dif fert a simplici cathegorica aut in conditione po sita consequentia ui coniunctionis uel disiuncti onis ostenditur:ut si est homo animal est in affir matione:uel si est homo equus non est.in negatio ne.posunt etiam hoc modo:cum homo est: ani mal est.per disiunctionem uero hoc modo:aut hoc est:aut illud est:aut dies est:aut nox est.
Hypotenusa linea obliqua pendens in aliqua pte.
Hypotheneſis dicit cū aliqua ꝓpriis hominibus aptantur ut æneas ueneris filius & anchisæ.
Hypotipposion iformationum uel dispositionum
Hypozeusis figura ubi in singulis sensibus singu læ sunt clausulæ.
Hypozeusis est figura zeumæ contraria:ubi diuer sa uerba singulis quibusq; clausulis proprie sub

iungunt̃ur:ut regem adit & regi memorat.crude litas ſtimulat.ãbitio deuaſtat.libido præcipitat
Hypſipyle uxor iaſonis:unde hypſipyla dicit̃ fabula de ea facta.
Hyems eſt: cum ſol breuiore ſoluitur circulo:uñ idem tempus bruma dr̃.
Hyena beſtia:quæ concumbit ut mas & fœmina. triſyllabum eſt.hyena in africa inuenitur. cuius ſpina rigẽte collum nequit flecti niſi toto corpore.ſtabula ſequitur porcorum.uocabulum hũanæ uocis exprimere diſcit:ut hominem actu nocte accitũ laniet:uomituſq; mentiens humanos canes ellectos deuorat:qui ſi umbram eius contigerit:latrare nequeunt.inquirendo ſepulchra buſta eruit.leuius mas caſſe q̃ fœmina capitur.i oculis multiplex uarietas & mutatio colorum in quorum pupillis lapis inuenitur: qui hyenia dicitur qui ſi linguæ hoīs ſubditur: prædicere futura facit.Quocunq; animaliter luſtrauerit: mouere ſe non poteſt.Ideoq; magicam ſcientiam dicitur habere.cũ leæna coit in æthiopia:naſcit q; mõſtrum crocote noīe.nunq̃ conniuet aciẽ. in ore nulla gingiua.dens unus & paruus.capſulis clauditur.
Hylaris gaudens:apud ſe ſerenus:unde componitur exhilaro as.
Hylaris & hylarus dr̃.
Hylarior gratioſior:hylaritas gaudium.
Hylas fluuius græciæ.
Hyliace troiane.
Hyleicum ſilueſtre.
Hylie ſatus in ſylua natus.
Hyleus & ſolus centauri quos hercules pro lapithis dimicando occidit.
Hyero:diabolus.ſeruus.
Hydrus fluuius tortuoſus iuxa adriaticum mare
Hibernia inſula inter hiſpaniam & britanniam ſita longior ab africa in boream ſpatio porrigit̃ hæc propior britanniæ ſpatio terrarum anguſtior ſed ſolis cæliq; temperie magis utilis.
Hibleus ſiculus ab hybla ciuitate in qua abundãt apes.
Hybria dicitur ignobiliter & contumelioſe.uenit ab υβιϛ quod eſt contumelia.
Hoccine:hoc uero.
Hoc inde deriuatur hornus componitur modet nus.i.modo hernus.
Hodie pro ozie.Nam antiqui ozie dixerunt.
Hodie id eſt hoc die & pro ſemper ponitur.
Hoeh id eſt heu.
Holocauſtum illud eſt ubi totum igne conſumit̃ qd̃ offertur.antiq enim cum maxima ſacrificia adminiſtrarent:ſolebãt totas hoſtias ſacras in ſacrorum conſumere flãma:& ipſa erant holocauſtomata:holon.n.græce totum dr̃.cauma incenſio.unde holocauſtum totum incenſum.
Homelia græce uerbum dr̃: quod profertur ī populo.ad uulgus enim loquitur.
Homicida.componitur hominem cædẽs id eſt occidens.
Homœos græce ſimilis uel æqualis.
Homo dictus quia ex humo eſt factus ſicut legit̃ in geneſi.Abuſiue enim pronunciatur ex utraq; parte ſubſtantiæ totus homo id eſt ex ſocietate animæ & corporis.græci uero hominem antropum nominauerunt eo q; ſurſũ ſpectet ſubleuatis oculis ad cælum ad contemplationem ſui artificis.Duplex eſt autem interior homo anima: exterior homo corpus uocatur; homo ex diuerſis ſubſiſtit ſubſtantiis id eſt mortali & imortali. Corpus eius diuiditur in quattuor elementa.Ratio enim terræ in carne eſt:humoris in ſanguine: aeris in ſpiritu:ignis in calore. Definitur autem ſic homo eſt animal rationale & mortale ſenſus diſciplinæq; capax:qui ingenio ualet.artibus polet.& cognitione rerum: aut quod agere debet: eligit:aut animaduerſione quod inutile ſit contemnit.
Homo ab humo dr̃: inde deriuat̃ diminutiuum homuncio homunculus homullulus. & humanus humanitas ne:niter nitus: humano humanas.componitur homicidium homici da ſemihomo: nemo. inhumanum.
Homo in ſacra ſcriptura appellatur tribus modis per naturam faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.Per culpam: Vos aũt ſicut hoies moriemini.i.ſicut delinquentes.Per infirmitatem:maledictus qui ſpem ſuam ponit in hoīe:id eſt infirmitate.
Homo aut ſignificat totum hoiem:aut mentem.
Homo Adam qui nõ filius hominis. Auguſtinus.
Homogerus quidam fuit qui primus ad aratrum boues iunxiſſe fertur:qui poſtea fulmine iterit.
Honeſtus eſt qui nihil habet turpitudinis.
Honeſtas enim honor ppetuus: quaſi honoris ſtatus.
Honorabilis:honore aptus id eſt dignus.
Honorarium uinum dr̃:quod regibus & potentibus honoris gratia offertur.
Honorare:honorem deferre.
Honoratum:ſolenne.honoribus plenum.
Honos uel honor ris.gratia dignitatis. collatio in rebus uel dictis præmium.ſacrificium uel dignitas aliqua.
Hora cum h dierum eſt:ſine ea uero regionũ uel ſiniũ.
Hora græcum nomẽ eſt:tamen latinum ſonat.hora enim eſt finis temporis ſicut oræ fines ſunt maris fluuiorum uel ueſtimentorum.
Horrendus:horribilis metuendus.
Horrere:timere.
Horreo deficit futuro ĩfinitiuo ſicut plæraq; neutra ſecundæ coniugationis:tepere:pauere.rubere:quæ ſupina non habent.
Horreſco:pertimeſco.
Horrificare:horrorem incutere.
Horriſonum.fragoſum:cum honore ſonus.
Horrim gigantes.
Horripetæ qui horas petunt.hic & hæc horipeta
Horizon huius orizontis.id eſt quãtum ſpatii cæ

lí uiſus hominis ſuper terram capere poteſt circa ſe in plano.
Horno tempus ſignificat nouiter & hoc anno ide hornotinus: ſicut cras craſtinus. diu diutinus.
Hornus. alnus. ſpés arboris. hæc hornus horni.
Horontes: flumen eſt ſyriæ.
Horror: pauor. metus peccatum. ide deriuaſ horridus ior ſimus. itas: bilis bilitas. biliter. horreo horreſco.
Horologium dictum: q; ibi horas lagamus id eſt colligamus. inſtrumentum inueniendi horas.
Horoſcopi mathematici dicti: q; horas natiuitatis hominum ſpeculentur.
Horoſcopus eſt inſtrumentum quod rotundum & quadrum habens circūquaq; multas diuiſiões & mediclinium in medio: in quo duo ſunt foramina: per quæ omens horæ & ſtellæ cognoſcunſ unde aſtrolabius.
Horoſcopus circulus ſingorum: ubi horas; fit cõſideratio.
Hortatur: ſuadet animum erigit. prouocat. iſtigat
Hortor aris cõe eſt pro quo horto as hortor aris. inde hortamẽ hortatus hortatio. tor. tabilis. hortaticius. componiſ adhortor præhortor dehortor. exhortor. cohortor. unde cohors.
Hoſcine: hos uero.
Hoſpes eſt & qui uenit & ad quẽ uenitur ad hoſpitandum peregrinus. hic & hæc hoſpes hoſpitis facit: licet hæc hoſpita dicatur.
Hoſpitium eſt cum aliquem ĩ ipſo recipimus aut ab aliquo recipimur.
Hoſpito as at: hoſpitium dat.
Hoſtiæ apud ueteres ſacrificia dicebanſ quæ faciebant deuictis hoſtibus: aut anteq̃ ad hoſtes pergerent: hæc & uictima dicebatur.
Hoſtia ſacrificium quando ad hoſtes ibant: uicti mà cum redibant. ipſis uictis. per h.
Hoſticus ca cum. hoſtilis inimicus. hoſtice hoſtiliter.
Hoſtilis inimicus ab hoſtis aduerſarius.
Hoſtis dicitur ab hoſtire id eſt æquare: quia iuſta & æqua reinit bellum. hinc & hoſtorium diciſ.
Hoſtimentum diciſ lapis: quo exæquanſ põdera
Hoſtire: æquare.
Hoſtita æquata. planata.
Hoſtorium rii lignum quo modius æquaſ.
Huc aduerbium ad locum ſignificat uerſus nos. inde deriuatur horſum.
Huic datiuus monoſyllabum uult eſſe.
Humanitus ab hominibus factum: humane uero ad ſimilitudinem hominum ſic ſimilia.
Humanus iocundus qui habet circa homines amorem: unde & humanitas qua ĩuicem nos tuemur
Humo as at: humo tegit. ſepelit: actiuum eſt.
Humeo es: neutrum.
Humatus: humo tectus. ſepultus.
Humens quod facit humidum: non quod fit: humidum uero quod extrinſecus habet aliquid.
Humecto as actiuum eſt & humeo es abſolutum unde humeſco.
Humectat: irrigat. uadat. hùmet: humidus eſt.
Humerus: ſcapula.
Humeruli: qui extremitatibus axis fiunt.
Humilis or limus humilitas. hic & hæc humilis & hoc humile.
Humilis: abiectus. ignotus. quaſi humo. accliuis dictus.
Humores principales ſunt quattuor: ſanguis: colẽ id eſt fel: melancolia quod eſt ṅigri ſanguinis cũ felle mixto. quartus flegma id eſt rigor.
Humus: terra inferior ab humore. hic humus humi: ueteres uero neutrum fecerunt.
Humus inde deriuatur homo & cætera.
Humor humidus hũidior ſimus. humiditas. humecto as & humeo es & humeſco humilis &c.
Hunccine iſtum uero an hunc.
Hus uel chus terra in finibus Idumeæ.
Hus terra gentilium interpretatur conſiliator.

Inter fauces liquido ſpiramine currit: uocalis eſt & conſouans. Conſonans eſt quotiẽſcunq; ante quã libet uocalium reperitur in eadem ſyllaba: ut iaceo ieiuniũ. diſiiceo. ioſeph. iuno. iuuo. Alibi uero ubiq; uocalis eſt. Quotiés uero inter duas uocales inueniſ: pro duabus conſonantibus habetur: ut maia: troia: quando quidam bis ſcribi eam debere exiſtimant: ut maiia. ſed hoc ratio non permittit q; tres uocales in una ſyllaba unq̃ ſcribantur.
Ia apud hebræos nomẽ domini tantũ ponitur qd' etiã nouiſſima ſyllaba ſonat de alleluia. Ia octauum nomẽ domini illoꝝ quæ apud hebræoſ habentur: quod in deo tantũ ponitur.
Iabin iterptaſ ſapiẽs ſẽſus ſiue prudẽtia itellectus
Iabus id eſt deux. xi. uno ſubtracto de libra.
Iaceo. iacui iacuit. proſtratus eſt: cubat. mortuus ẽ in plano eſt.
Iaceo cis cit ieci iactum: unde fit frequentatiuum.
Iacto as. iactus tus. iaculũ. Cõponitur abiicio. dere. con. diſ. ad. ob. iniicio. ſub. ſuiicio.
Iacio is. actiuũ eſt: iacior. inde iaceo es abſolutũ.
Iacit. mittit. ſpargit iactat.
Iacynthus pulcherrimus puer ab appolline dilectus: cuius cineribus flores ſunt nati eodem noie dicti.
Iacynthus hærba hñs florẽ purpureũ: dicta a puero eiuſdem nominis: qui in ſaltibus inter purpureos flores interfectus inuentus eſt.
Iacynthus eſt lapis cerulei coloris aliq̃ nebuloſus aliq̃ purus ut fluctus uideſ: & ẽ lucis purpureæ q̃ſ cum cælo moueaſ: friget in ore. ſculpitur adamante: ex noie diciſ floris: qui iacynthus dſ gemma eſt.
Iacynthus flos aromaticus. purpurei coloris.
Iacynthina gemmata a iacyntho cuius penultima corripitur.

Iacob interpretatur ſupplãtator:ſiue q̃ ĩ ortu plã tam fratris naſcentis tenuerit:ſiue q̃ eidẽ benedi ctionem patris ſubripuit.

Iacobus dictus domini frater:quia eſſet frater io ſeph:qui quaſi chriſti pater habebatur.

Iacobus interpretatur populus uetuſtus.

Iacobus zebei a patre dictus frater ioannis,hi ſunt filii tonitrui qui etiã bonarges,ex infirmitate & fidei magnitudine nominati ſunt.

Iacobus ab herode occiſus eſt.

Iacobus interpretatur ſupplantator:hic in hiſpa nia & locis occidentalibus prædicauit & ſub he rode gladio occiſus,ſepultus eſt in arca marmo rea.viii.kalendas Auguſti.

Iacobus alphei dicti ob diſtinctionẽ prioris a pr̃e dr̃ iſte eſt iacobus minor q̃ in euãgelio frater dn̄i nominatur:quia maria uox alphei ſoror fuit mã tris dn̄i quã cleophæ ioannes nominat. licet hãc quidam aliã cõtendant. Iacobus alphei primus epũs hieroſolymor̃ ab apoſtolis poſt aſcenſionẽ domini conſtitutus eſt:qui dum x̃pm prædica ret a iudæis de tẽplo præcipitatus lapidibus eſt obrutus:ibiq; iuxta templũ eſt humatus. Nata le & ordinatio kalendis Ianuarii creditur.

Iacobus frater dn̄i tantæ ſcitatis:tantæq; iuſtitiæ & perpetuæ uirginitatis fuit:ut ioſephus iudæ orum hiſtoricus pp huius necẽ ſubuerſam hie ruſalem referat.hic primus epͣs ex iudæis hiero ſolymæ credentis eccleſiæ:ad quem paulus cum tito & barnaba pergebat.

Iactare:frequenter iacere:ſpargere,gloriari. fati gare,extollere,cum ſuperbia aliq̃d dicere.

Iactantia:ſuperbia arogantia.

Iactitat:frequenter iactat.

Iactura damnũ:ſed tamen hoc differunt q̃ iactu ram ſcientes & ultro patimur:damnũ uero inſo lito & eſt improuiſo.

Iactura ꝓprie damnũ quod in mari fit dum peri clitantes oĩa iaciunt. unde & iactura dicit̃.

Iactuarius eſt qui iacturam frequenter patitur.

Iaculum a iacio miſſile tælũ:ut lancea uel ſagit ta.inde iaculo as at.

Iaculum:iactus uel gladius uel teſſera.

Iaculũ genus piſcatorii rætis a iactando dictum.

Iaculare:mittere:ſagittare.

Iaculus ſerpens uolans.exiliunt enĩ in arboribus & dũ animal uiderint iactant ſe ſuper eum:& pi munt:unde & dicuntur.

Iachus idem & bacchus.

Iader fluuius qui fluit a græcia in adriaticũ tri ſyllabum facit Lucanus.

Iaphet interpretat̃ latitudo.ex eo enim populus gentilium naſcit̃ & quia lata eſt ex gẽtibus mul titudo credentium.

Iais id eſt uniuerſalis.

Iair interpretatur illuminans.

Iam aduerbium temporis grauẽ hẽt accentum in uerſu ut oĩa fere monoſyllaba præpoſitiua:ꝑ ſe aũt acutũ niſi ecliticũ ei adiũgat̃. nã tũc acuit̃: iã aduerbium tpis poſt hæc modo tráſactũ eſt.

Iambus pes dictus a græco Ἰαμβίζειν quod eſt detrahere:huiuſmodi enĩ carmine omnes inue ctiones uel detractiones ſoliti ſunt dicere. Con ſtat uero hic pes ex duabus ſyllabis breui & lon ga ut parens.

Iambica metra a iambo pede dicta:quẽ recipiunt paribus & ĩparibus,locis. nã paribus locis tantũ ſuſpiciunt iambum & tribrachũ præter nouiſſi ma:& apud comicos anapæſtrũ.uitando tñ mul tarum breuium iuncturam:imparibus uero reci piunt & heroicos pedes id eſt non ſolum iãbum & tribrachum ſed etiam dactylum ſpondæũ & anapæſtum.Quod metrũ non ſolum ſenarium ſed etiã tetrametrũ inuenitur. Sic tetrametrũ recipit oĩbus locis iambũ ſpondæũ ĩparibus lo cis tm̃.ultima uero ſyllaba indifferenter eſt: ut ſenex fidelis,prima credendi uia eſt abraam A ſolis ortu cardine,Deus creator omnium.

Iambelegum idem pentametrum.

Iamdudum iamdiu.paulo ante.reſpõdẽtis eſt ad uerbium:q̃diu interrogantis.

Ianes interpretatur marinus:ſiue ubi eſt ſignum defecit.n.ſignum eius coram ſignis moyſe:unde magi dicunt hic eſt digitus dei.

Iamq;.etiam.adeo.etiam forte.

Iam:ex eo tempore.

Ianiculus mons in urbe roma trans thyberim,uel oppidum italiæ.

Ianitor:ianuæ cuſtos.

Ianitrices duorum inter ſe fratrum uxores uocan tur:quaſi eandem ianuam terẽtes.

Iantaculum græce agratiſſima. primus cibus de quo ieiunium ſoluitur.unde & dicitur: nam iã tare prãdere dicitur.

Ianto:guſto anteprandium.

Ianua a Iano quodã dicta:cui gentiles omnem in troitum uel exitum conſecrauerunt.Eſt autem primus ingreſſus domus uel uillæ.

Ianus a paganis deus dicit̃: quaſi mundi uel cæli uel menſium ianua. Duas facies iano faciunt:p pter orientem & occidentem. Cum uero faciũt quadrifontem: ad quattuor mundi partes:ſiue quartuor tempora uel elementa refertur.

Iannuarius menſis a Iano dictus uel q̃ limes & ia nua ſit anni.ipſe enĩ principium & finis eſt anni.

Iãuarium & februarium Numa pompillius addi dit:duodecim menſibus annum complens.

Ianuarius græce ſeddoneos,hebraice thebet.

Iapix iapigis,uentus ab occidente.

Iapigis itali filia fuit.

Iapix:uelox.

Iapis iapidis nomen fuit etoli:qui ad uenetiæ par tes uenit:a quo uenetia iapidia eſt dicta.

Iapides:ſpolia.

Iacynthus eſt ceruleus uirore mixtus:cuius deco ra facies mutatur ut temperies,uitam ſignat an gelicam diſcretione præditam.

Iair menſis ſecundus,id eſt aprilis.

Iarus animal quod perforat crocodrilum.

Idas uocatur apud hebræos menſis ſecundus.

Iaſpis gemmæ ſpecies uiridis fulua.
Iatheos byzantinorum lingua iulius menſis.
Iath hebraice manus dicitur.
Ibyx ibicis genus quadrupedis. ibyces dicti quaſi auices: eo q̃ inſtar auis ardua teneant & in ſublimi habitent ita ut uix humanis obtutibus cerni poſſint: qui ſi quãdo aduerſitatem aĩalium uel hoĩum præſenſerint: de culminibus ſaxoꝝ ſeſe præcipitãtes ſuis ſe cornibus illæſi ſuſcipiunt.
Ibidem: in eo loco.
Ibis ægyptiaca lingua ciconia.
Ibis auis ægyptia immunda eſt præ omnibus uolatilibus quoniam morticinis cadaueribus ſẽper ueſcitur iuxta littora maris uel fluminum.
Ibis auis nili ſemetipſam purgat roſtro aquam in anum infundens: hæc ouis ſerpentium ueſcitur
Ibiſcus hærba mollis uel genus frondis qui in arboribus naſcit: & hyeme aĩalibus cibus datur.
Ibiſcus genus uirgulti.
Ibrida dicitur natus ex ignobili pr̃e & nobili mr̃e
Ibridem uocant qui ex apris & porcis naſcitur.
Ibus antiqui dicebant pro his illis.
Icarus Dædali filius cretenſis ut fabulæ ferunt alta petens pennis calore ſolis ſolutis: mari in quo cecidit: nomen impoſuit icareum:
Icarea inſula de cycladibus una quæ icareo mari nomen dedit. hæc inter ſamum & myconium procurrentibus ſaxis inhabitabilis eſt & nullis finibus portuoſa. dicitur autem icarum naufragio ibi interemptum nomen impoſuiſſe loco.
Icinus marinum animal. a terreſtri icino nomen traxit: quem uulgus ericium uocat.
Icio icis & ico icis penultimam præſentis corripit. ici ictus.
Icit: ferit.
Ichthyophagi gens orientis dicti quod uenando in mari piſcibus tm̃ alantur. poſt indos mõtanas regiones tenent quos ſubactos Alexãder piſcibus ueſci prohibuit.
Icius græce piſcis.
Icon græce imago.
Icones: imagines.
Iconia: imago.
Icon ſaxum quod ſonum captãs etiã uerba loquẽtium imaginatur.
Iceneomõ ſerpens eſt græce dictus: q̃ odore ſuo & ſalubria ciboꝝ & uenenoſa prodat.
Icon eſt imago cũ figurã ex ſimili generẽ conamur exprimere.
Icon eſt pſonaꝝ inter ſe uel eorũ q̃ pſonis accidũt cõparatio: ut apud Virg. Nõ aliter q̃ ſi miſſis ruat hoſtibus omnis carthago.
Icoſædrum: aqua humiditas.
Icoſina: figura.
Ictericos græci noĩant a cuiuſdam aĩalis noĩe qd̃ fertur coloris fellei. hunc morbum latini arcatũ dicũt: Varro uero ait a coloꝝ auri appellari. idẽ eſt & regius.
Ictericus hydropicus.
Ictus ictus: percuſſio.
Ictus cta ctum ab icio icis.
Ictus ꝓprie ſũt flagelloꝝ ab agitando dicti.
Ictuſia græce elementa.
Idia ſylua uel mons in phygia iuxta troiam.
Idalius mons ueneri cõſecratus uel lucus in cypro
Idan græci uocant inflationem uentris.
Iccirco: propterea.
Idea exẽplar ſicut plato aſſeruit cõdiſcipulis. Nã tria principia conſtituerunt oĩum. i. deũ idæam .i. exẽplar, & materiã: quã græci uocant hyle.
Ideas dixerũt ipas exẽplares ſpecies quæ fuerũt in mente diuina cũ iſtas natiuas ſpẽs faceret. Nam illas idæas in mẽte diuina aut in archetypo mũdo ſemper eſſe dixerunt.
Idæa dicitur mater deorum quia in ĩdia primum ſit uenerata a romanis.
Idæa græce exemplar: proprietas conſuetudo. forma.
Idææ dicunt originales ſpecies rerum.
Idæas plato quaſdam eſſe dicebat id eſt ſpecies ĩcorporeas: ſubſtãtiaſq; conſtantes per ſe. ab aliis ſubſtantiæ ratione ſeparatas ut hoc ipſum homo uel animal quibus idæis participantes cæteræ res animalia uel homines fierẽt. at uero ariſtoteles nullas putat eſſe ſubſtantias extra ſed intellectũ ſimilitudinem plurimoꝝ inter ſe differentium ſubſtantiale genus putat eſſe uel ſpeciem uel hominis uel equi uel platonis uel ciceronis.
Idea ſpecies eſt cũ futura ante oculos reducimus
Idem componitur ex id & demum: eſt autem maſculinum & neutrum: ſed maſculinum producit penultimam. neutrum uero corripit & eſt relatiuum quod interpretatur apud græcos αὐτοσ̃ idem ipſe uel hoc ipſum.
Identidem idem ipſum uel iterũ uel ipſe ille iteraq; iterum crebro.
Identitas unitas. identidem neutrum geminatum eſt. i. idem & idem: cuius obliqui deficunt.
Iden ἴδιον græce ꝓprium. inde idoma proprietas.
Idæum id eſt phrygium ab ida.
Idia ἰδία græce propria.
Idida dictus: quod dilectus deo & amabilis: quo nomine dicitur Salomon.
Idylion: opus paucorũ uerſuũ: ſicut apud theocritum ſyracuſanum.
Idin ἰδεῖν græce uidere.
Idna græce tubera.
Idiopathia græce dicit̃ paſſio ex ſe in ſe reciproca ut petrus diligit ſe: uel intrinſecus ut ferueo caleo & cætera.
Idioma proprietas uel conſuetudo: nam ideon. i. proprium græce uel prouerbium.
Idiota ἰδιότηϛ imperitus græcum eſt inſcius ſtolidus.
Idiota: propria uel ruſtica lingua contentus.
Idiota: ruſticus, indoctus, ignarus ſine litteris.
Iditium interpretatur tranſiliens uel ſaliens eos. Quoſdam enim inhærentes humo & ima cogitantes tranſiliuit canendo, proprium eſt.

Idolatria græce idolorū cultura: ſiue ſeruitus. Nā latria latine ſeruitus dicitur: quæ quantum ad ueram religionē ꝑtinet: nō niſi uni & ſoli deo debet
Idolatra dicitur qui idola colit, commune eſt.
Idolum ex dolo nomen accepit: q̄ diabolus cultū diuini amoris uel honoris creaturæ inuexit.
Idolum eſt ſimulacrū quod humana effigie factū & conſecratum eſt iuxta uocabuli interpretationem. idos enim græce formam ſonat: ab eo eſt per diminutionem idolum deductum quod apud nos formulam facit. Omnis igitur forma uel formula idolum ſe dici expoſcit, alias dicunt qui ignorant græcum.
Idolotitum: idolo datum uel immolatum.
Idoneum: perpetuum, intemerabile, acceptum.
Idris aial qđ in nilo fluuio ſignifĩ, hoc ferē croco dilo dormienti p os aptū ifilire cuius inde uiſcera dilanians eo tandē mortuo uiuus exit.
Idros: diabolus, ſeruus.
Idrus fluuius tortuoſus iuxta hadriaticum mare.
Idume ciuitas. Idumæa regio in q̄ palmæ abūdant Virg. primus idumæas referā tibi mātua palmas.
Idumææ ciuitas fœnicum, ubi palmæ abundant.
Idumæa ciuitas palmifera interpretatur terrena.
Idumææ palmæ ab idumæorum regione: ubi plurimæ ſunt.
Idumæi ab eodem filio eſau exorti ſunt.
Idumæus interpretaſ ſanguineus uel terrenus.
Idus ab edendo plæriq; latinorum dici putāt: q̄ hi dies epularum apud ueteres eſſent.
Idus a diebus dictæ ut nonas a nundinis.
Idus græce latine cor uel medietas menſiū uel dr̄ diuiſio ruſtica lingua ab edendo.
Idus dr̄ diuiſio ſcilicet menſis. iduare enim diuidere dr̄: unde uidua dr̄ a uiro diuiſa: ibi enī ſeq̄ns mēſis noīari īcipit. hæ idus pluraliter ſp declināſ uſu iduū ſicut & oīa nomina pene feſtoꝝ dierū
Iebus ipſa eſt hieruſalē: ipſa & ſalem: a iebuſeis iebus poſtq̄ eam cœperunt dicta.
Iebuſeus filius chanaā: a quo iebuſei.
Ieconia præparatio dn̄i interpretatur.
Iecur ficatum.
Iecur iecoris nel iecocineris qđ uenire uideſ antō iecocinis quod nō eſt ī uſu & robur roboris & ebur eboris & femur femoris generis neutri: pro uoluo habent in obliquis.
Iephone interpretatur conuerſio.
Ieiunia: tenuia inteſtinoꝝ dicunt, uñ & ieiunium.
Ieiunus nanum: ſterilis infructuoſus.
Ieiunium parſimonia uictus: abſtinentiaq; ciborū dictum ex quadam parte uiſcerū tenui ſemper & uacua quæ uulgo ieiunium dicitur.
Ieiuniū & ſtatio dicit: differt tamen. Nam ieiuniū eſt cuiuſlibet diei abſtinentia non ſecundum legē ſed ſecundum propriam uoluntatem. Statio aūt eſt obſeruatio ſtatutorum dierum: his tertiū ieiunii genus quidam adiiciunt. quod xerophagum ξηροσ ſiccus φαγω comedo dicunt id eſt abſtinentiam ciborum humentium.
Ieiunioꝝ tempora quattuor ſunt ſecundum ſacras ſcripturas id eſt primum quadrageſimale ex ieiunio moyſi: & heliæ atq; chriſti. Secundum iuxta canones poſt pentecoſten alio die īchoatur: iuxta quod moyſes ait: initio menſis ordinarii facietis uobis hebdomadas ſeptem. Tertiū quod a iudæis agebaſ poſt tabernaculorum ſolennitatem: qđ eccleſia decimo die ſeptēbris menſis celebrat: ſicut in lege ſcriptum eſt. Decimo die menſis ſeptimi humiliabitis animas ueſtras in ieiunio. Quartum kalendarum nouembrium eſt: quod diuina auctoritate & Hieremiæ teſtimōio declaratur: dicente domino. Tolle uolumen libri uſq; ad illud Factum eſt in menſe nono, prædicauerunt ieiunium omni populo.
Iemini: dexter interpretatur.
Iepte: aperiens uel apertura īterpretatur. iudex in iſrael fuit.
Iepaticæ ſacerdotales litteræ apud ægyptios.
Ier & erana hebraice iunius menſis.
Ieremias īterpretatur excelſus domini: pro eo q̄ dictum eſt: conſtitui te ſuper gentes & regna.
Ierico ciuitas a iebuſeis condita traditur: inde & nomen traxiſſe dicit, hæc ſubuerſa eſt a romanis cū hieruſalem obſideretur.
Ierico interpretatur luna.
Iereconitinus murus mundi ambitus.
Ieroboam interpretatur diiudicans populum uel diiudicans ſuper nos. ieroboam iudicatio: ſine cā populi: uel ut quidā aiūt diuiſio interpretaſ. qa in regno eius diuiſus ſit populus iſrael a dauid.
Ieſſai interpretatur inſulæ holocauſtum uel ſacrificium.
Ieſus habraice, græce σωτηρ ſoter latine ſalutaris ſiue ſaluator interpretatur pro eo q̄ cunctis gentibus ſalutifer uenit.
Ieu interpretatur ipſe uel eſt.
Iphigenia ſoror horeſtis eſt.
Igitur collectio coniunctiua uel rōnalis ſicut ergo itaq; quin: aliſoqn, immo, utiq;, atqn. hæc. n. p relationē colligunt ſenſum ſupradictum.
Ignarus: inſcius, rudis.
Ignarium: unde ignis excitatur.
Ignauus: ignarus uiæ, ideſt rationis & uitæ, uel ſine naribus: olfeciſſe enim ueteres ſciſſe dicebant.
Ignauia: cum ignorantur artes corporis.
Igneus eſt qui ex igne conſtat naturaliter ut ſol.
Ignitum uero quod ex accidenti & temporaliter ut ferrum.
Igneus: ſpiritualis.
Igneſcunt ardeſcunt.
Ignearius: ignem continens.
Ignigena: ex igne genitus.
Ignis ſacer, ulcera peſſima: quæ & carbunculi.
Ignis eſt inuiolabile elementum aſſumens cuncta quæ rapit: q̄ græce φλοξ φλοσ flox uel phos dr̄ Nam ignis ipſa ē flāma. Quicquid autem ignem fouet focus eſt. Iuxta quoſdam ex igne creant cuncta: cum ſine calore nihil naſcatur, ſuper aerē purus ignis dicit cælum eſſe, iſte uero ignis: q̄uis na

tura ſurſum nitendo incedat: appetitum tamen ī cæleſte habens in ſuperiorem tranquillitatē non poteſt euadere: quia multo aere ſuperatur & ī eū conuerſus extinguitur.
Ignis calidus & ſiccus, calore aeri ſiccitate terræ ſociatur. Eſt autem acutus mobilis leuis.
Ignis dictus ꝙ nihil gigni poſſit ex eo.
Ignis ſignificat ſpiritum ſanctum ardentē uel charitatem uel tribulationem.
Ignitus: igneus, ignem habens.
Ignitus ardentior uel acutus.
Ignipotens uulcanus dictus: quod potentiam habeat ignis.
Ignobilis: non nobilis, obſcurus, contemptus.
Ignominioſus q dānaſ & de exilio reuocatur.
Ignominia poteſtate alicuius imponitur, ifamia autem multorum cōſentiente ſermone.
Ignominia a nomen nomini, addita a fit ignominia
Ignominium dictum ꝙ deſinat habere nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur: quaſi ſine nomine.
Ignorare: neſcire.
Ignotus: infinitus.
Ignota pecunia infinita.
Ignotus obſcurus, nulli notus.
Ignobilis: incertus.
Ignoſco ſcis ſcit.
Ignouit: mitigauit, conceſſit, pepercit.
Ignoſcere: parcere: quaſi non noſcere.
Ii pro iui ſicut ierat pro iuerat ab eo is, cuius imperatiuum i eat facit.
Ilas fluuis græciæ.
Ileia ſyriace ſeptember menſis dicitur.
Ille pronomen poteſt & in loco aliquo longe poſito eſſe demonſtratiuum & relatiuū: tñ idem eē & cum ſignificantia aliqua pferri: ut ſic iuppiter, ille mouebat, ille græce dicitur ἔκεῖνος.
Illecebroſus: fallax, inſidioſus.
Illecebræ ſuaſiones, uoluptates, blanditiæ.
Illecebra etiam ſingulariter inuenitur.
Illectio, oblectatio.
Illectat: illicita perſuadet, illigat.
Illectus: ſeductus: inductus: omnia enim iſta fiunt ab illicio illicis illexi illectus illecto tas, illecebra illecebroſus, illectio.
Illepidum: inſuaue.
Illætabile: immortale.
Illætabilis ſemper triſtis.
Ilex genus arboris ab electo dicta, huius enim arboris fructum homines primum ad uictum ſibi elegerunt id eſt glandem.
Ilex ilicis, inde iligna glans.
Ilex incitator prouocator, ab ilicio cis, communis, uel omnis generis.
Ilia exilia laterum.
Ilium a græco ἴλιος ὀμαλή id ē uoluere quia ibi obuoluimus nos.
Ilia mater fuit romuli: quæ rhea uocitata eſt.
Ilian fœminini generis.
Iliaci: troiani.
Iliades troianæ matres.
Ilias: forſitan.
Ilichia lucina a loco.
Ilium troia græce ilion: inde hæc ilias iliadis & pluraliter hæ iliades.
Ilione priami filia.
Ilioſtrophon græce malua ſyluatica dicitur eadem & altea.
Illibata: incontaminata, intacta.
Illi ſimilis ad uultū referſ. illius ſimilis ad mores
Illicet, actum eſt, ſine dubio, continuo, ſcilicet.
Illico: continuo, confeſtim, ſubito, ſtatim, aduerbium temporis.
Illicere: attrahere, decipere, prouocare in fraudē, ſeducere.
Illicio cis illexi illectum.
Illigrinium proprium loci.
Illinc: inde, de loco ſignificat, ſicut illic in loco.
Illuc ad locum, illac per locum.
Illinguis: mutus.
Illiccine ex ille & hiccine componitur pro illicine.
Illimus ſine limo clarus.
Illino, nis, illiui illitum: unctum, perfuſū, actiuū ē
Illyria regio uicina italiæ iuxta hadriaticū mare.
Illyricus ſinus illyriæ portus.
Illido dis illiſi illiſum: impulſum, fractum.
Illyricum regio hadriatici maris.
Illyricum generaliter omnis græciæ eſt.
Ilium urbē ilus apollinis filius in phrygia cōdidit.
Ilus aſſaraci frater qui ilion condidit, unde nomē accepit.
Ilua ſyriorum lingua ſeptember menſis.
Illudetanum hebraice ſeptember menſis.
Illuſtris nomen noticiæ eſt, dictus ꝙ clareat multis ſplendore generis uel ſapiæ uel uirtutis.
Illuſtris clarus, perſpicuus, manifeſtus.
Illuſtrare nobilitate, clarificare, illuminare.
Illuuies ē ſqualor, immundicia: morbus ſordes.
Illuuies ſordium eſt, a diluendo ideſt lauando, in gluuies uero uentris.
Illutus: ſordidus.
Illuminat: lumen præſtat clarificat.
Imago: ūbra oſtenſio: figura ſimilitudo perſonæ.
Imago dei eſt imagiuncula ſimilitudo modica.
Imber pluuia, nunc aqua marina alias fluuialis.
Imber lenta & dēſa pluuia ὀμβρος græce dictus ꝙ terram inebriet, hic imber imbris, unde componitur ſeptember & cætera.
Imber ad nubes & ad pluuias ptinet.
Imberbis non bñ barbatus, imberbus antiquitus.
Imbecillis quaſi ſine baculo languidus, & fragilis.
Imbellis: infirmus non fortis: quaſi nō bello aptus
Imbrices tegulæ dicti quod capiant imbres hic imbrex cis.
Imbrumari dicuntur quibus faſtidium eſt ciborū broma, βρωμα, n. edacitas eſt.
Imbrutus, ſine intelligentia, imprudens.
Imbuere: inſtruere, intimare, incipere: iniciare.
Imbuit dicitur ab ara noua primo ſacrificio deſiccata.

Imbuli dicti uel quia ſub uolumine ſunt: uel quia ſub his ambulamus. ſunt enim platearum porticus hinc inde.
Imbumentum: documentum.
Imbutus: doctus.
Immagiſtratus: in honore poſitus.
Immanis: non bonus. Nam mane bonum eſt uel nō manu aſſuetus id eſt immanſuetus crudelis īgens informis.
Immane aſperum: nam manum bonum antiqui dicebant.
Inmane hiſpidum. horridum. ingens plus a menſura.
Immanior crudelior.
Immaturum: acerbum: inconſideratum: feſtinatū.
Imerinos græce dies atq; nox æquoctialis circulus.
Imerobaptiſtæ: hæretici inde dictiq; die ueſtimēta & corpora lauent.
Immemor qui oblitus eſt. ignarus uero qui inſcius
Immendat: deprauat.
Immenſus dicitur qui omnem modum metiendi tranſcendit.
Immenſus dicitur deus: quia concludit cūcta: ipſe a nullo concluditur.
Imminet: altior eſt. inſtat. deſup fundit.
Immittit: interponit. incitat. inflāmat.
Imitari: ſīmulare aut ſequi.
Imitor penultimā & antepenultimam corripit.
Immobile: ſtabile. ratum firmum.
Immobilis qui penitus moueri non poteſt: immotus uero qui nondum mouetur & tamen moueri poteſt.
Immune: improbum. culpandum uel munere libe randum.
Immodicus inanis. uentoſus. uanus.
Immodeſtus. impudens improbus. petulans.
Immolare ueteres dicebant: qn uictimas in mole altaris ponentes ignem ſacrificii ſubiiciebāt. Nūc autem immolatio panis & uini conuenit.
Immolator: ſacrificator mulierum ſtuprator.
Immo potius aduerbium eligendi.
Immo uero. hoc iam uero.
Immo coniunctio collectiua uel rationalis ſic: aut eſt ſanus aut æger: ſed non eſt ſanus. immo eſt æger.
Immortalis dicitur deus ſicut de eo ſcriptum eſt q̄ ſolus habet immortalitatem. quia in eius natura nulla eſt commutatio. Nam omnis mutabilis nō inconuenienter mortalis dicitur: ſecūdum quod anima dicitur mori: non quia mutetur in corpus uel in aliquam alteram ſubſtantiā ſed in ipſa ſua ſubſtantia: quicquid alio modo nunc eſt aut fuit: ſecundum id quod deſtitit eſſe quod erat: mortale utiq; deprænditur. ac per hoc ſolus deus īmortalis dicitur: quia ſolus incōmutabilis.
Immortalitas: incōmutabilitas.
Immundus eſt qui cum uxore ſua dormierit: uel mortuum tetigerit. non tn ideo peccator eſt.
Immunditia uocatur omnis incontinentia genitalium membrorum.
Immunis ſine munere.
Immunis: minime munificus uel qui non facit munia id eſt officia: quia uacuus dicitur.
Immunis: intactus. illibatus.
Imon græce ceruix.
Impacta: impulſa. ab impingo gis.
Impalaſti. impugnaſti.
Impandū nota eſſe aduerbium: ut donatus dicit
Impās. in manu regis ſeruus dimiſſus. exrraneus ē.
Impar: inæqualis. infimus. uel ſine pare. īparilitas.
Impariens: ubi nihil naſcitur.
Impaſſibilis dicit deus: quia perturbationibus nullis afficitur: quibus fragilitas humana ſuccūbit. uidelicet iracundia īuidia & reliquis. ſed cum ira ſci aut tale aliquid dr: noſtro uſu dicitur.
Impatibile: quod quis pati non poteſt.
Impatiens: ſine fræno.
Impedire: detinere. fruſtrari: quaſi in pede dare.
Impegi: deueni. ab impingo gis.
Impendens: imminens.
Impendium: impenſum. erogatio.
Impens: græce profugus.
Impenſum: erogatum largitum uel magnum.
Impenetrabile. inacceſſibile. non tranſibile.
Imperare: iubere.
Impatiuus modus dictus: quia ipſo iperamus aliis ut faciāt aliquid uel patiantur & cætera.
Imperatores apud ueteres dicebantur qui in numero præerant: poſtea uero ille tm apud quem ſumma rei militaris conſiſteret. ſed dum diu duces titulis imperatoris fungerentur: ſenatus cenſuit Iulii cæſaris hoc tm nomen eſſe: quod & ſequentes cæſares habuere: ut hoc nomine diſtingueretur a cæteris regibus.
Imperium: poteſtas. iuſſio. perpetuum regnum.
Impero as. unde imperator imperium. īperialis impioſus imperioſior & imperito frequentatiuum componitur ex in & paro.
Imperitat: frequenter imperat.
Impellicatus: concubinatus. a pellice.
Imperſonalia quæ ex ſe naſcuntur deficiunt futuro infinito: ut pudet.
Imperſonale uerbum dictum quia perſona ſola deficiat: quæ ſi addatur: perfecti uicefungitur: ut legitur a me pro ego lego.
Imperſonalia nerba cum per ſe infinita ſint: perſonarum & numerorum adiectione pronominum finiunt & loco perfectorum per oēs modos accipiūtur: ut currit a me. p ego curro. frequēter tn ſine pnomine. pferunt & ipſū actū ſignificāt: ut curritur ad uocē id ē curſus fit: ſed habētia paſſiuā uocem abltō uel datiuo more paſſiuorum iūgunt & ī trāſitiue ītelliguntur: ut currit a me uel mihi. Actiuam uero hntia ſi ſint a pfectis uerbis eorum cōſtructionē ſeruāt: ut iuuat me qa iuuo te. placet mihi qa placeo tibi: cætera uero datiuo copulant: & ītranſitiua ſunt. ut licet uacat libet mihi. Quæ uero nō habent primas uel ſecundas pſonas: q̄ pauca ſūt uel datiuo iunguntur ut modo dictū eſt. uel accuſatiuo: ut oportet illū ſcire ſicut decet illum

Nam deceo illum dicimus. Debet quoq; impersonale accipitur cum fieri iunctum & tunc maxime subiunctiuum sequitur. Debet fieri a me ut aucto res legantur: licet tamen per ecclypsim datiui ea dicere ut placet me libet uacat uel etiam ipsius ac cusatiui: ut placet dicere: uacat audiſ miseret pudet exceptis his quæ accusatiuum & genitiuum simul assumūt: pœnitet pudet piget miseret me illius. Duo uero cum genitiuis aliorum applicantur: quinq; tamen pronominum ablatiuis construuntur: interest refert martini: mea tua sua nostra uestra.

Impartit: donat, tribuit, largitur & partes dat.

Imptio & impartior dicitur, e partior componitur impartio tis tiui.

Impetrare: obtinere, accípere, mereri.

Impes is id est impetus, ab impeto.

Imperigo: ficca scabies, prominens cum asperitate rotunditate formæ, & membrorum decorē fœdat.
Iosaphat.domini iudicium interpretatur.
Ioseph ab eo quod mater sibi alium addi optauerit uocatus est augmentum. hunc pharao sotophanec appellauit:quod hebraice dicitur abscõditorum repertor.ægyptiace uero saluator mundi interpretatur:quia orbem terræ ab iminentis famis excidio liberauit.
Iosephauctus uel filius ampliatus interpretatur.
Ioser id est plasten: quem fictorem & figulũ possumus dicere.
Iusquiamus a græcis dicta:a latinis calicularis qđ caliculi eius in figura cantatorum nascuntur ut est mali punici:quorum ora serata sunt habentes intrinsecus semina papaueris similia:hæc hærba & insana uocatur:hæc & milimindrum.
Iosias interpretat' ubi est incensum domini uel domini salus:iste enim simulacra incendit.
Iosue interpretatur saluator:ipse enim in figuram xpi populũ a deserto saluãs in terrã repromissionis induxit.
Iosue hebraice dr bennun: græce iesunaue: latine iosue:liber dictus a iesu filio nun: cuius historiã continet:scriptura uero eiusdem est.
Iotacismus est quãdo in iota littera quæ est græce i duplicat' sonus: ut maia:ideo exilis est: ut unũ non duo sonare uideantur.
Iotacismus est ubi i plurimum sonat: ut si dicas iouí:iuno iouis iure irascitur.
Iouentalis beneficus.
Iouimanistæ hæretici a iouimano quodam monacho dicti:asserentes nullam nubentium & uirginum esse distantiam:nullum & inter abstinentes & simpliciter epulantes esse discrimen.
Iouis fer' a iuuando dictus & iupiter quasi iuuãs pater.hunc aũt ex priuato titulo iouem oprimũ dixerunt:dum fuisset incestus in suis: ipudicus in extraneis:sed hæc fingũt per figuras cum plane de ueritate scelera sint:ũde turpe erat tales deos credi:quales homines esse non debeant.Fingunt etiam iouem æthera:iunonem aera eẽ:q hæc duo elementa iuncta sint.
Iouis dictus q̃si iauis.nã iauis.i.uniuersalis quia p mundo a quibusdam accipitur.
Iouis genitiuus cuius noĩnatiuus similis inuenitur
Iouis armiger aquila.iouis baiula fulminis. dicit' iouis ignis fulmen.iouis stygius pluto.
Ipositenon hortolana hærba: dicta q̃ sit dura & austera.
Ipsus antiqui dicebant pro ipse.
Ipse pronomen relatiuũ & discretiuum ẽ & apud antiquos ipsus inuenitur:ũde iure neutrum ĩ um non in d facit:sicut relatiuum.Relatiuum est:ut ego sum ipse æneas.discretiuum: ut ego ipse: tu ipse:nam discernit personam. cui iungitur ostendens per se facere non per alium.
Ir concauitas manus.idem ẽ & uola. medietas palmæ.neutrum indeclinabile.
Ira dei aut furor non perturbationem mentis sed uim qua iustissime iudicat uniuersam creaturã significat. Est etiam motus qui sit in anima quæ legem dei nouit: cum uidet eam a peccatoribus præteriri.uel ipsa mentis obduratio.
Ira præsens est & ex causa nascitur.iracundia uero uitium naturale & perpetuum.
Irascor ris iratus.deponens.
Iracundus dictus q̃ accenso sanguine in furorem compellit'.ur.n. flamma dr & ira in flamma est.
Iratus:ira actus.pro tempore concitatus.
Ircosæ fungi duriores. quas græci appellãt tagros.
Ircosus qui sudore corporis putet.
Ircus lasciuum animal & feruens semper ad coitum: cuius oculi ob libidinem in transuersum aspiciunt.unde nomen traxit:nam irqui sunt oculorum anguli:cuius natura adeo est calidissima ut adamantẽ quem nec ignis nec ferrum domare ualent:solus huius cruor dissoluat. maiores hirci cyniphei dicũtur a fluuio cyniphe in libya ubi grandes nascuntur.hæc tamen tria: hircosæ hircus hircosus rectius aspirantur.
Ire ambulare. ab eo ís iui itũ corripit' penultima.
Iricii qui tynai dicuntur.ita spinoso defenduntur tegmine:ut nec contingi possint.
Iris arcus cælestis qui multis coloribus descendit ad terras:cuius nomen pagani iunoni consecrauerunt.Cameraria enim iunonis est.
Iris gemma coloris crystallini sexãgulata dicta ex argumento iris.Nam sub tecto sole repcusa colorem illius iris imitatur in pariete.
Iris illyrica a similitudine cælestis iris dicta:unde a latinis argumentum dicitur:qa flos eius uarietate coloris irim imitetur. hæc in illyrico plurima est.
Irmos series orõnis tenorem suum usq; ad ultimũ seruans ut principio cælum ac terras camposq; liquentes spiritus intus alit.
Irrito as:prouoco.a rite uel ritu dicit':dicunt quidam etiam irrito ideſt frustro.
Irrita :inanis.sine causa.inutilis.
Irritum testamentum est si is q testatur aut capite diminutus est:uel si non rite factum est.
Irritus non inuenitur.
Irudo:sanguisuga.uel hærba.
Ironia est sententia p pronunciationem contrariũ habens intellectum: ut cũ dicimus homini male agenti:bonũ est qđ facis. Antiphrasis uerbo non uoce pronunciantis significat contrariũ. sed suis tm uerbis.hoc.n.tropo callide.aut p accusationẽ aut p isultationẽ aliqd dr:ut pphetiza nobis xpe per contrariũ est cũ laudãdo derideat.p accusationẽ uerbo sicut in psalmo. Frater nõ redimit redimet hõ.& dicit p contrariũ frater nõ redimit. ideſt christus qui dicit ita nunciate fratribus meis:& aliquis homo redemptus est.
Ironi:subsannatores.detractores.
Is pronomen relatiuum uel subiunctiuum.
Isagoga introductio eorum scilicet: qui philosophiam incipiunt: continens in se rationem pri-

marum demonſtrationum.hanc tranſtulit in latinū Victorinus orator:cōmentumq; eius quinq; libris boetius edidit.

Iſagogæ introductiones quibus ad aliud melius introducimur.

Iſauria dicta:q; undique aperta aurarum flatibus pateat.metropolim ſeleuciam urbem habet.prouincia eſt.

Iſaac ex riſu nomen accepit. Riſerat enim pater quando ei promiſſus eſt:admirans in gaudio.Riſerat & mater quando ei promiſſus eſt dubitans in gaudio.

Iſaac interpretatur riſus.

Iſachar interpretatur merces.ideo quia mandragoris ruben filii ſui lya emerat introitum uiri:q racheli debebatur. ūde cum natus eſſe dixit lya dedit deus mercedem meam.

Iſachar interpretatur mandati adimpletio.

Iſacus rector adam.

Iſai interpretatur inſulæ holocauſtorum.uel ſacrificium.

Iſara fluuius galliæ influens rhodano.

Iſaurus fluuius italiæ uerſus hadriaticum fluit.

Iſooſeth uir confuſionis interpretatur.

Iſcyphi:orientales.

Iſcino ilice ſciſſio.

Iſcinifes uermiculi græce.Sic quoq; multis aliis antiqui i adiūgebant:quæ ſine i in s reperies:ut iſcocia:iſculponei cæſtus plūbo ligati.

Iſcitia ex iſcite piſce quodā primum dr. q̄uis alio genere piſcium fiat.

Iſchyros græce fortis.

Iſeus dicitur ſerapis:habet ſydera:uel quaſi iuſtus quod eſt iſos.

Iſmerinus:tropicus æquinoctialis circulus.

Iſmeria græce equinoctium.

Iſis ligua ægyptiaca terra appellatur quam iſin uolunt eſſe:fuit autem filia inachi regis.lo dicta:q̄ græcia ueniens ægyptiis litteras docuit & terras collere.unde & terram eius nomine appellauerunt & deam habuerunt.

Iſmahel filius abraham:a quo iſmahelitæ:q nunc corrupto noīe ſarrhaceni q̄ſi a ſarrha: & ab agar agareni.iterpretatur auditio dei.

Iſmalitæ interpretaf obedientes ſibi.

Iſmara urbs thraciæ.

Iſmaros & rhodope montes trhaciæ.

Iſmara montes theſſaliæ uel trhaciæ. unde iſmarus iſmara rum.

Iſmaris lapis aſper & indomitus & omīa atterrens: ex quo gemmæ raduntur.

Iſmenus fluuius eſt.

Iſopleuri græce æquilateri latine dicuntur: ſicut trianguli æquilaterales.Iſocheli uero duo latera æqualia:tertium inæquale habentia.

Icopus hærba calefacit & flegma deducit.

Iſopus humilis hærba cuius radicibus nihil fortius & penetrabilius inter ſaxa ſignificat charitatē cuius uis purgatoria etiam eſt pectoris:ſignificat purgationem a ſuperbia.

Iſos græce ſignificat iuſtus uel æquus.

Iſpitis græce dolia.

Iſrael interpretatur princeps dei ſiue directus dei illud uero quod iſrael uir uidens deū ſiue mens uidens deum omnium pene ſermonem. nō tam uere q̄ uiolenter interpretatum mihi uidetur. Senſus itaq; talis eſt:Non uocabitur nomen tuum iacob ideſt ſupplantator:ſed iſrael.id eſt princeps cum deo.Quomodo enim princeps ſum:ſic & tu qui mecum luctari potuiſti princeps uocaberis. Si autem mecum qui deus ſum ſiue angelus quē plæriq; uarie iterpretanf pugnare potuiſti:quanto magis cum hominibus hoc eſt cum Eſau.

Iſrael interpretatur uir uidens deum. Tunc enim hoc nomen accepit.: quando tota nocte luctatus uicit in certamine angelum:& oriēte lucifero benedictus eſt unde propter uiſionem dei iſrael appellatus ē:ſicut & ipſe ait. Vidi dominum de facie ad faciem: & ſalua facta eſt anima mea.

Iſraelitæ ab iſrael filio iſrael nominati.qui fuit patriarcha hebræoꝝ:a quo duodecim tribus iudæorū iſraelis nomē ſortitæ ſūt:hic & hæc iſraelita iſraelitæ:unde iſraeliticus ca.cum.

Iſtanccine:iſtam ergo.an iſtam?

Iſte pronomē demonſtratiuum eſt.

Iſtega:nauis lembus.tabularum nauis ſuper quod nautæ ambulant.

Iſtenſior græci uocant monſtra quæ ſine capite uel manu generantur.

Iſterologia aſpiratur dicta quaſi υ.ςερον logion ideſt in extremo dicto. hæc hyſteron proterō dicta id eſt in extremo primum.

Iſtic aduerbium in loco iſto. iſtinc uero de loco iſto.

Iſtuc ad locum.iſtac per locum. iſtic iſtæc iſtoc cōponitur ab iſte & hic & hæc & hoc: uel ē adiectio ſyllabica apocope facta pro iſticcina.

Iſticcine pro iſticine.compōitur ab iſte & hiccine.

Iſthmos mōs in finibus achaiæ: ubi eſt corynthus.

Iſtrinos quæ latine hærpa ſalutaris dicitur: q; dolorem rapitis & incēdium ſtomachi mitiget.hæc & uua lupina.

Ita:ſic.in hunc modum.

Ita aduerbium ſimilitudinis primitiuum quod ſolum a corripit q̄uis quidam quoq; puta aduerbium dicūt ideoq; perſium corripuiſſe.

Itaque coniunctio collectiua uel rationalis quādo penultimā acuit.

Ithaca inſula ulyxis patria.unde ithacus dictus eſt

Italia.olim a græcis occupata:magna græcia appellata eſt.deinde a regis nomine ſaturnia: mox eſt latium dicta eo q; idem ſaturnus a ioue ſedibus ſuis pulſus ibi latuerit.poſtremo ab italo ſiculorum rege ibi regnante italia nominata eſt: cuius ſitus per longitudinem amplius q̄ per latitudinem a circio in eurum extenditur: a meridie yrrheno mari: ab aquilone hadriatico diuiditur: ab occiduo alpium iugis figitur: terra omnibus in rebus pulcherrima. ſoli fertilitate & pabuli ubertate gratiſſima.

Italia & hiſpania iccirco heſperiæ dictæ:q; græci heſpero ſtella nauigent in italiam & hiſpaniam Si heſperiam ſolam dicis:ſignificas italiam. Si uero addis ultimam ſignificas hiſpaniam quia i occidentis fine eſt.

Italia has prouincias habere perhibetur: uenetiã quæ prima eſt in inceſſu uincentiam & ueronã montemq; ſciliſcis. Mantuam quoque ſed & terminos ab annoniæ finibus uſque ad adan fluuiũ protelans ex eo tempore dicebatur. ſibi quoque iſtria iungitui quæ amplior q̃ nũc eſt fuiſſe probatur.

Secundam lyguriam quæ a legendis legumunibus dicitur: quorum ferax eſt: in qua. Mediolanum & papia uſq; ad gallorum fines extenſa præpoſitæ habentur.

Tertiam quoq; rhetiam primam.

Quartam uero rhetiam ſecundam.

Quintam uero quæ alpes ſcutiæ dicitur: hæc a lyguria uſque ad mare extenſa ab occiduo gallo⁊ finibus copulatur. in hac terdona & monaſteriũ bobii. Genua & Saona ciuitates.

Sexta prouincia eſt tuſcia: quæ habet intra ſe romã caput orbis. aureliam umbriam: quæ rurſus in ſe peruſium & lacum dictorium ſpoletumq; habet.

Septima dicitur campania ab urbe roma uſq; ad ſilerem lucaniæ fluuium: i qua capua & neapolis & ſalernis.

Octaua lucania a ſilere inchoans uſque ad fretum ſiculum p ora tyrrheni maris ſicut & duæ ſuperiores: dextrum italiæ cornu tenens attingit in qua peſtus lanuinus caſſium conſentium regium poſitæ ſunt.

Nona eſt quæ in appenninis montibus nuncupatur: quæ appenniæ alpes alpis cutiarum per. mediam italiam pergentes tuſciam ab æmilia umbriamq; a flaminia diuidũt: in qua ſũt ciuitates foronianus mons beluius. Bobiũ & Verona.

Decima porro a lyguria æmilia incipiens inter appenninas alpes & padi fluenta. uerſus Rauẽnam pergit. in qua eſt placentia. parma. Bononia cor neliiq; forum cuius caſtrũ imola appellaſ.

Vndecima flaminia: q̃ inter appẽninas alpes & mare hadriaticum poſita rauennam & quinq; alias ciuitates quæ pẽtapolío uocitãſ cõtinet.

Duodecima picenus habens ab auſtro appenninos montes: ex altera parte hadriaticum mare uſque ab flumen piſcarium. in qua ſunt ciuitates. Firmus eſculus & hadria: quæ hadriatico mari nomẽ dedit.

Tertia decima ualeria cui ẽ nurſia annexa iterum briam & cãpaniam & picenum cõſiſtit. in hac ſũt ciuitates tibur carſio uel rheate furtõe & mirenũ regioq; marſo⁊ & eorũ lacus fulcinus.

Quartadecima Samnium inter campaniam & mare hadriaticum apuliamq; a piſca rio incipiens habetur. in hac ſunt ciuitates thæte auſidenna iſauria antiquitate conſumpta. Samnium à quo tota prouincia nomen accepit. caput harum ditiſſima eſt Boneuentus.

Quinta decima apulia: cõſociata ſibi calabria iter quã eſt regio ſalertina: hæc ab occidente uel africo habet ſãniũ & lucaniã. A ſolis uero ortu hadriatico mari terminatur. hæc habet ciuitates luceriã ſipontũ canuſiũ argerẽtiam. Brũduſiũ tarẽtũ in ſiniſtro cornu italiæ idruntũ.

Sextadecima ſicilia: quæ tyrrheno mari & ionio alluitur.

Septima decima corſica.

Octauadecima ſardinia: quæ utraq; tirrhenis fluctibus ambiť. porro corſicam a duce ſuo corſo. Sardiniã a ſarde herculis filio noiauerunt. Sed tamen ueteres hiſtoriographi lyguriam ad partes uenetiæ. æmiliam uero & flaminiam ciſalpinam galliam appellauerunt. Galli enim dum italiam inuaſiſſent ticinum & mediolanum pergamum que & Brixiam quoque conſtituentes ciſalpinam galliam regionem nomen dederunt.

Italica ciuitas ulterioris hiſpaniæ.

Italus & ſabinus & ſicanus fratres fuerũt: ex quibus nomina populis impoſita ſunt & regionibus: Nã ab italo Italia. a Sabino Sabini a Sicano Sicani nominati ſunt. Idem & ſicilienſes.

Itaſius genus marmoris: eſt autẽ diuerſis maculis diſtinctus.

Item: iterum.

Itenti nomen gentis barbaræ orientalis.

Iter eſt locus tiãſitu facilis: ũde appellanť aditus

Itiner autem longæ uiæ iter: & ipſe labor ambulandi.

Iter itineris: q̃uis hoc iter iteris & itiner neris antiqui regulariter protulerũt.

Iterare: renouare. repetere.

Iterum: altera uice: quaſi item alterũ. ite⁊ iterũq; frequenter.

Itereus: ideſt parthus.

Itidem: idipſum uel ite⁊ atq; iterum componitur ex id & idem.

Itineraria uiatoria.

Itureus populus.

Iturea regio i iſrael.

Iuba coma. ceruix. galea.

Iuba rex maurorum fuit.

Iubar: radius ſolis uel ſtellæ aut ſtella quæ ante ſolem apparet.

Iubar dictum: q; iubas lucis fundat. hoc iubar huius iubaris. penmultiam & antepenultimam corripit Vir.

Iubere apud ueteres dicebatur: ubi uoluntatis erat obſequium: imperare uero ubi debito imperio quiſq; parebat.

Iuberum: luciferum.

Iubileus annus remiſſionis hebraice interpretatur qui ſeptenis hebdomadibus annorũ id eſt xlviiii. annis texitur: in quo tuba clangebať & ad omnes reuertedatur antiqua poſſeſſio debita obſoluebãtur: confirmabantur libertates hunc numerumi pentecoſte celebramus.

Iubilatio eſt quando ineffabile gaudium mente cõcipitur: quod nec abſcondi poſſit: nec ſermonibus aperiri & tamen quibuſdam motibus promit q̃ nullis proprietatibus exprimatur.

Iubilum eſt cum tanta lætitia corde concipitur: quanta ſermonis efficacia non expletur: inde iubilo as.

Iudas cunfeſſio interpretat: quãdo enĩ peperit eũ lya dixit. Nũc ſup hoc cõfitebor dño.

Iudas iacobi qui alibi appellatus eſt libeus id eſt corculum latine: ipſe in alio euangelio thadeus ſcribit quem eccleſiaſtica tradit hiſtoria miſſum edeſſam ad Abagarum regem.

Iudas qui interpretatur confeſſor iacobi frater in meſopotamia: atq; interioribus ponti prædicauit ſepultus eſt in media armeniæ urbe. v. kalendas nouembris.

Iudas quidam frater dñi ſecũdum carnem: cuius nepotes a domitiano cruciantur quaſi de genere dauid & fratres domini ſcd'm carnem.

Iudas ſcariothus a uico i quo ortus eſt dictus fuit ex tribu iſachar: q interpretatur merces: ipſe enĩ mercedem accepit de proditione domini ſui.

Iudaicus lapis eſt albus: uel poſſeſſiuũ de iudæa.

Iudæa regio paleſtinæ ex nomine iudæ appellata eſt: qui fuit unus ex duodecim filiis iſrael ex cuius tribu reges habuit, hæc prius chanaan dicta a filio cham ſiue decẽ chananeorum gentibus in quibus expulſis iudæi eadẽ poſſederũt: hæc autẽ porrecta eſt longitudine a uico Arpha uſq; ad uicum iuliadẽ: in quo iudæorum pariter & tyriorũ cõmunis habitatio ẽ. latitudo autẽ a monte libãi uſq; ad mare tiberiadis extenditur. in medio aũt iudeæ ciuitas hieroſolyma eſt uariaq; opũ diues: ũde ſecũdum elemẽtoq; gratiã putauerũt iudæi eã promiſſam fluentẽ lac & mel cũ hic illis deus prærogatiuã reſurrectionis polliceretur.

Iudæis ſciſſura decẽ tribuũ nomen dedit: nã antea hebræi ſiue iſrael nominabãtur: ex quo autem in duo regna dei populus eſt diuiſus: duæ tribus quæ de ſtirpe iuda reges habebant iudæi dictæ ſunt reliq decẽ tribus quæ i ſamaria regem ſibi conſtituerunt iſrael dictæ ſunt.

Iudex dictus quaſi ius dicens populo ſiue q̃ iure diſceptet, iure autẽ diſputare eſt iuſte iudicare: non eſt autẽ iudex ſi non eſt i eo iuſtitia.

Iudicium eſt dum diſcutitur: cauſa cũ præponitur iuſtitia dum finitur.

Iudicium iuris dictio iuſtitia iuris ſtatus: iudiciũ prius iquiſitio uocabatur. In omni autem iudicio ſex perſonæ quærũtur. iudex accuſator & tres teſtes & reus. iudicium paruũ põt eſſe: iuſtitia uero iniuſtitia nõ poteſt eſſe.

Iudiciale cauſæ genus eſt uel iudicalis conſtitutio: cum de ipſius perſonæ facto pœnæ aut præmii ſententia datur: dictum eſt autem eo q̃ iudicet hominẽ & ſententiam ſuam oſtendit utrum laudibus præmioue dignus ſit an reus ſupplicio condemnari.

Iudicium liber nominãt a prĩcipibus populi qui præfuerunt in iſrael poſt moyſen & ioſue añq̃ dauid & cæteri reges exiſterent. hinc librũ credit edidiſſe ſamuel.

Iudith uidua laudanda quæ interfecit olofernem & liberauit iſrael de manu hoſtis: interpretatur ludans uel iudæa.

Iuga montium ex eo appellata q̃ ꝓpinquitate ſui iungantur.

Iuga: montes, colles. hoc iugũ iugi.

Iuga paria bouum.

Iuga tabulæ ſunt ubi ſedent remiges: eadem & tranſtra.

Iugare matrimonio cõiũgere: uel ad unũ iugum

Iugo as aui.

Iugalis coniugio dicatus, uel iugo aptus.

Iugamenta: iuncturæ artuũ.

Iugula a latinis uocatur orion q̃ ſit armatus ut gladius & ſtella q̃ luce terribilis atq; clariſſimus: in quo ſi effulgent omnia ſerenitas: ſi uero obſcuratur his acies tempeſtas protenditur.

Iugatiuus deus a iungendo cõiuges.

Iugarius uicus arabis ſita eſt.

Iugæ ioui ſacratæ ſunt a paganis: currus eſt unius iugi.

Iugeries unius diei opus aratoris.

Iugerum actus duplicatus facit: dictũ ab eo q̃ ſit iunctum duobus actibus: conſtat aũt latitudine pedum. cxx. longitudine. ccxl. priſc. hoc iugerũ iugeri. hoc iugeris.

Iugis & hoc iuge id eſt continuus aſſiduus ſine defectione.

Iugitas coniunctio ſocietas.

Iugit miluus cũ clamat: propriũ eſt miluorũ.

Iugiter pſeueratẽr. diu ſemper.

Iugalus a latinis nux dicta quaſi iouis glans: id eſt ſibi conſecrata.

Iugum: collum. ſeruitium uel lignum quod in ceruicibus ſolet poni bouum captiuitas par bouum.

Iugulare: mactare, occidere, decolare.

Iugulũ: occiſio collum quod iugulatur decolatio dicitur.

Iulus aſcanius filius æneæ & creuſæ a quo iulius cæſar.

Iulius q primus imperator fuit apud romanos dictus ẽ a iulio æneæ filio a quo duxit originẽ.

Iulius & auguſtus mẽſes de nomibus iulii & auguſti imperatoq; nomiati ſunt. Nã prius qntilis & ſextilis dicebantur a martio primo menſe.

Iulia auguſti filia turpiſſime uixit.

Iulius portus q de lacu a iulio portus factus eſt.

Iulius mẽſis græce ϖαυẽμος: hebraice tamuz: ægyptiace epiphi: macedonice panenos.

Iulia lex in adulteras fœminas data eſt.

Iumenta inde nomen traxerũt q̃ noſtrum laborẽ uel onus ſuo adiutorio ſubnecẽdo uel arãdo iuuent. hæc ſunt bos: equus: aſinus.

Iumẽta ſignificant intellectu eloquiũ carens.

Iuncus dicitur eo q̃ iunctis radicibus hæreat id eſt ſyrpus.

Iunices boues iuuenes;
Iuniperus genus arboris dicta q̄ ab amplo in augu
ſtū finit: uel q̄ diu tenēt ignē prunæ eius id e ſt
ad annum. pyr. n. græce ignis dicitur.
Iunior & ſenior ad inuicem comparātur: licet neu
ter ad id ætatis uenerit.
Iunius menſis a iunone dictus dicitur a quibuſdā
Alii ſicut maium p maioribus: ita iunīū p iunio
ribus romanis dixerūt.
Iunius græce εκατομβαιών: hebraice ſibā: ægy
ptiace parmi: macedonice fius.
Iuno a paganis dicitur quaſi iano id eſt ianua eo q̄
quaſi portas matrum naturas pandat nubētium
matris. ſed hoc philoſophi: poetæ autem iunonē
iouis aſſerunt ſororem & cōiugē: ignem. n. & aerē
iouem aquā & terrā iunonē interpretātur quorū
p̄mixtione gignūtur uniuerſa: unde coniūx dici
tur iouis. Sororem autem quia mūdi partes ſunt
dicunt.
Iuno in ferna. proſerpina.
Iuno argiua quia apud argos maxime colitur.
Iupiter quaſi iuuans pater. q uere iouis. hic iupiter
cuius gtūs ad aliud trāſit nomē huius iouis.
Iura ſunt quæ a nobis iura poſſidentur. nec aliena
ſunt: dictum autem ius a iuſte poſſidendo id eſt
bene. quod autem male poſſidetur alienum eſt.
male autem poſſidet qui uel ſuis male utitur: uel
aliena præſumit.
Iure merito iuſtitia uel poteſtate.
Iuriſconſultus: iuris ꝑitus. Iuſperitorum auctori
tas eſt eorum: qui ex duodecim tabulis uel edi
ctis magiſtratuum ius ciuile interpretati ſunt pro
batæ ciuīū iudiciis: creditæq; ſententiæ.
Iuramentum dicitur ſacramētum in deū: iura enī
diuinæ leges ſunt.
Iuratio eſt cū dicimus ſic. bonū mihi eueniat. Exe
cratio uero cū dicimus ſic: ma lū ille patiatur.
Iugari altercari. litigare. purgare.
Iurgor & iurgo idem ſignificabant antiquitus.
Iurgia: conuicia. cauſæ. lites male actæ.
Iurgialis: contētioſus in lite.
Iurgium dctum quaſi iuris gatrium eo q̄ de au
re diſceptent.
Ius lex humana eſt. Nam fas lex diuina eſt.
Ius ex his partibus cōſtat: natura: lege: cōſuetudi
ne. has tres quidam ponunt partes cōſuetudinis
iudicato. æquo & bono pacto. Naturæ quidem
ius ē: quod nobis nō opinio: ſed quædam innata
uis afferat: religionem quæ & metu & cerimonia
fit dei & pietate quæ eſt erga patriā parentes con
iunctos ſanguine: & gratiam: quæ eſt in memoria
& remuneratione officiorum honoris & amicitia
rum: uindicationem: per quā uim & contumeliā
defendēdo aut ulciſcendo propulſamus. peccata
punimus & obſeruantiam p quā ætate & ſapiētia
aut aliquo honore antecedētes ueremur & coli
mus: & ueritatē per quā damus operā neqd aliter
q̄ cōfirmauerimus fiat: aut factum aut futurū ſit
legis ius id quod in uſu populi ſanctū eſt. Iam
iura legitima ex legibus ſcire oportebit. Cōſuetu
dinis autem ius eſſe putat id qd̄ uolūtate oium
ſine lege uetuſtas comprobarit: quod ſine lege
æque acſi legitimū ſit uſitatū ē. In ea q̄dam ſunt
iura iā certa propter uetuſtatem quorū maximā
partem prætores cōſulētibus edicere conſuerūt.
Quod genus id quod argētario tuleris expēſū: a
ſocio eius recte repetere poſſis. Iudicatū eſt id de
quo iā ante ſentētia alicuius aut aliquor cōſti
tutū eſt: fitq; ut de eadē re ſæpe alius aliud de
creuerit. Ex æquo & bono ius conſtat quod ad ue
ritatē & utilitatē cōmunē uidet ꝑtinere. Quod
genus ut maior annis. lx. & cui morbus cauſa eſt
cognitorē det cauſæ ſuæ: qui p eo agat. Ex hoc
ſcilicet iure nouū ius conſtitui conuenit: & ex tē
pore & ex hominis dignitate. hoc ī alio libro. par
uidetur appellari: quod eſt id quod in omnes
æquabile eſt ex pacto ius eſt ſi quid inter ſe pe
pigerit. ſi quid iter aliquos cōuenit. Pacta quædā
legibus obſeruant̄ ut in comitio aut in foro ante
meridiem cauſam agere. Sunt quædam quæ ſine
legibus obſeruantur ex conuentu quæ de iure
præſtare dicuntur.
Ius & lex differunt. ius enim dicitur. lex ſcribitur
Item leges humanæ. iura diuina ſunt. Ius genera
le nomen eſt: lex autem iuris eſt ſpecies. Ius uero
dictū quia iuſtum eſt. Omne autem ius legibus
& moribus conſtat. lex ē conſtructio ſcripta. Mos
eſt uetuſtate ꝑbata cōſuetudo. Conſuetudo autē
ius quoddam moribus inſtitutū: ius naturale qd̄
cōmune eſt omniū nationū: ius ciuile qd̄ popu
lus quiſq; propriū inſtituit.
Iuſgentium bello ſeruitutes captiuitates: dictū q̄
eo iure fere omnes utātur gentes.
Iuſmilitare belli faciēdi ſolennitas.
Iuſquiricium proprie romanorum: quo nulli tene
antur niſi quirites: conſtat autem ex plebiſcitis cō
ſtitutionibus principum & dictis ſine prudētia
& reſponſis.
Ius liberor̄ eſt coniugiū ſine liberis inuicē p̄ loco
pignor̄ alternæ hæreditatis cōſcriptio.
Ius coquinæ uel piſtorū a magiſtris iure dixerūt
quia lex eſt condimenti eius. quā græci zemam
uocant.
Ius ciuile æquitas cōſtituta his qui eiuſdem ciuita
tis ſunt ad obtinēdas ſuas res.
Ius ciuile ē quod in legibus ſenatus cōſultus rebus
iudicatis iuriſperitorum auctoritate edictis magi
ſtratuū more æquitate conſiſtit.
Ius iuris fit ex oleo uino aqua ſalſa & cæteris tali
bus ut pipere.
Iuſiurandum iuratio: cum pro iure quis iurat.
Iuſtitia eſt qua recte iudicando ſua cuiq; tribuunt̄
dicta quaſi iuris ſtatus.
Iuſtitia eſt conſtans & perpetua uoluntas ius ſuum
cuiq; tribuens.
Iuſtitia eſt habitus animi: cōmuni utilitate ſeruata
ſuā cuiq; tribuens dignitatem. Iuſtitiæ partes
ſunt timere deū. uenerari religionem pietate &
humanitate æqui boniq; delectatio: odiū malor̄
referendæ gratiæ ſtudium continere.

Iusticiū luctus publicus uel publici iurīs silētiū
Iusticium dicitur quasi iuris statio:ubi ius cessat. Nam ibi sequitur iniustitia: ideo accipitur pro cōmuni luctu.
Iustus dictus quia iura custodit:& secundum legem uiuit:Iustus actu:bonus ex essētia:iustus ex lege:æquus ex natura descendit.
Iusti dies sunt continui.xxx.
Iusum inferiori parte.
Iuuam filius iaphet.a quo iones græci & mare ionium.
Iuuo as at.iutum actiuum est.id est auxilium do sustento.
Iuuat uero impersonale id est delectat.
Iuuēcus bos nouellus dcūs q; icipiat iuuare hoīs usus terram excolendo: uel quia ioui solūmodo iuuenci immolabantur.
Iuuenca iuuenis fœmina.
Iuuenis dictus q; iuuare possit. est enim in ipso ætatis incremento positus & ad auxilium præparatus. Sicut autem infantia septimo anno finitur: quartodecimo pueritia: adolescentia uero duabus hebdomadibus propter intellectum & actionem: ita post hanc succendens iuuentus tribus hebdomadis permanet propter illa tria intellectum & actionem corporisq; uirtutem. Ista ætas a.xxx viii.anno exoritur.xlix consumitur: quando in fœminis partus conficitur. Sicut autē in hominibus. xxx.annus pfectæ est ætatis: ita in pecudibus & iuuencis tertius.
Iuuentus uel iuuentas una ætatum hominum seu collectio iuuenum.
Iuuenta ipsa dea iunonis filia:uxor herculis.
Iuuenta & iuuentas ætas ipsa est: iuuentus uero multitudo iuuenum. iuuenis.inde iuuenilis uel iuuenalis. iuuenis iunior pro iuuenior facit prisc.
Iuuentus hominis ætas: iuuenta uero decus iuuentutis sed abutitur.
Iuuentabilis beneficus.
Iuxta ppe circa.prisc.
Iuxta significat ϖαρα græcum aduerbium. Ad uerbium quando per se uerbo iungitur ut malo; uitam mortemq; iuxta æstimo. loco prope uel propter quod est ϖαρα iungitur quod & præpositio ut iuxta parietem.
Ixion postq; illicitos iunonis petiit amplexus:ad rotam serpentibus ligatus est apud inferos.
Ixion auis de genere uulturis:alba & minor q; uultur.
Ixion proprium regis lapytharum.

K Et q litteræ ideo dicuntur supuacuæ:q; c littera harum possit implere uocabulū.Nam antiq cū a sequebat.k pponebant:cū uero u q.Nunc aūt kartago kalendæ solum p eam scribunt. Omnia autem græca qualiacunq; sequente uocali p k scribenda sunt.
Klitterā Saluius ludi magister pus latinis adiecit
Kabrata interpretat aquila.
Kabina labrum inferens.
Kacoquina est corpus mali. humoribus languidū & laborans.
Kai græce & latine:Kai cancelli.
Kam interpretatur possessio: unde mater eius ait kareth:id est possedi hominem p deum.Idem & lamentatio: eo q; interfecto abel interfectus sit: & pœnam sui sceleris dederit.
Kalantum græce menta agrestis:quæ uulgo napeta dicitur.
Kascatorium a calcādo:id est torcular.
Kalceus genus calciamenti regalis.
Kalceos romulus repperit.iiii.corrigiarū assutaq;
Kaluna cētenarum numerum notabat:q; initio patricii senatores.centum fuerunt.
Khaldæi genethliacos significare dicunt;quos uulgo mathematicos dicunt.
Kalearcius lacus africæ.
Kalendaria per singulos menses: eghemeris uero unius diei gestio.
Kalendas nonas idus propter dies festos romani instituerunt uel ppter officia magistratuū :his enim diebus conueniebant in uerbis:quidam aūt a colēdo putāt:apud ueteres enī sicut apd hebræos principia mensium colebant:uel a καλέω calo quod græce significat uoco:qa tūc uocabat popu lū astrologus ut uideret accensionem id ē lunæ primæ initiū:unde dicit isidorus q; stabāt sacerdotes supra portā ciuitatis ut uiderēt accensū lunæ:& tūc nūciabat pontifici calo: calo luna nata est:& qñ dicebāt q̄ter:mēsis ille quattuor nonas hēbat:quando sexies sex nonas.
Kalendæ neomeniæ:mēsis ĩceptio pluraliter declinatur.prisc.
Kaleph quasi cor aut canis interpretatur.
Kalon græce bonum.
Kalo καλῶ græce uoco: unde kalend æ id est uocationes.
Kalculum ĩ quo mortui diferuntur:uel uestimētū detritum seu linteum.
Kaluariæ locū quidā putāt dictū q; ibi caluaria primi hominis id est adā sit sepulta: sed nō est ita.Extra portam enim erat locus in quo capita damnatorū truncabant ūde caluariæ dicit.Adā uero iuxta hebron & arbeæ sepultus legit.
Kaluus uocatur licet cerius & uarro caluariam dicant.Nam kaluaria singulariter pluraliter uero kaluariæ.
Kaluares aquæ sunt.
Kalumnia per k scribendum quod est iurgium lis
Kalumnia cōpilatio.a kaluendo id est decipiendo
Kalumniari causare. falso accusare. uel criminari decipere.exigere impedire detinere.
Kalūniator:falsi criminis accusator.a calūniando
Kam interpretatur calidus. posteritas enim eius calidiorem terræ partem possedit:unde ægyptus ægyptiorum lingua kam dcitur.

Kamœnæ dulces: uel græce muſæ.
Kanaam filius kam interp̃tatur motus eo⁊.pro motu enim patris id eſt opere maledictus eſt.
Kanaam olim a filio kam ſiue adecẽ kananeorũ gentibus uocati: nunc iudæa dicitur.
Kananeus poſſidens ſiue poſſeſſio interpretatur ita dictus eſt ſimion: qui & iudas a uico in quo natus eſt.
Kanifer: ſenex.
Kanonus ianuarius menſis hebraice.
Kantos. id eſt acutus.
Kaos græci dicũt materiã cæli & terræ: q̃ primo facta ẽ cõfuſa & informis: de qua poſtea oia in. p prias ſpecies. p dierunt: hanc & hylẽ appellãt quã latini materiã uocant. Omne enĩ iforme ũde ali qd fit materia dicit. proide poetæ eam ſyluã nominauerũt: hoc chaos declinabile. hic chaus. chai.
Kappa idem & capitulũ capitis ornamentum eſt kapa enim græca littera nominatur: a qua noſtr⁊ k ſumpſimus græce ſignificat. xx.
Kapadinarius uoluntarius.
Kaparis a græcis nomẽ ſumpſit q̃ habeat in ſumitate rotunda ſeminum capitula.
Kapiſtenum quod agnis & furonibus in capite ponitur & dicitur a capiendo eo q̃ in purgandis. furmentis uentiletur ut purget.
Kaplere cædendum proferre.
Kata græce apud poeticos caput dicitur.
Karadath hæbraice latine idonei affectus.
Kiriatharbe ciuitas dicitur.
Kariſmata gratiarum dona. hoc kariſmatis.
Kharis χαρις græce gratia interpretatur: unde caritas ut quibuſdam placet quod duos in ſe liget quod eſt amor dei & proximi. maior autem hæc eſt omnibus quia diligit & credit & ſperat. qui autem non diligit: q̃uis multa bona faciat fruſtra laborat. Dilectio in melioribus rebus accipi ſolet: amor uero magis carnalis eſt.
Karitas uel dilectio unius rei nomen eſt.
Karitatem uoco motum animi ad fruendum deo propter ſe ipm: atq; proximo ꝓpter deũ.
Karitat: ppe alloquitur plæbem.
Karneam pagani dixerũt in domorum hoſtiis cardinalem deam.
Karthaginis ablata is genitiui aſſumit enſis karta ginenſis. Sic tertiæ declinationis cætera.
Khartes græce maſculinum οχαρτης του χαρτου latine hæc charta huius chartæ.
Karus græcum eſt ſicut & caritas: id eſt amabilis dilectus.
Kaſſes rætia.
Kaſſiculum ræciculum.
Kaat interpretatur confirmatio uel patiẽtia.
Katabarynon locus non longe a caſtris Alexandri magni. ubi nillus magno ſonitu deſcendit.
Kata præpoſitio per uel contra uel ſecundum ea ſignificat.
Katadiaphoran græce id eſt per differentiã latine.
Kata antipharſi dcm̃ qd' minime liceat p cõtrariũ
Kata antilexim græce aduerbium dicit id eſt notatio. quãdo nomẽ pro nomine ponitur: ut meta id eſt terminus gloſa dicitur.
Katago κατοτω græce deduco.
Kataidiopathiam. id eſt ſecundum reciprocationẽ
Kata metaphoram græce latine per tranſlationem
Katapheresin græce ltine per priuantiam eius contrarii quod definitur dicitur.
Kataipotiſin græce latine per quandam imaginationem.
Katacreſticon græce abuſiue.
Kata analogiam græce iuxta rationem.
Katapenon græce latine per laudem.
Kataphraſin græce affirmatio.
Kacoethes id eſt malos mores habens. nam cacos malos. ethes mores.
Kathecus perpendicularis linea uel illa quæ ducitur ab angulo ſic.
Katerizare: imbuere inſtructione ſacramenti.
Katecuminus græce auditor interpretatur uel inſtructus p̃ro eo q̃ adhuc doctrinam fidei audit nõdum tamen baptiſmum p̃cepit & quia primũ exorationis præceptum eſt in lege: audi iſrael dominus deus tuus deus unus eſt.
Katecuminus audit tantum nondum petit. competentes uero illi dicuntur qui poſt doctrinam fidei poſt continentiam uitæ ad gratiam p̃cipiendam petendo feſtinant.
Kategoria eſt dilatio nominis: ut puta ſella: & ſequitur interrogatio. Quid eſt ſella.
Kategoriæ græce prædicamenta dicuntur latine. quibus per uarias ſignificationes oĩs ſermo concluſus eſt inſtumenta kategoriarum ſunt tria. Prima. æquiuoca. Secunda uniuoca. Tertia denominatiua. Species uero ſunt decem. Subſtantia. quantitas. qualitas. relatio. ſitus. locus. tempus. habitus. agere. pati. Apellatas autem conſtat kategorias: quia non poſſunt niſi ex ſubiectis agnoſci. Quis enim quid ſit homo poſſit agnoſcere niſi aliquem hominem ſibi ponet ante oculos quaſi ſubiectum nominis.

L Interdum pro d ponitur ut latum pro datum & calamitas ꝓ cadmitas.
Luetuſim græcorum pro u ſcribebant. unde ſignum quinquaginta: quod illi per n nos per l ſcribimus. lympha pro nympha.
Labrum ſignum bellicum fuit precioſiuscæteris quod imperatorem præcederet: & a militibus adoraretur: quod conſtantinus in crucem uertit
Labrum uexilum regis.
Labat. deficit. nutat. ſoluitur. uacillat.
Labo as neutrum & labor eris deponens in una ſignificatione ponũtur.
Laban interpretatur dealbatio.

Labani nunc lybies: quondam putei uocabãtur.
Labadõ ut hieronymus dicit hebraice græce apol lion:latine exterminãs.
Labdaciſmus eſt ubi l plurimum ſonat. ſic.ſol & luna lucent:alba leni lactea.
Labdaciſmus eſt uel ſi pro uno l duo pronũcient uel quotiens unum l exilius duo largius ſonant nam unum largius duo exilius proferri debent.
Labdaciſmus id eſt labdæ.A.uiciũ.quæ græca lra latine dr̃ & ſignificat apud græcos.xxx.
Labefactare:conquaſſare.fœdare:conuellere.
Labefacit:cõmouet.conuellit.ſubducit.
Labellum diminutiuum a labro paruũ labrum.
Labens interdum uelox.decurrens.moriens: a labor eris.
Labeones dicunt qui ſæpe per iniuriam cadũt.
Labyrinthus eſt perflexi parietis ædificiũ :quale eſt apud cretam a dædalo factum: ubi fuit Minotaurus incluſus: in quem ſi quis ſine glomere introierit: exitum inuenire non poſſit. Quattuor autem ſunt labyrinthi.primus ægyptius :ſecundus creticus. tertius in lemno.quartus i italia omnes ſic conſtructi:ut diſoluere eos nec ſæcula poſſint.
Labyrinthus intricabilis inſtructõ domus.
Labyrinthus inde dictus q nemo labi inde poſſit. uel quaſi labor intus.
Laberna gladiator uel fuit ferramentum latronũ uel dea furũ.uel qui filios alienos ſeducit.
Labes:ægritudo.ruina.morbus.a lapſu.
Labeſcit:conuellitur:mouetur uacillat.
Labia a lãbẽdo dicta.quod aũt ſupius:labiũ dicit qđ inferius eo q craſſius ſit labrũ:alii mulierum labia:alii uirorum labrum dicũt.
Labilis:lubricus.uanus.a labor eris.
Labina lapſum inferens dicitur alluuio.
Labina terra aquoſa & labilis in qua quis labitur dicta a labe uel quaſi lapſum inferens.
Labin filius meſarim a quo libyi q quondã putei dicebantur.
Labitur.cadit.uacillat.deficit.ſoluitur.fugit.
Labor eris deponens abſolutum.
Labor eris lapſus.& labo as.componitur elabor illabor.præ.pro.col.di .deriuatur labilis.
Labor ſtudium.cura.uigiliæ.miſeriæ.calamitas.
Labor & labos ſicut honor & honos huius laboris
Laborare:inſtare:uel ægrotare.contendere.
Laboro as deriuatur labor laboris laborioſus laborator trix collaboro.
Labrum dictum q in eo leuatio infantium fieri ſolet. dimimutiũ labellum. idẽ & alueus uas æneum eſt.
Labrum uaſis eſt: labiũ uero oris dicit.
Labruſca uitis agreſtis dicta q in labris id eſt extremitatibus rubi ſiue agrorũ finibus naſcat.
Lac a colore nominatur q ſit albus liquor. leucos λεῦκὸσ enim græce album dicitur:cuius natura ex ſanguine procreatur. nam poſt partum ſi qd ſanguinis nondum fuerit uteri nutrimento conſumptum:naturali meatu fluit in mãmas: & eaꝫ uirtute albeſcens lactis accipit qualitatem. hoc lac lactis. Antiqui hoc lacte dixerunt.plurale nõ habet:nam hæ lactes partes ſũt inteſtinorum: cuius ſingularis nominatiuus hæc lactis:a græco galactides dictæ.
Lac.inde lacteus & lacto uel lacteo.
Lacedæmonia i peloponneſſo cõdita a lacedæmõe ſemeles filio.hæc ſparta a ſparto phoronei filio uocata:qui fuit filius inachi.
Lacedæmonii ſpartani dicti ſunt: qui a cadmo uocati undiq; ſparſerunt ſe.
Lacedæmonium genus marmoris.
Lacæna helena a loco.
Lacænus de lacaonia.
Lacerare:laniare.uexare.diuellere.conuiciari.
Lacero as.inde laceratus.tor. laceſſo is & laceſco is & lacerus.componitur dilacero.
Lacer uel lacerus participialis a lacero.
Lacerus qui lacerat.
Laceratus qui laceratur.
Lacerna genus cucullæ ſubtilis.genus byrri utrũq; uilloſi:quo utuntur uiri uel fœminæ.mantellũ
Lacerna pallium fimbriatum: quo olim ſoli milites utebant: inde dicta quaſi amputatis capitibus fimbriaꝫ neq; ita laxis.ut ſunt penularum.
Lacerdus:clades inguinaria.
Lacheſeos ſcitũ inuitabile neceſſitatis oratio.
Lacheſis ex tribus parcis; quæ trahit filum id eſt uitam.interpretatur ſors.
Laceſſit:affligit.detrahit.inſtigat.prouocat. exaſperat.
Laceſſo ſiui laceſſere dictũ a canibus uel feris q̃ ſolent lacerando prouocare. coniugatiõis tertiæ correpta.
Laceſſo a lacero deſideratiuũ ſicut arceo arceſſo
Lacerti muſculi brachiorum.
Lacertus qui iunctus eſt humero.
Lacertuoſus:ualens: conſtans.fortis.
Lacertus genus reptilis dictus eo q brachia habeat. Genera lacertorum plura ſunt ut uotrax ſalamandra ſtellio.
Lacertus genus piſcis & ſerpentis: dicitur & hæc lacerta.
Lacinũ oppidũ in calabria a conditore lacino.
Lacina:ora ueſtimenti.extrema pars ueſtium.
Licinare:lacerare.frequenter laniare.
Lacinus latro fuit in ſicilia: quẽ hercules iterfecit
Lacinioſum:laceratum.pãnoſum.uarium.
Lacoon lacoontos græce lacoontis latine. unde laconia in græcia eſt.
Lacoon:filius priami ſacerdos apollinis.
Lacones pro laconici ſecundum græcam declinationem. Nam laconia ipſa eſt lacedæmonia.
Lachrymæ a laceratione mentis uel ut alii dicũt a græcis λακρυον.
Lachrymo as bilis:inde deriuatur lachrymabile id eſt flæbile.triſte.
Lacto as unde lactens id eſt ſugo.
Lactans quæ lac præbet.lactens cui præbetur.
Lacteo lac ſugo.lacto lac præbeo nato.

Lactare:decipiendo ſeducere circunfraudare.
Lacto as actiuum:unde lacteo abſolutum.unde lacteſco.
Lactentia quaſi ſucco lacteo plena.
Lacteus circulus eſt uia quæ in ſphæra uidet quaſi alba quam circuit ſol & ex ſplendoris ipſius ſitu lucere facit.
Lactea zona circulus quidam in cælo:qui locus lucidior & albior cæteris apparet.unde lacteus uel galathia dicit uulgo ſtrata.
Lactis ſingulariter.pluraliter hæ lactes; partes ite ſtinoꝝ a græco galactides.
Lactuca hærba quædam dicta:q habundet lactis uel quia nutrientes fœminas implet.hæc & ſarralia dicitur: quia deorſum eius in modum ſerræ eſt.lactuca frigida eſt.non tamen noxii rigoris in cibo ſumpta. faſtidioſos languidos iuuat: prius q̄ habeat ſuccum. imbecillum tamen corpus facit.ex parte ſanguinem acquirit. lac plurimum nutrit fœminis.in uiris tñ uſum ueneris coercet. trita cum ſale combuſtis medetur.
Lectucæ agreſtes ualde amaræ ſunt.ſignificāt flætus pro peccatis.
Lacturnum pagani aiūt deum meſſis adhuc lactescentis.
Laculata ueſtis ē:quæ lacus quadratos cum pictura habet intextos aut additos acu.
Lacunaria quæ cameras ſubtegūt & ornant quæ & laquearia dicuntur.
Lucunaria pendentia luminaria quaſi lucunaria.i. aere lucentia.hoc lucunar ris.
Lacuna dicitur oīs aquarū cōgeries:uorago. fouea aquarum in quibus piſces latere poſſunt.
Lacus dictus quaſi aquæ locus: ſtat enim nec profluit: idem ſtagnum ab eo q ſtet:cuius diminutiuum lacuna facit.
Lacus dicitur: quia per illum decurrit frugum liquor.torcular. hic lacus huius lacus a laqueatus per ſyncopam infernum ſignificat.
Lacum aperire:fraudem parare.
Lael interpretatur aſcenſio.
Lagana cibus editus piſtoria arte.græcum eſt.
Laganus genus panis.primum in aqua poſt in oleo frigitur.
Lageos græce genus uuæ latine præcoquæ dicuntur pro eo q̄ cito ad maturitatem currant. Nam lagos græce lepus dicitur.
Lagos græce lepus a uelocitate ſic dictus.
Lagois græce fulica dicta eo q caro eius leporinā ſapiat auis uel piſcis.
Lagena & ſitula græca ſunt inflexa ex parte ad latinam regulam.illi enim lagenos dicunt uel ſitilenos lagenam & ſitulam uas uinarium.
Laguncula alii interpretes batum tranſtulerunt.
Lagus pater ptolemæi regis ægypti: qui regnauit i alexandria.
Laicus popularis.laos λαος.n.populus græce.
Laios græce loquax.
Lactare lac trahere.
Lama piſcina dicitur a quibuſdam barbaris indē lamiſio propriū.ſic multa ſunt occulta.
Lamaſſe hebræum eſt quod.lxx. interpretes tranſtulerunt in finem magis pro uictoria continent aquila uero id eſt ei q præbet uictoriam.ſymmachus triūphus uel palma.
Lambre:libare.ractu diſtrīgere.lingere.abſorbeē
Lambo bis. unde labium.labrum.a quo labruſca componitur plambo.
Lamæ dicūt cōfracturæ uiarum:quæ fieri ſolent pluuia interueniente.
Lamæ fracturæ cuiuſlibet metalli.
Lamech interpretat percutiens:iſte enim peuſſit & interfeciti caim.
Lamentum:planctus:lamentus uero lecti.
Lamentari gemendo uel flendo miſeriam deplorare & memorare.
Lamentatio: gemitus. fletus lachrymæ. ululatus
Lamia uel ſena in eſaia genus monſtri: ut quidam dicunt.
Lamiæ quas fabulæ tradunt infantes de uentre corripere ac laniare ſolitas & iterum tradere uitæ a laniando dictæ.
Lamiſcæ id ē faſciolæ.
Lamus quidam nobilis a quo lamiæ nobiles.
Lampas græce flamma ī uertice lucens:dicta q̄ in anis uenti motum oſtendere uideatur.
Lampas intepretat lucens uel ardens.
Lampas maior cādela uel maius lumen:inde lāpo id eſt luceo.
Lampas ideo ſolſtitiū æſtiuū dicit.qa tunc lāpas ſolis claritatē & caloré maiorē accipiat.hæc lāpas lāpadis accuſatiuū lampadē uel lāpada lāpades uel lāpadas ſecundū græcos ſicut ſimilia græca.
Lampena ſtellæ nomen.
Lāpius græce in cedula.
Lamprobius ſplendidus ex græco.
Lācuminæ carceres apud ſyracuſas: ubi eſt mons cauatus.
Lamus titonus fuit laomedontis, filius ab aurora amatus.genuit mēnon.
Lana a laniando dicta id eſt uelendo.hīc & uellus dictum q̄ prius lanæ uellerent.
Lana & lanicium idem ſignificant.
Lanarius:rætiarius.
Lances uaſa quibus ſacrificatur miſſoria. hæc lāx lancis ſtatera.
Lancea eſt aſta habens amentum in medio: dcā q̄ æqua lance id eſt æquali amento uibratur.
Lanceola haſtæ ſimilis.
Lancinare:bellicare.trucidare.lacerare.
Landula: alauda genus auis.
Langobardi uulgo ferūtur nominati a lōga barba
Laniare diſcerpere.lacerare.uellere.
Lanificium pro lana.
Lanificium lanæ opificium.
Lanificæ:lanam operantes.
Lanigeræ lanam gerentes.
Laniſta laniarius carnifex a laniando corpora gladiator.macellarius:qui carnes laniat ferro.

Lanicium cura ouium eſt:ut lanas habeant.
Lanugo prima capillatio in barba a ſimilitudine lanæ uel quaſi lana ſupra poma.
Lanus fluuius fertur ultra danubium:a quo alani dicuntur.
Lāx:uas quoddā. ſtatera.trutta.diſci genus priſc. hæc lanx lancis.
Laos λαος græce populus. unde laici quod plebs dicitur.
Laodicia ciuitas aſiæ interpretatur tribus amabilis
Lappa hærbæ genus dicta ꝙ habeat caule ingentē per terram diſpoſitū.hæc a græcis philatropos dicitur ꝙ ueſtibus inhæreat.
Lappago genus hærbæ.Horatius.
Lapatus hærba breuis.
Lappacia uel lappella genus hærbæ: hæc in cibo ſumpta ſtomachum confortat:uētrem reprimit. urinam prouocat.ructum excitat:naſcitur locis fabuloſis & lateribus.
Lapis dictus ꝙ lædat pedem: dura uel mollis petra.
Lapidicina locus ubi lapides cæduntur.
Lapidicides artifices lapidum.
Lapidare lapidibus obruere dilaniare.diſſipare.
Lapidarii campi in liguria eſſe dicuntur.
Lapillus paruus lapis. uel gemma.
Lapis deriuatur lapillus.lapideus.lapidoſus.
Lapido as lapidatio lapidator lapidarius.componitur dilapido lapidicides lapidicidium.
Lapis uel lapides chriſtum deſignant & ſanctos diſcipulos:& in alia parte duros corde ſignificant.
Lapides precioſi. xii. iſtis nominantur noibus.
Iaſpis:ſapphyrus:calcedōius.ſmaragdus: ſardōix ſardius:chriſolitus: berilus:topacius:chryſopaſſus.ametiſthus: hiacynthus.
Lapis iaſpis uiridis eſt coloris unde dominum ſignificat:qui eſt paſcua pabulū & refectio oīum electorum.ſignificat etiam electos :quorū fides nunq̄ marceſit ſed ſemper in operationis uigore perſeuerant.Secundus lapis ſapphyrus:licet i ſua natura non ſit precioſus ſed in myſterio ualde p̄ clarus. Nam æ eum colorem habens ſignificat ſanctos qui cæleſtia mente petunt dicentes cum apoſtolo:noſtra cōuerſatio i cælis eſt. Tertius calcedonius:multo eſt uilior q̄ ſapphyrus in natura:ſed myſtice & ipſe ualde inuēitur.precioſus. Eſt enim fortiſſimæ naturæ adeo ut omnium ſculpētium argumentis reſiſtat:unde ſignificat ſanctos fortes:& qui iuncti ſunt iter aduerſa huius ſæculi. hēr ēt idē lapis ſimilitudinē lucernæ pallentis: i quo ſanctoꝝ humilitatem ſignificat qui in præſenti uita pallidi id eſt deſpicabiles habentur .ipſi tamen in obſcuro loco lucēt .aliis lumē ſcientiæ & ardoris fidei & dilectionis demōſtrant. Quartus ſmaragdus precioſus eſt in ſui natura.ſed precioſior in electorū figura:qui tantæ eſt uiriditatis:ut omnium ſuperet uigorē hærbarum.aerem etiam circunfuſum uel imagines aſpicientium uirides reddat ſi moles eius fuerit ampla.huius genera lapidis ſunt multa:ſed prēcioſiſſimus inuenitur in ſcythia regione deſerti: quos tamen gryphes cuſtodiunt cum quibus arimaſpi homines unum oculum habentes bellum gerunt:ipoſq; lapides eis auferūt.lapis itaq; ſmaragdus nimiæ uiriditatis chriſtum ſignificat:qui paſcua æternæ refectionis ſuis daturus eſt fidelibus:& in deſerto.i.in ſecretis cordibus fidelium & a terrenis curis remotorum reperitur. Sed gryphes id ē maligni ſpiritus eum tollere fidelibus nituntur:non ſuæ cauſa ſalutis:ſed fidelium inuidia:quem tamē arimaſpi.i.electi unum oculum mentis habentes:cū malignis ſpiritibus pugnantes ſubripiunt .ſic quoq; per hunc lapidem deſignātur:quoꝝ fides nunquā marceſit:& alios ſuæ uiriditatis exemplo & doctrina erudiūt:& i xpi doctrina confirmant.Quintus ſardonyx compoſitum ex ſardo & onyce. cuius genera ſunt plurima: ſed precioſior tribus coloribus diſtinguitur in ſubteriori nigro.in medio rubicundo.in ſuperiori cādido uel aliter:primam partem habet nigram:mediam candidam:uperiorem rubeam ſignificat ſanctos: qui nigri id eſt contemptibiles uidētur ſed tamen innouati per gratiam baptiſmi ſplendore fidei & albedine uirtutum adeo irradiantur:ut ſi neceſſe fuerit p charitatis officiū proprium ſanguinem fundāt id eſt rubeum. Sextus ſardius qui terræ rubræ ſpeciem habet:& ſignificat ſanctos: qui licet ad ſublimia intuenda ducantur: ſuam tamen ſemper ſtudent recognoſcere fragilitatem. recordātes ſe eſſe filios adæ q terra rubea interpretat: unde & hic bene ſextus ponitur:quia ille ſexto die creatus eſt:cui dictum eſt, Terra es:& in terram ibis, Septimus chryſolithus.qui quaſi aurum fulget & uidetur emittere ex ſe quaſdam ardentes ſcintillas:cuius ſpecies illos ſignificat qui i luce ſupernæ ſapiētiæ reſplēdent: ſuaſq; uirtutes atq; ſentētias cum uerbo exhortationis: uelut ſcintillas in proximos effundūt:quibus ad amorem dei & proximi alios accēdunt. Octauus berillus:qui uiridem & pallētem colorem habet:qui illos deſignat: q æternorū & dei contemplationi inhærentes cura fratrum ad pallorem redeūt.dum exteriora temporalia per uitam actiuam fratribus miniſtrant. Nonus topacius qui lapidū omnium colores i ſe habet: ūde & dicit quia παρ græce totum dicitur:quo nihil reges carius i theſauris ſuis hrē poſſūt. naſciturq; in inſula ægypti: quæ dicitur topacion:ſignificat ſanctos oībus uirtutibus refertos multiſq; uirtutibus quaſi coloribus relucentes. Decimus chryſopaſſus:q aurei & uiridis ē coloris: quod ipo noie manifeſtatur parum diſtans a berillo. ſignificat electos ſapientia reſplendentes & uiriditate fidei ſemper ad cæleſtē uiriditatē tendētes. Vndecius hiacynthus qſimilis aquæ eſt radio ſolis pfuſæ: ſignificat electos ſapīa non humana ſed diuina repletos:quæ ſignificat per radios ſolis aquæ imiſſos. Duodecimus ametiſthus.q tribus principalibus coloribus reſpgitur id eſt purpureo:uiolaceo

& roſeo per quod ſignificat ſanctos: qui cæleſtem habitum gerunt in terris: & ad ſocietatem angelorum uēturi ſūt cæli. quod deſignatur per purpurā: quæ præcipuū & regale eſt indumētum. In uiola quæ humilis eſt hærba & tamen optimum habet odorem, humilitas illoꝝ exprimitur cum bonæ opinionis odore. In roſeo autem colore charitas ītelligitur: quæ in tantū in illis uiget: ut uſq; ad paſſionem martyrii nō ſolum pro amicis: ſed etiam pro inimicis ipſis proſiliat.

Lapiſtrum genus hærbæ.

Laphytæ gentes theſſaliæ fuiſſe perhibent iuxta pelion montem a laphyta filio apollinis dicti hi laphytæ centauri ſunt.

Lapſana genus hærbæ græce, ipſa eſt & amoracea.

Lapſus: decurſus. a labor eris.

Lapſina lapſus. laptatum potio e lacte.

Laqueare: uincire. ligare: unde laquear id eſt funis cathænā: nam laqueus uinculum retinaculum.

Laquearia ſunt: quæ cameras ſubtegunt. hæc & lacunaria: quod lacos quoſdam quadratos uel rotundo ligno uel gypſo uel coloribus hēat priſc. hoc laquear ris id eſt tabulatum a laqueo.

Laquearia cameræ. cathænæ aureæ ornamenta tectorum, funiculi de quibus candelæ de camera ſuſpenduntur ut ſtili candelarum.

Laqueus: uinculum, rætiaculum quo irrætiunt pedes animalium: unde laqueo as id eſt implico.

Laqueatus: receptaculum, purus & ornatus.

Laqueariorum pugna erat fugiētes in ludo homines iniecto laqueo impeditos: conſecutoſq; proſtrare: amictos umbone pelliceo.

Lardum pro laridum dictum q; in domo conſeruetur. nam lares domos antiqui dicebant.

Lar laris maſculinum domus uel ignis.

Lares domus uel familiæ dii patrii aræ foci. ſacra penetralia.

Larex ſpecies arboris a caſtello laricino dictus.

Largiri: tribuere. priſc. largio pro largior quod cōmune antiquitus.

Largitio: retributio, præmium, merces.

Largitas ē donatio humanitatis: largitio uero ambitionis.

Largius uel largiuſcule uberius. affluentius affatim plenius.

Largus: munificus, humanus: unde largitas elemoſynarum.

Laryſſa ciuitas theſſaliæ unde lariſſeus id eſt theſſalus. laryſſa urbs illyrici nobiliſſima.

Larius lacus eſt uicinus alpibus per. xl. tenditur milia.

Laruus: umbratilis, falſidicus, maleficus.

Larualis: dæmoniosus, incantator.

Laruæ ex hoībus facti dæmones dicuntur qui mala meriti fuerunt: quaꝝ naturam eſſe dicunt terrere paruulos, in angulis garire tenebroſis.

Laruæ noxiæ umbræ. damnatorum animæ.

Larua imago: quam portant ante uultum.

Larunda, quidam lamiam dicunt.

Larus in pentatheuco gauiam ſignificat: auis quæ ſolet ſemper ſedere aquis.

Laſſare: fatigare, grauare.

Laſſanum uaſis genus: in quo exoneratur uenter.

Laſſer hærba quæ naſcit in monte hoſco bagi: ubi & ganges fluuius naſcit: cuius ſuccus primum dictus laſeri dicū: qm̄ manat i modū lactis deinde uſu deriuatiue laſer: hoc & a qbuſdam opiū cyre naicū dr̄: quia apud cyrenas naſcitur.

Laſer generis neutri legumen eſt.

Laſſaſco is: laſſare incipio. infirmor.

Laſciuus a um libidinoſus, fœdus, petulans, molliſſimi actus homo.

Laſciuia a luxu dicit: petulantia uero ab eo q; male petit alienum pudorem.

Laſciuia: iocus, petulantia.

Laſciuio is laſciuiui. id eſt luxurio.

Laſſus: labore fatigatus, grauatus.

Laſſitudo: fatigatio.

Laſſus pticipiuum pro laſſatus per ſyncopam.

Lata ampla, patula ſpatioſa.

Latebra: locus occultus, a latēdo, latibulum.

Latebratim: occulte.

Latefurens nimis furens.

Late loca omnia loca.

Late longeq; quadrum eſt.

Latebroſus: obſcurus, occultus.

Latere: occultari.

Lateo es deficit futuro infinito ſicut plæraq; neutra ſecundæ coniugationis.

Lateo, inde deriuatur latex latens latus, unde lateralis latito as: latebræ latebroſus: latibulum latesco ſcis: latrina latro latrocinium latrocinor latium: latinus latenter, componitur deliteo.

Lateranum palatium fuit neronis quod dictum ē uel a latere ſeptentrionalis plagæ qua ſitum eſt uel a laterana quam nero dicitur peperiſſe cum tradidit ſe uiro. in quo pallatio nunc magna ē ecclesia romæ.

Lateres & laterculi dicti q; lati formentur circumactis undiq; tabulis quattuor.

Laterculi ſcindulæ. lateres autem crudi ſūt qui & ipſi inde nominati q; lati ligneis formis efficiuntur, priſc. hic later lateris.

Laterculus pedis unius in latitudine. xxiiii. uncia rum in longitudine.

Laterculum dictum q; ordinem habeat ſtratum annorum.

Laterem unius caſus quanuis ablatiuus eius ſingularis & nominatiuus & accuſatiuus plurales inueniuntur.

Latero as.

Laterna dicitur eo q; in ea ignis lateat. uas lacernæ eſt.

Latex aqua quæ latet in uenis ideſt proprie liquor fontis.

Latex uinum etiam dictum q; in uaſis lateat.

Latitia: ſpatioſa aditu.

Latibulum, tenebroſum, luſtrum.

Latiæ: mundiciæ, uel latinæ.

Latiare: latinare.

Latifundus:late possidens.
Latini a latio rege fauni filio dicti sunt. Nam latinus Italiæ rex fuit:qui ex suo nomine latinos nominauit:qui postea romani appellati sunt. hi & quirites.
Latinus proprium regis soceri Aeneæ. uel gentile a latino latinus.& possessiuum: ut latinus ager latina familia.latinum uerbum, latium autem uel a latendo uel a latitudine nominatur. a latino latini tas a latialis uel latiaris commune triũ generum compõitur latinigena:quomodo troiugena i in u propter geminationem mutato.
Latinus filius fauni filii pici:filii saturni. Virg. primi bere.
Latinæ sacrificia in latio cõstituta ioui.
Latium pars italiæ dictum:q; saturnus a ioue fugiens ibi latuerit.
Latium pro Italia.
Latium urbs Italiæ a saturno condita.
Latitudo:superficies.planum.
Latomi in regnorum libro lapidum cæsores græcum est.
Latona dianæ & apollinis mater.
Lator:portator.a feror ferris.latus.
Lathos arboris genus.
Latratus est uox canum.
Latrare ad canes pertinet.uel indecenter. uel importune uerba proferre.
Latrator Anubis dicitur Mercurius apud ægyptios capite canino figuratus.
Latrefontes græce letuientes.
Latrensis seruitus.
Latria græce dicit seruitus soli deo neq; ulli creaturæ debita,unde idolatria dicitur.
Latria:secessus.publicus locus ubi lauari solebant sordida.locus priuati secessus a lateo.
Latro incessor uiarum a latendo dictus. uel a lateris custodia.
Latro est qui furatur & occidit. unde a latitando in insidiis dicitur, fur uero est qui alienum aliquid occulte & timẽdo subtrahit a futuro ideſt nigro dictus.
Latro aliquando uenator.
Latrus leuus.
Latro a latendo dictus communis generis, latroci nor aris.
Laturnus deus lacteſcentibus frumentis pfectus.
Latus dictum qa iacentibus nobis latet .prisc. hoc latus teris:unde latero as lateralis.
Latus ta tum:spaciosum,diffusum,unde latior latissimus latitudo latus tior latissimus.
Lauare:abluere delere.
Lauo as & lauo is in una significatione sed lauis ,p humectas magis dicit & antiquitus præteritum laui supinũ lautum qd' ãtiquitus lauatum.
Lauacrum balneorum genus. ablutio. baptismus a lauando.
Laudare : celebrare.extollere.
Laudatio ẽ ipsa laudãtis oratio:laus uero ipsa uirtus innitens: quæ etiam sine celabratione constat.
Laudunæ ecclesiastica uasa.
Laude is.proprium ciuitatis.
Lauerna dea furum. uel latro qui alienos filios seducit.
Lauerna:ferramenta latronum.
Lauina uxor æneæ latini regis filia : a qua lauinia urbs unde lauinia littora.
Lauinium æneas in italia cõdidit cui uxoris nomẽ dedit.
Lauinum prius dictum a lauino fratre latini post lauinium a lauinia.
Laumedon qui constructa troia nõ soluit uota numinibus.
Laomedontia pubes troiana.
Launechil id est talio.
Laurus a uerbo laudis dicta:hæc.n. cum laudibus uictorũ capita coronabat, apud antiquos autem laudea nominabatur.hanc græci daphnẽ uocant q; nunq; deponat uiriditatem.
Laurus,inde laureatus ta tum proprium laurentius & laurentia & compræhensiuum laurentum & myrtetum & laureus a um. hic laurus ri & laurus laurus.
Laurentum proprium ciuitatis dictũ a lauro iuenta in arce ubi latinus stabat. inde patronimicum uel possessiuum hic & hæc & hoc laurens.
Laurea:uictoria. corona.
Laureatus:coronatus.
Laureus laureolus diminutiuum prisc.uictoria.
Laus laudis ipsa uirtus innitens.
Laus:claritas.ornamentum.decus. gloria nomen.
Lausantes:lauantes.
Lautumni:custodia carceris.
Lautumniæ:uincula.cathænæ.carceres.
Lautumnium supplicii genus a tarquinio superbo inuentum ad nomen sceleratorum.
Lautus:locus generosus:honestus.celebris.a lauo lauas.
Laxa:luxuriosa.indulgentior.
Laxamentum:spatium.requies.intermissio.
Laxare aperire indulgere.
Lazarus interpretatur adiutus eo q; morte a domino fuerit resuscitatus.
Lea:leo fœmina leæna.
Learius leonis filius.
Lebes uas coquendi aliquid sup ignem olla ænea.
Lebes tis secundum regulã prisciani fœmininum est:sed tamen ouidius masculinum facit. Viginti fuluos operoso ex ære lebetes.
Lebetes ænea sunt uasa in usu coquendi.græcũ est cacabi minores uel ollæ.
Lebeta olla generis fœminini.
Lebecinæ popinæ.
Lebeus interpretatur corculus a corde. idem & tadæus.ipse & iudas iacobi.
Lebna interpretatur candor. dealbatio.
Lecebra:seductio.occulta blandicies.uoluptas.
Lechitus in regnorum libro ampulla olearia.
Lecitator prouocator.
Lectica:stratus.storia camera.cubile. grabatũ pul

uinar.ſpingæ.punicati.ſpona.pluteus genialis cunabula.feretrum.capulus.ſcamnum.ſcabellū ſuppedaneum.ſcanſilia.ſedes.thorus.paluſtrū. thronus.ſubſella.cathedra.ſoliū.ſella.ſubſellia curialis.tripodes.

Lectica lectus imperatorꝫ.ſponda uero exterior ps lecti.pluteus interior.

Lecticæ a lectis hærbis dicuntur: quibus conſules portabantur.

Lecticalis dicitur qui facit lectulos.

Lectio dicitur quia non cantatur ut pſalmus uel hymnus ſed legitur tm̄: hic enim pronunciatio ſola quærit.illic modulatio.unde oportet ut quando pſallitur ab omnibus pſallatur: cū oraf ab ominibus oref:cū lectio legitur facto ſilentio ab omnibus audiatur.

Lecti pro electi.primi.

Lecti filia fratris.

Lectiſternia ubi homines ſedere uel iacere conſue uerunt.

Lectito as frequenter lego.

Lectores a legendo uocati:hi enim prædicāt populis quid ſequantur.Idem & pronunciatores dicū tur q̄ porro annuncient.Tanta enim & tam clara erit uox eorum ut quanuis longe poſitorum au res adimpleat.quorum ordo a prophetis cœpit quibus dicitur: clama ne ceſſes.porro uox lectoris ſimplex erit & clara & ad omne genus pronunciationis accommodata plena ſucco uirili agreſtē & ſubruſticum fugiens ſonum.Nō humilis nec adeo ſublimis:non fracta nō tenera nihilq; fœmineum ſonans:non cum motu corporis: ſed tantū cum grauitatis ſpecie.Auribus enim & cordibus conſulere debet lector: non oculis: ne potius ex ipſo ſpectatores magis q̄ auditores faciat.

Lector dicitur a colligendo animo quæ legit q̄ſi collector.uel a legendo id eſt percurrendo unde nauis dicitur legere quicquid tranſit.

Lectus lectulus a lectis hærbis quibus fiebat dicit: ſignificat requiem.Aug.uel uoluptates corporis

Lecturio legere uolo.priſc.a lectu.lecturio meditationem ſignificat.

Lædere:percutere.detrahere.carpere.

Lædo is læſi læſus læſura.

Ledona æſtus maris:decreſcens dicitur.

Legale ex lege ſicut imperiale ex imperio.

Legalis rectus:talis qualem lex præcipit.

Legat: teſtamento donat uel allegat: legationem faciat.

Lego as legationem facio uel mitto.lego gis lectionem lego.Eſt autem in prima ſyllaba differētia nam lego gis penultima breuiatur:lego as penultima longa.

Legatum:legatio defuncti.

Legatarius teſtationis eſt cui aliquid teſtamento delegatur relinquitur & donatur.

Legatus:internuncius.uel miſſus.

Leges diuinas moyſes primus omnium hebræis explicauit:phoroneus uero rex græcis.Mercurius trimegiſtus ægyptiis.Solō Athenienſibus.lycurgus lacedæmoniis: ex Apollinis auctoritate.Numa Pompilius qui Romulo ſucceſſit in regno:romanis primus leges dedit.Deīde cum populus ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet: decem uiros legibus ſcribendis creauit:qui leges ex libris Solonis in latinum tranſlatas duodecim tabulis expoſuerunt.leges autem redigere in libris primus cō ſul Pompeius inſtituere:uoluit: ſed non potuit paulatī uero antiquæ leges uetuſtate atq; in curia exoluerunt.Nouæ autem a conſtantino cæſare cœperunt & reliquis ſuccedentibus erantq; permixtæ & inordinatæ: poſtea Theodoſius minor Auguſtus ad ſimilitudinem rogatiani & hermogeniani codicem factum conſtitutionem a conſtātini temporibus ſub proprio uniuſcuiuſq; imperatoris titulo diſpoſuit:qui theodoſianus dicit. Sed Iuſtinianus melius & in integrum leges reſtituit.Omnes autem leges aut diuinæ ſunt:aut humanæ.diuinæ natura:humanæ moribus.Fas lex diuina eſt.Ius humana. Traſire per alienum fas eſt.ius non eſt.Ius generale nomen eſt:lex autem iuris eſt ſpecies.Omne enim ius legibus & moribus conſtat.Nam lex eſt conſtitutio ſcripta a legendo uocata.Mos autem longa conſuetudo de moribus tracta.Conſuetudo uero ius quoddam moribus conſtitutum: quod pro lege ſuſcipitur cum lex deficit.Nam differt: ſcriptura an rōne conſiſtat:qn̄ & ratio legem commendet.Porro ſi rōne lex conſtat:lex erit oē quod ratione conſtituerit dūtaxat quod religioni congruat:quod diſciplinæ cōueniat: quod ſaluti pficiat.Cōſuetudo autem uocata quia in cōi eſt uſu.lex eſt conſtitutio populi.quod maiores natu cum plebibus ſanxerunt.Nam quod rex uel imperator edidit: cō ſtitutio uel edictum uocatur.

Leges quædam ab his dn̄r qui eas cōdiderūt.Satyra lex:que de pluribus ſimul rebus loquit.Rhodiæ uero naualiū commertiorꝫ ſunt a Rhodo inſula:iu qua antiquitus uſus mercatorum fuit.

Leges:ſocietas.pax.fœdus.conuentio.

Legere nauticum uerbum eſt: quia nauis dicit legere quicquid tranſit.lectitare uero ad frequentiam refertur: nam legere ad tempus.

Lego gis legi lectus.Ex eo compoſita præteritum eiuſdem ſeruant.ut colligo collegi relego relegi quod dn̄iæ cauſa non mutat le in li:ſimiliter perlego.Excipiuntur mutātia ſimplicis ſignificationem.Negligo neglexi diligo xi.intelligo intellexi:quid antiqui interlego dicebant.

Legere librorum dicimus uel ad cuſtodiendum commendare.

Legere præterire uel colligere ſignificat.

Lego gis gi lectus lector trix tio.lex legis unde legalis inter.componitur legitimus: legiſperitus: legiſdoctor.legifer:exlex:eligo:præeligo.deligo diligo:relego:perlego:negligo: colligo.& quæ ab his fiunt.deriuatur legumen:unde liguria.ligurio ris.lecturio ris.lectito & ſecundum quoſdam lego gas:unde legatus legatarius legatio: cō. ponitur delego:relego:collega.

Legio ſex milium armatorum eſt ab electo uocata quaſi lecti id eſt armis electi: proprie autem macedonum lingua phalanx, caterua gallo⁊ noſtra legio dicitur. habet. lx. centurias uel centenarias xxx. manipulos. xii. cohortes. cc. turmas.
Legio minor ſex milium: legio maior. xii. milium
Legionaria: legalia de legione.
Legiorecar: legis conſtitutor.
Legumen a legendo dictum quaſi electum. ueteres enim meliora quæq; legebant id eſt fabam: lenticulam: piſam. ſiue q̄ manu legantur nec ſecentur.
Leucos λεῦκος id eſt albus.
Lex lelegis penultima corripitur proprium gentis: uel cum lex legitur & non fit.
Lælius quidã ſeueriſſimus romanus fuit: ad quẽ ſcripſit Cicero libros de amicitia.
Lemannus fluuius galliæ: a quo lemanni.
Lemannus lacus prope laſonnam.
Lembus nauicula breuis: quæ alias dicitur cymba & caupillus.
Lembus genus nauiculæ uelociſſimæ: quas dromones dicunt.
Lembus ueſtis regia.
Lemniſcæ id eſt faſciolæ purpureæ.
Lemniſcata id eſt maior palma gladiatorum.
Lemnias in libya credunt naſci truncos ſine capite oculos & os in pectore habentes.
Lemnia genus monſtri.
Lemnos inſula uulcani: inde lemnius uulcanus.
Lemnius luctuoſus dicitur.
Lemnunculus lembus.
Lemnones laruæ animæ mortuorum.
Lemnones umbræ quædam: quæ cum corporibus morãtur: uel quaſi a remo cuius umbra inſequebatur fratrem ſuum Romulum.
Lemures umbræ fugillatoꝝ dicti quaſi lareſmo.
Lemures diabolicæ imagines: quæ apparent in nocte noxiæ.
Lepſis græce ſumptio dicitur.
Lena græce amictus uilloſus: rotũdus duplex qua infulati flamines ſacrificabant. huius inuentor dicitur lenas.
Lenas proprium cuiuſdam qui inuenit lenam.
Lena id eſt coitus. ſagum quoddam. uel palla.
Leæna leo fœmina. leæna fœmininum leonis fœmina.
Leneos. martius menſis dicit lingua punicorum.
Lenæus liber a leniendo corda. dicit. n. q̄ ipſe inueniſſet uinum. uel a lacu i quo expreſſum uuis uinum currit: qui lenos græce dicitur.
Lenis: dulcis. manſuetus. communis. placidus.
Lenire: placare. mitigare. mulcere.
Lenimentum. placatio uel ſpecies qua lenit luna.
Lenitas: manſuetudo. miſericordia.
Leno præpoſitus meretricum ſiue ſeductor: dictus q̄ mentes miſerorum blandiatur & leniendo ſeducat.
Leno lenunculus uel lenulus.
Leno a leniendo dictus: communis generis: inueniꝫ tur tamen fœmininum lena.
Lenocinari: ſeducere. conciliare. turpi adulatione blandiri.
Lenocinium: meretricatio. circunuentio. ſeductio
Lenos græce lacus: in quo uua exprimitur.
Lentare: tardare.
Lento as actiuum eſt: unde lenteo: inde lenteſco lẽteſcis it ſenſim ſe flectit. de uirgultis dicit.
Lentaculum: cruſtacia.
Lenterna: uincula modica.
Lentea: fouea.
Lente: paulatim. gradatim. tarde leniter.
Lenticula in regnorum libro uaſculum æreũ quo ungebantur in regno a liniendo dictum.
Lentis: nauis puſilla.
Lens lentis, legumen.
Lens dis alis. lentis genus leguminis dicta q̄ humida & lenta ſit. uel q̄ adhæret humida. hæc i cibo ſumpta deducit magis uentrem. & urinam.
Lentigo eſt ueſtigia macularum parua in rotundo a ſpecie lenticulæ dicta.
Lentiſcum genus uirgulti dictum q̄ cuſpis ipſius lenta ſit & flexibilis & mollis. huius fructus oleum defudat: cortex uero reſinam: quæ maſtix dicitur.
Lentiſcus arbor.
Lentus mons Arcadiæ.
Lentum: molle. tenue. & quicquid flexibile eſt.
Lentus: tardus. ſegnis. inefficax. languidus. ocioſus
Leo græce rex iterpretat eo q̄ princeps ſit oium beſtiarũ. cuius genus trifariũ dr. i. breues iuba criſpa: q̄ ibelles ſũt lõgi & coma ſimplici acres aio.
Leo eſt corruptum: leæna uero totum græcum eſt lea uſurpatiue dicitur.
Leo quirum ſignum quem fortiſſimum hercules in græcia interfeciſſe dicitur: indeq; inter aſtra collocatum ob memoriam eius uirtutis: ſeu quia præeſt quadrupedibus: uel quia ſicut leo fortior eſt cũctis animalibus: ita ſol cum ad hoc uenerit plus feruet. Ad caudam eius ſeptem ſunt ſtellæ i triangulo crines Beronicis.
Leon leontos græce declinatur. Amb.
Leo piſcis eſt genus.
Leo leæna uel lea. Quinq; ſunt quæ faciũt fœminino in a. Draco dracæna. leo leæna. leno lena. caupo caupona: ſtrabo ſtraba. hæc communia eẽ tam ipſa natura q̄ exempla græcorum oſtendũt: niſi quia faciunt in a fœmininum.
Leo ſignificat chriſtum. in malo etiam diabolum ſæculare regnum.
Leo leonis. a quo leæna. leoninus leopardus leodarus.
Leontofomos beſtia: cuius cinis cum carne datus leonem interficit.
Leopardus ex adulterio leænæ & pardi naſcitur & tertiam originẽ efficit: unde & dicitur.
Leochryſus gemma eſt colore aureo uena candida interueniente.
Lepidum: molle. dulce. gratum. a lepore quod ẽ molliſſimum animal.

Lepidus facetus & homo mollis. Facetus uero qui iocos factis cõmendat.
Lepiſtum genus uaſis.
Lepiſtum uas uinarium antiquitus dictum.
Lepiſta genus uaſis.
Lepitudo epiſtola.
Leporina genus hærbæ dicta q̃ caulem mollem mittat id eſt faturiona.
Lepos leporis eloquentia uel facundia: hic lepus: leporis. priſc.
Lepos: urbanitas. iocunditas: uoluptas a lepore quod eſt molliſſimum: unde gratum aliquid lepidum dicimus.
Lepra aſperitas cutis cum pruritu & ſquamoſa laphitæ hærbæ ſimilis unde nomen ſumpſit cuius color nunc in nigredinẽ uertitur: nunc in albedinem nunc in ruborem. quæ ita dinoſcitur ſi uariatim inter ſanas cutis partes color diuerſus appareat: aut ſi ita ſe ubiq; diffundat: ut omnia unius coloris q̃is adulteri faciat.
Lepre eſt albor in cute: non candor a pruritu dcã.
Leproſus a pruritu nimio ſcabiei dictus.
Leptis oppidũ africæ in prouincia tripolitana.
Leptis filius fratris.
Leptoperitæ: minutæ febres.
Leptomeres græci dicunt oleum ſabinum: quod eſt oĩum tenuiſſimæ uirtutis & penetrabilis.
Lepus orionis uenantis canem fugit.
Lepus blandicies.
Lepus aĩal timidũ quaſi leuipes dictum. quia uelociter currit. unde græce lagos dicitur.
Lepus ſignificat timentes deum & humiles.
Lepus leporis maſculinum tantum tertiæ declinationis us correpta ſolum inuenitur: unde lepos lepuſculus: unde & lepuſcellus: diminutiuũ animal timidum.
Lepuſculi teſſeræ dicunt: qa exiliendo diſcurrũt
Lepus genus piſcis de ſimilitudine capitis dicitur
Leretitæ. a lertæ id eſt inuectio.
Lerna lacus uel palus in arcadia: ubi fuit ſerpẽs hydra cum multis capitibus: quæ ab hercule interfecta eſt.
Lernæus anguis hydra: quæ in lerna interfecta dicitur.
Laertia regna: i qbus laertes regnauit pater ulyxis
Laertiades ulyxes.
Leſbos inſula in troade: unde leſbos alceus.
Leſbia damnoſe bibens. interpretatur.
Leſtes λῃϛὴϛ græce latro. cõmune eſt. priſc.
Leſtrigones feri homines gigantes: unde dicitur leſtrigonia populi ætnæ inſulæ: qui humana carne ueſcebantur.
Læſus a lædor ris. afflictus. offenſus triſtis.
Læta: gaudens. fertilis. luxurians. hylaris. pulchra
Lætamur de noſtris bonis: gratulamur de amicorum.
Lætamen dictum eo q̃ ſuo nutrimẽto læta reddat gramina: lœtale uero mortiferum nam lœtum mors dicitur.
Leraniæ græce: latine dicuntur rogationes: quæ in ducuntur propter rogandum deum & impetrandum. Exhomologeſis uero pro ſola confeſſione peccatorum accipitur.
Letargia eſt oppreſſio cerebri cũ obliuione & ſomno. a ſomno dicta.
Letargius mortifer.
Letargus genus morbi id eſt obliuio mentis quia letes obliuio dicitur græce: unde letea id eſt obliuioſa. hinc etiam leteus fluuius iferorum ex quo qui potat quicquid paſſus eſt obliuiſcitur: & ad ſuperos reuertitur iterum corpora ingrediuntur animæ: hoc poetæ fingunt.
Letargus quo comprimuntur ægri ad falſum ſomnum.
Letafagi obliuionem edentes.
Lœtifer mortem ferens: nam lœtum id eſt mors.
Lœtiferum: mortiferum.
Letitia eſt mentis gaudium cum uitiis mixtũ: cuius lator liber eſſe dr: exultatio uero uerboꝝ atq; membrorum.
Lætor aris deponens abſolutum.
Lætor id eſt gaudeo græce εὐχαριϛέω ἔχαριϛ ϛῶ eucariſto.
Lætus per æ ſcribit qd' a latitudine dr: uñ lætitia lætor aris: nã lætus dr eo q̃ mẽtis gaudio dilatet lœtũ uero. i. mors: qd' per œ ſcribit quidã per ſe dicunt uenire. quidã a leo les id ẽ deſtruo quod iñ in uſu non eſt ſed componitur inde deleo.
Læua dicitur quod aptior ſit ad leuandũ aliquid & portandũ: ipſa. n. gerit clyperum enſem & alia ut dextra ſit expedita. unde leuus a um id eſt miniſtrum uel contrarium Virgilius. Si mens non læua fuiſſet id eſt ſtulta. Item ſi quæ numina leua ſint pro proſpera.
Leuare: erigere. adiuuare. ſoluere. ficere: unde leuamen id eſt ſolatium. adiutorium: requies oblectamentum.
Leucas leucadis uel leucadium ꝓmontoriũ ẽ: ubi pugnauit Antonius cum auguſto.
Leucate in ꝓmontorio epiri: i quo octauiãus uicit Antoniũ & cleopatrã. a nitore niuiũ dcũs. nam λεῦκον græce album & eſt iuxta ambrachiam.
Leucas bellũ nauale: quod octauianus geſſit cum antonio.
Leutare mons eſt in arabia.
Leuce ciuitas iuxta hadriaticum mare.
Leucon græce album.
Leuca græce alba.
Leucas ſignificat cucullum.
Leucothoe ἀπὸ τοῦ θοῶ curro filia orcami uel leucothea id eſt alba dea: quæ eſt aurora.
Leucrocota animal uelociſſimum in india.
Leucocinus aqua & oleum.
Leuda compoſitura in longum.
Leue: ſubtile inualidum. friuolum.
Leuga finitur paſſibus mille quigentis.
Leugas galli uocant: græci uocant ſtadia. nos miliaria.
Leui interpretatur aſſumptus id eſt ex omni populo electus uel additus ſiue appoſitus: dixit

enim lyacum eum peperit: mecum erit uir meus: quia peperi ei tres filios. hic fuit duodecimus filius israel. qui electus est ex omnibus ad portanda uasa uel ministrandū deo in tabernaculo uel in templo. a quo leuitæ dicti sunt.

Leuitan id est serpens de aquis: qui in huius sæculi mari uolubili uersatur astutia. interpretat autē hæbraice leuithan additamentum eorum hominum. s. quibus in paradiso semel culpam prauaricationis intulit: & hāc usq; ad æternā mortē psuadendo quottidie adiicit.

Leuidensis uestis dicta quod raro filo sit dēsata: leuiterq; extensa.

Leuigare: polire. linire. dealbare. lucem facere uel lenem.

Leuir uiri frater dictus quasi a læua uiri uel leuis uir id est sinister: læuir ri a uiro componit.

Leuita uasa ænea.

Leuis: inanis. uentosus uacuus. uanus uel imberbis & lenis pulcher.

Leuis si instabilitatem mentis uel exilitatem pōderis significat breuis est le: si uero planum uel lenitatē tactus: uñ leuigatus. longa fit le.

Leuitas. uelocitas uel inconstantia.

Leuis lenis in uerbis dicitur.

Leuiter: summatim. tenuiter.

Leuitæ de nomine auctoris dicti: de leui enim nati sunt. hi græce diacones. latine ministri dicunt. hic leuita leuitæ.

Leuiticus liber appellatur eo q; leuitarum ministeria & diuersitates uictimaꝝ totusq; i eo ordo leuiticus annotetur.

Leuitorium: colobiū lineū sine manicis qualibus monachi ægyptii utuntur.

Leuum: sinistrum contrarium.

Lex est quam populus centuriatis comitiis sciuerit & decreuerit.

Lex est mens & animus consiliū atq; sīa ciuitatis a legendo dicta.

Lexis græce latine locutio id est quælibet syllaba uel uox quæ scribi pōt.

Lexis lexeos hoc est dictionis uel elocutionis.

Lexa: luxuriosa q̄si laxa id est inutilis.

Lia: amurca.

Liaues: ruinæ.

Lya interpretatur laboriosa: utiq; generando plurimos labores q̄ rachel fœcūditatæ pariendi experta est.

Liba: degustamenta sacrificiorum prima dicta eo q; libeant & placeant: hæc & placēta dicunt. hoc libum singulariter.

Libare: sacrificare. gustare. fundere. leuiter tāgere

Libamina prima sacrificiorum degustamenta.

Libanus phœnicum mons: in quo cedrorum arbores etiam maximæ & excellentissimæ sūt præcæteris arboribus.

Libanus montibus terræ iudææ præcelsior est. significat christum.

Libanus interpretatur candidatio. cuius ea pars q̄ est super eum ed orientalem plagam respiciens: antelibanus. i. contra libanum appellatur.

Libanus quæ & thus dicitur: arbor arabiæ inmēsa succū aromaticum fundens dicta a mōte arabiæ ubi sabæi sunt: nam mons eorum libanus dicitur ubi thura colliguntur: unde scriptum est odor tuus sicut odor libani.

Libanum: thus masculum.

Libanum annes thuris masculi pulueres.

Libana genus chartæ ob honorem libyæ prouinciæ.

Libanotes id est rosmarinus anteq̄ thus sciret hac hærba deos placabant.

Libassius liber.

Libare proprie erat quando pateras mero plenas aris fundebant. Nam libare proprie fundere est unde liber dicitur. Nos iuxta uerborum distinctionem immolamus panem libamus calicem: libare proprie fundere est sumptum a libero p; quitis usum repperit.

Libella tertia pars ponderis: parua libra.

Libenos hellenorum lingua martius mensis.

Libens: plena uoluntate uolens.

Libenter aduerbium. cum magna uolūtate. ex aio

Liber unius uoluminis est librorum multorum liber est etiam interior tunica corticis quæ ligno cohæret. quia ante usum chartæ de libris arborum uolumina fiebant: unde scriptores a libris arborum librarios uocauerunt: qui antea bibliopolæ dicebantur.

Librarii autem idem & antiquarii dicūtur. Sed librarii sunt: qui noua scribunt & uetera. Antiquarii uero qui antiqua tantum. unde & dicunt.

Liber dictus quasi litterarum uber id est abundātia: inde libellus librarius.

Liber ē corticis interior pars: dictus a liberato cortice id ē ablato. Est enim quiddam medium iter lignum & corticem.

Liber libri uolumen uel cortex corripit penultimam.

Liber a um: non seruus. producit penultimam. hic liber liberi id est bacchus similiter p ducit penultimam. hi liberi horum liberoꝝ. i. filii.

Liber rarum francus homo: unde libertus & libertinus.

Libero as componitur delibero as. liberalis libertas & libertas. liberior rimus: & hi liberi horū liberorum: libra libræ. libro as. libramen. tor. tio componitur bilibris. & quæ ab his fiunt.

Liberalia promiscui ludi hēbantur apud paganos ob honorē liberi. pluraliter declinatur. prisc.

Liberalis: largus. munificus. dictus q; libenter donet: nec murmuret.

Liberalitas: donatio. humanitas. largitas.

Liberaliter: magnifice. large. plene. benigne.

Liberalis dictus q; liber id est largus sit in dando.

Liberare: eruere. redimere. eripere.

Liberi filii ideo in legibus dīr: ut isto uocabulo a seruis secernant: qa sicut seruus in potestate est domini: sic filius est in ptāte patris: inde etiam filio fit emancipatio: ut sit liber a pīe: sicut seruo

manumiſſio; Item liberi dicti qa ex libero ſunt matrimonio orti. Nam ex libero uel ancilla ſeruili eiuſdem conditiõis ſunt: ſemp enĩ q naſcitur deteriorẽ parentis ſtatum ſumit.

Libertas conditionis eſt; liberalitas uero beneficẽtiæ & largitatis.

Libertus uocatur quaſi liberatus. Erat enim prius iugo ſeruitutis addictus: libertoꝝ aũt filii apud antiquos libertini uocabantur: quaſi de libertis nati. Nũc uero libertinus aut libertus factus: aut poſſeſſus ab alio.

Liber qui & dionyſius & poſt mortem deus habitus. hunc gentiles uitem oſtendiſſe dicũt hoſpiti ſuo in attica: hic liber quando bellauit in idia multas habuit fœminas in exercitu ſuo: quæ & bacchæ dicebantur: non tam uirtute nobiles q̃ furore.

Liber a liberamento appellatus dicit q̃ quaſi per eius beneficia ſemina in coeundo liberẽtur. Item muliebri & delicato corpore pingitur pp mulieres ſibi attributas. & unum propter excitãdum libidinem: unde & frons eius pampino cingitur: ſed ideo coronã uiteam & cornu habet: quia cũ moderate uinum bibit: lætitiam præſtat: cũ uero ultra modum lites excitat: id eſt quaſi cornua dat. Idem & lyæus dicitur græce q̃ uino multo membra ſoluantur.

Liber aliquando uinũ ſignificat. qa id inueniſſe liberum poetæ finxerunt.

Liber fit tribus modis: qui ſpecies ſunt & partes libertatis. Nam uno quolibet modo factum liberꝝ eſſe cõſtat: una qdem pars ut cẽſu liber fiat. cẽſebant enĩ id eſt cõnumerabant antiquitus ſoliciues romani. Siquis igitur iubente uel conſentiente domino nomen detuliſſet & cenſum: ciuis romanus fiebat: & ſeruitutis uinculo ſoluebatur Altera pars uindicta dicit. Vindicta uero eſt uirgula quam lictor manumittendi ſerui capiti ĩponens eundẽ ſeruum in libertatẽ uindicabat. habẽs quædam ſolennia uerba: ideoq; uindicta uocabatur. Tertia uero pars eſt ſi quis ſuprema uoluntate in teſtamẽti ſerie ſeruum ſuum liberũ ſcripſerit.

Liberum arbitrium eſt arbitrium potens retinere rectitudinem bonæ uoluntatis propter ipſam rectitudinem.

Liberũ arbitriũ eſt liberũ de uoluntate iudicium

Liberum eſt: licet. tutum eſt. fas eſt.

Libet: placet. in aĩo dulceſcit. in magna eſt uolũtate: unde libens enter tius. libentiſſime. libido.

Libet imperſonale a libeo es: quod modo non eſt in uſu.

Libethros fons eſt: ubi colunt muſæ ũde libethrides dicuntur.

Libya africa dicta q̃ inde libs fluat. id eſt africus. Alii dicũt epaphum iouis filium ex caſſiota procreaſſe libyã quæ poſtea in africa regnauit: cuius ex nomine libya dicta eſt. mater fuit agenoris.

Libya tertia pars orbis & libya cyrenenſis infra iſtã libyam maiorem eſt.

Libya cyrenaica & pentapolis poſt ægyptũ in parte africæ prima eſt. hæc incipit ciuitate parethonia & montibus catabathynon dicitur locus in ſecundo mari uſque ad aras philenorum extenditur: poſt ſe habet uſque ad oceanum meridianum gentes libyæ æthiopum & garamantum: huic eſt ab oriente ægyptus. a ſeptentrione libycum. ab occaſu ſyrtes maiores & trogloditæ: contra quos inſula calypſo eſt: a meridie æthiopicus oceanus.

Liby cyrenenſis prouĩcia eſt a cyrene urbe metropoli quæ in eius eſt finibus dicta.

Libyci a filio chaim ſunt exorti.

Libycon: habitantes littora.

Libido p b cupiditas eſt animi. Liuido uero p u liuor eſt corporis. Sunt autem multæ uariæq; libidines: ſicut ulciſcẽdi quæ ira uocatur: uel hẽndi pecuniam: quæ auaritia nomĩatur &c. Cum igit̃ non additur cuius libido non ſolet animo occurrere niſi illa quæ ĩ carne corruptibili plus omnibus ſæuit: hæc autem ſibi non ſolummodo corpus: uerũetiam intrinſecus totum commouet & uendicat hominẽ animi affectu ſimul cum carnis appetitu coniuncto.

Libido dicta eo q̃ libeat alienus pudor.

Libidus dictus q̃ quid libet agat.

Libidinoſus dictus: quia facit quod libeat.

Libyes & libyci dicuntur.

Libys: afer uel olla ænea.

Libyſſa una de decem ſibyllis.

Libyſtis libyſtidis: libyca libyſticida afra uel maura.

Libyſticæ fabulæ ſũt dum hominũ cũ beſtiis aut beſtiarũ cũ homĩbus fingit̃ uocis eẽ commertiũ

Libitina paganorum dea libidinis quam quidam uenerẽ infernalẽ dixerũt: tñ lectus mortuoꝝ uel locus in quo mortui contutãt̃ libitina dicit̃.

Labitina mors uel dea paganoꝝ a libando: iuxta cuius tẽplum erat cimiteriũ mortuoꝝ.

Libitinæ: popinæ.

Libitus tus. uolũtas deſiderium.

Libitus: oblitus. immemor.

Libo as. ſacrifico: offero. libor ĩmolor.

Libra. xii. unciis pficitur: & ide habetur pfecti põderis genus: qa tot cõſtat unciis quot menſibus annus: dicta autẽ q̃ ſit libera & cũcta intra ſe habeat pondera concluſa.

Libra ſignum in cælo dicitur: quam etiam habere brachia id eſt ſcorpionis chelas græci fantur dicta uero æqualitate quia octauo kalẽdas. octobris ſol̃ per id ſignũ currens æquinoctium facit

Libripens libripendis a libra & pando componit̃ id eſt trutinator: qui penſat aliquid.

Libra ueritas. iuſtitia. rectitudo. perfectio.

Librarii: ſcribæ qui faciunt chartas publicas.

Librare: trutinare. quatere. examinare.

Librat: criſpat. torquet. micat: uibrat.

Libramentum: æquilibrium.

Libri uocant̃ a libertate legentiũ. Remotis enim abhoc officio ſeruis ſolis tm̃ liberis ſtudium le-

legendi dabatur. Scribebatur autem diuerſis co loribus quos facere poteris huiuſmodi factis cō fectionibus: Argenteas litteras facies: ſi florē æris & alumen æquis ponderibus & argento contriue, ris: Aureas facies ſi alumen & æris flos æquo pon dere aceto infuſum de auro in aurū uſq; ad mel lis attici craſſitudinem triti perduxeris. Aereum colorem facies ſi ſal & alumen rotundum æqui ponderis in æreo uaſculo aceto infuſo in æramē to teras uſq; ad mellis attici craſſitudinem hoc etiam ferreum facit.

Libri: hiſtoriæ, annales, monimenta, codices, teſta menta.

Librū dicimus pēſum lanæ: hinc libraria dicunt & lanipendium.

Libs uentus africus.

Libum genus dulciamēti, ſacrificium. hoc libum & hæc liba.

Liburnæ naues dictæ a libiis. Sunt enim naues ne, gociatorum.

Liburnus nauis maxima: uel genus uehiculi.

Liburna nauis uel archa.

Liburni populi acolæ hadriatici maris: prompti ſunt ad moriendum.

Lycamba quidam qui ſpernit archilochū generū

Lycaon rex quidam in græcia: qui cum iouem in hoſpitio ſuſcepiſſet: uoluit probare diuinitatem illius: unde ſecundū fabulas uerſus eſt in lupū q etiam pater fuit helicis id eſt urſæ maioris quæ αρκτος arctos græce: unde lycaonis ſignū dicit

Lycaonia regio a lycaone rege dicta.

Licanos: hypaton dicta q licanos græce index digi tus eſt ad demonſtrandum quæ eſt quarta chor da. licanos uero meſon id eſt tertia mediæ.

Lichinus genus marmoris: idem & parius.

Licet: aduerbium permittendi.

Licet: quāuis coniunctio explectiua.

Licet: fas eſt: ius eſt: uerbū iperſonale a liceo quod non eſt in uſu.

Licetur: appretiat: non habet in uſu hoc uerbum amplius.

Liceo & liceor: enfaticos ſignificat aliud q̄ licet.

Licentioſus cui multa licent.

Licētiora: maiorum mancipia: q̄bus multa licēt.

Licenter: licite unde licentius.

Licæus λυκαιος mons archadiæ.

Liceus deus paganorū: de quo fingūt q quidam archades cū deo ſuo lyceo ſacrificaſſet: ex inde quandam demenetū guſtaſſe: & in lupum fuiſſe mutatū: anno quoq; decimo in figura propria re ſtitutum: unde pan lyceū putant nominatum: lu pus enim lycos λυκος grece dicitur.

Lycia regio i finibus aſiæ dicta ſic: eo q cyliciæ ſit adiuncta ab oriente. Ab occaſu & meridie mare & a ſeptentrione cariam habet: ibi eſt mons chi mera qui nocturnis æſtibus ignem exhalat ſicut in ſicilia æthna & ueſuuius in campania.

Lycii populi de lycia.

Licia ſunt quibus ſtamina tælarū ligantur quaſi ligia dicta.

Liciata: ordinata præſeminata.

Liciecores apollinis reſponſa.

Lychiæ: oliuæ dictæ q optimum dent lumē. nam λυχνος lychnos lumē eſt. unde lichinū dicit.

Lychinius dictus quaſi luciniuſ: q lumen det: eſt enim cicendela lucernæ.

Lychni: candelæ, lucernæ, cicendelia.

Lychnos abeſtos: lucerna inextinguibilis.

Lycius id eſt lupinus: ipſe eſt pan a lycia.

Lyciniū genus ueſtimenti eſt: dictū q textura eius ligata eſt in totum quaſi liginium.

Lycios bizantinos lingua maius menſis.

Lyciſci dicuntur canes nati ex lupis & canibus.

Lyciatur: auctionatur uel qui augmētum facit cō mutando.

Licitari: uænditione exponi.

Licitator: ſuaſor, prouocator.

Licitatio: propoſita uænditio: cum emptor ſuper uændito augumentū facit.

Licitatio ubi licet publice uændere.

Licitū quod licet alicui, fas.

Liciunt: defluunt.

Licium fanum apud delon: unde apollo lycius noīat: uel αποτοῦ λυκον: id eſt lupo: quia ſicut lupus terram ſiccat.

Luchinus lapis purpureus i idia lucernas ſplēdēs fulgore: unde & dī: nā lychnos græce lucerna ta ctus ſub ſole digitis paleas trahit icēdiū extīguit

Lictius cretenſis.

Lycius annus dicebatur: quo lites diſterminabātur

Lychni: cicendelia lucernæ.

Lychnites lapis flagrantiam excitat lucernas.

Lycon græce dulce.

Lycos λυκος græce. lupus.

Lycophtalmus gemma quattuor colorum exruti, lo ſanguineo in medio nigrum candido cincta: ut luporum oculi.

Lictor dictus quod album filum habeat circa tē, pora de ſerico.

Lictor id eſt uirgifer qui ante ſedē prætoris uir, gam ferebat.

Lictor genus officii illorū qui āte iudicē preces portabant.

Lictores: apparitores. præcurſores: qui āte iudicē faſcē ferebāt officiales miniſtri crudelitatis.

Lictores eccleſiæ aſſertores. hilaici ſunt & i choro inter clericos in miſſa apoſtolum legunt: uel q ſubdiacones faciunt: & hi faciunt. hos africa uel reliquæ regiones habent.

Lyctos cretæ ciuitas.

Lycus lucius piſcis.

Lydia ſedes antiqua regnorum quam pactoli ūda extulit in diuitias torrentibus aureis. hæc ātea Mæonia dicebatur: quæ dum pro breuitate du, os fratres reges lydum & tyrrhenum ferre non poſſet. hīc erſors tyrrhēus & cum ingēti multitu dine profectus loca galliæ occupauit & tyrrheni am nominauit. lydia autem a lydo regis frarre q in prouincia remanſerat cognominata eſt. Cōiū gitur autem ab occidente minori frygiæ: ab ortu

ſmyrnam habet: quã melos fluuius cingit: cuius campos pactolus & herinus circunfluunt aureis arenis ditiſſimi.

Lydia aſiæ minoris ꝓuincia unde lydi.

Lyde græce aranea:

Lideros græce maledictus.

Lyen id ẽ ſplen. quo ridere dicimur. priſ. hic lyen lyenis ræticula.

Lienoſus a ſplene dictum eſt: græci enĩ ſplen lyen dicunt.

Lyenteria dicta q̃ per eam facilius cibus labendo p tranſit. lyenõ enim lene. interia inteſtina græci dicunt. Qualẽcunque enim cibum acceperint incoctum digerunt præter ſemina pomorũ. quæ difficile digeruntᷣ.

Lyæus liber uel uinũ dictus græce ab eo q̃ curam ſoluat.

Ligare: innectere. inuoluere.

Ligo as atus. tor. trix. tio. turus. ligãs ligãdus liga men nis: ligatura. componitur alligo. re. ob. illi. ſub. ſubligat. col. religio. oſus. oſitas.

Ligaturæ: uittæ. ſacræ. teniæ.

Liger fluuius galliæ: q̃ ex plurima parte terminus eſt aqtanicæ ꝓuiciæ.

Ligna dicta q̃ incenſa cõuertantur ĩ lumẽ. lichnos λιχνος enĩ græce lumen ẽ: unde & lichnius.

Ligna ſignificant peccatores igni deputatos.

Lignũ uitæ chriſtus eſt.

Lignum ſecũdũ quoſdam limo genitum. unde ligneus id eſt de ligno & lignarius. cõponitur ligni fer.

Lignarius generaliter ligni opifex dicit.

Lignus genus gẽmæ ardentis.

Ligniſios hærba uocata: quia locis humectis naſcit folia habet oblõga anguſta lanuginoſa ſubalbida caulem cũ ramis lanuginoſis: ĩ ſummo capite caulos habet. ĩ qbus flos uiolacius prominet: cuius ſemen uino datum ad ſerpentium morſus & ſcorpionũ ictus prodeſt: adeo ut quidam affirmant eam ſcorpionibus ſuppoſitam: ſtuporem his langorẽq̃ concutere. hæc a græcis centaurea dicitur.

Ligones dicti quia terram leuent: quaſi leuones foſſoria.

Ligo: foſſoriũ. raſtrũ. ferrũ. hic ligo ligonis.

Ligulati genus calciamenti: qui foliati dicuntur.

Ligulæ: corrigiæ caligarũ a ligando dictæ.

Ligures prope alpes: colunt dura & frigida loca de liguria.

Ligures langobardi fuerunt prælati burgũdiæ.

Ligula pro lingula per conciſionem.

Liguria a legendis leguminibus dicta: quoꝝ ferax eſt priſc. hic & hæc ligus uel ligur. ris.

Liguſticum hærba hortolana a regione liguria in qua plurimũ naſcitur dictũ.

Liguſtra flores candidi.

Liguſtꝝ græce κυκλαμεσ flos albus ſæpibus plærũq̃ hærens cuius orpheus in argonauticis meminit.

Liguſtrũ liguſtri genus floris uel hærbæ.

Ligurire: ſummatim guſtare. ligere: a lingo uel lego.

Lycurgus rex legũ lator propter temulentiam uini abſcidi iuſſit uineta. unde per furorem bacchi ſibi crura amputauit.

Liliũ lactei floris hærba unde & dicit quaſi lacteum chriſtũ ſignificat: lilia uero angelos uel cõfeſſores iuſtitia candidatos.

Lilium ꝓmontoriũ ſiciliæ dictũ ab eiuſdẽ nomĩs ciuitate: quæ ibidẽ ſita ẽ.

Lylibæum ciuitas ſiciliæ eſt.

Lima tranſuerſa omnia antiqui dicebant: inde & limites & limina: & hoc limũ limi.

Lima ſemitoniũ plato uocauit minus ẽt accipitur.

Lima eſt unde fabri ferrũ limãt a liniendo.

Lima dicta q̃ lene faciat: nã limũ lene ẽ.

Limare: purgare. polire. acuere. producere.

Limatus politus. electus: magnificus.

Limax: uermis dicta q̃ ĩ limo naſcat. hæc limax cis

Limbus eſt quã nos ornaturam dicimus: quæ ambit extremitatẽ ueſtiũ. aut ex filo aureo contexta aſſutaq̃ extrema parte ueſtimẽti. limbus ora ueſtis auro texta uel fibulatoriũ.

Limen patrimoniũ. domus. familia. lar. uel terminus.

Limen liminis oſtium domus ẽ per quod ĩtratur dictum a limite. nã limina ſũt ædiũ: limites uero regiõis uel finiũ.

Limen græce portus.

Limentinum pagani dixerũt deum qui liminibus præeſt.

Limeſta ſemitonia.

Limes terminus agris poſitus.

Limes ẽ regionũ: limen uero ædiũ: priſc. hic limes limitis. limitanus.

Limina oſtiorũ dicta: q̃ trãſuerſa ſũt ut limes & p ea ſicut in agrũ p limites intrent.

Liminiũ: captiuitas: ſeruitiũ. quãdo qs de limine ideſt de domo aſportat.

Limites tranſuerſæ uiæ. limum. n. trãſuerſum ẽ antiqtus: unde limes dicit. limes decumanus ab oriente ĩ occidẽtẽ reſpiciẽs cardo a meridie ad ſeptẽtrionẽ. Nã antiq oĩa trãſuerſa lima dicebãt a quo & limina oſtiorũ & limites agroꝝ hinc & limus dicitur cingulum quo ſerui publici cingebantur ob liqua purpura. limites maximi in agris duo ſunt cardo & decumanus. Reliqui uero limites anguſtiores & inter ſe diſtantes ĩparibus interuallis & nominibus deſignati.

Limitare: terminare.

Limieſis quoddã genus marmoris.

Limis: oculis obliquatis. uel oblique intẽdentibus ſubtilibus. obliquis.

Lymina græce ſtagnum.

Lympha aqua αωοτηο νυμφηο per y ſcribit & n in l mutat.

Lymphari: bacchari. diſcurrere. ſicut lympha.

Lymphaticus ꝓprie dicitur: q̃ ex aqua cõtrahit id ẽ huc & illuc diſcurrere. ſed ꝓ furioſis hoc uſurpant poetæ.

Lymphaticum latini ob aquæ metum uocant id ē aquaticum ſtolidum:qui aquam timet hunc græci ὑδροφοβον uocant.
Limpidum:purum:præclarum:ab aquæ ſpecie dictum .manifeſtum.
Limmiſcus id eſt uirgula inter geminos punctos iacens.
Limoi id eſt peſtis .
Limo pro oblique ponitur .
Limoſum:paludoſum:luctuoſum.
Limotheus flumen ſiciliæ.
Limum dicebant antiqui omne tranſuerſum.
Limus:cingulus:quem publice habēt ſerui dictus quia tranſuerſus:habet purpuram id eſt limam.
Limus id eſt lutū cœnū :dictus ꝙ lenis ſit.
Limus ueſtis quæ ab umbilico uſq; ad pedes producitur.
Limus id eſt ſtrabus id eſt tortis & obliquis oculis
Linamis græce uirtus.
Linarium lignum græce.
Linaria rætia.
Linarius:rætiarius.
Linamentum :directitudo.
Lyncis beſtia uarii coloris dicta ꝙ in luporum genere numeret:lycos enim græce lupus: hic & hæc liyncis:a cuius actō fit hæc lynca,priſc.
Lynx animal ex cane & lupo natum uel extremi catuli lupo.
Lynx cis & lyncis cis & lynca cæ lupa celebralis.
Linea ueſtis quæ ex ſolo lino fit:unde & dicitur.
Linea dicitur qua lignarii utuntur:ne tortum aliquid conſtruant.
Linea ē incorporalis: quæ ita mente concipitur:ut ſola lōgitudine cenſeatur . latumq; habere non poſſit.
Linnæ:ſaga quadra & mollia ſunt.
Lingo gis.xi.leniter ago id ē aliquid lene ſuperduco:inde lingua,linguoſus. lingula per conciſionem ligula:componitur trilinguis,bilinguis.
Linguax cis linguæ copioſus.
Linguoſus qui nimia poteſt proferre.
Lingula:parua lingua.
Lingo gis xi.priſc.
Lingere .lambere.libare.guſtare.Eſt enim impreſſa linguæ lenitate guſtare.
Linguæ ſacræ tres ſunt.hebræa :græca:latina:quæ toto orbe maxime coluntur:nam priuſq; ſuperbia turris illius diuideret:una omnium nationū lingua fuit hebræa:modo uero iter cæteras græca clarior habetur & ſonantior:quæ quinq; partibus uariatur. Prima eſt κοινοσ id eſt permixta uel cōmunis:qua omnes utuntur:Secunda attica id eſt athenienſis:qua uſi ſunt omnes græci auctores. Tertia dorica .quā habent ægyptii & ſyrii. Quarta ionica.Quinta æolica.Et ſunt in obſeruatione græce linguæ huiuſmodi certa diſcrimina.Sermo enim eo ita eſt diſpartitus. Omnes orientis gentes in gutture uerba collidunt ſicut hebræi.Omnes mediteraneæ in palato ſciut græci. Omnes occidentis gentes uerba in dentibus frangunt ſicut itali.Latinas autem quattuor quidam dixerunt id eſt priſcam ſub ſaturno :latinam ſub latino:romanam ſub poetis:mixtam barbariſmis lingua uero a ligando cibum potūq; dicit:uel ꝙ inarticulatos ſonos & uerba liget.
Lingurius lapis dictus:quia fit ex urina lyncis tempore durata.
Liniamenta:effigies.figura .forma.
Liniamenta extremitates corporum utputa ubi finitur tendēs deorſum auricula:unde pictores uocant liniamenta imaginum impreſſiones quas poſtea coloribus manifeſtant.
Linio is liniui in diuina pagina reperitur quod eſt inungere.idem ſignificat fere qd' lino.
Lino :imbuo:diſtinguo.
Linire:aliquid leniter ſuperducere:colorare. inungere leniter crepitare.
Lino uel linio.
unde litura:& quæ ab hac fiunt:cōponitur illinore.ob.priſ.
Lino is liui & leui & lini facit ſupinū litum.
Linitepia:lineus pannus tegens pedes.hoc linitepium.
Linoſtilia ueſtis dicta quod linum in ſtamine habeat lanum in trama.
Linoſa uulgo auis quæ dicit curuca.
Linquere:peccare.uel dimittere
Linquo is liqui lictum linquēs præſens participiū ꝑteritū non habet.
Lintea quibus tergebantur:hoc linteum.
Lintres nauiculæ uel carabi breuiſſimi.
Lintris:nauicula parua .caupillus.
Linter lintris ſingulare fœmininum eſt.
Linum ex terra nitenti ſpecie oritur dictū a græco quod eſt linarium:ſiue ꝙ ſit molle & lene.
Linſa dea beſtiarum ſylueſtris.
Lynx λυνξ lupus uarii coloris ſimilis leopardo.
Liparis inſula ſiciliæ ſicut æthna .
Liparæus ab inſula lipari:quæ in æolia eſt.
Liparea genus gemmæ a liparo quodam dicta.
Lype λυπη triſtitia.
Liperuſ :tener .mollis.delicatus
Lyppio lyppiui oculos humidos habens.
Lippitudo eſt uitium oculorum quod humore defluente fit.
Lipſana reliquiæ.
Lipotomia ſtomachi defectio uel animi anguſtia
Liquamen dictum:quod ſoluti in ſaluamento piſciculi eundē liquorem linquant:cuius liquor appellatur ſalſugo uel muria.
Liquet:claret:apparet.conſtat.ꝑſonale a liqueo es:quod non eſt in uſu.
Liquens:fluens.aut purum.
Liquare:diſſoluere.
Liquo as:actū .hinc liqueo licui abſolutum:unde liqueſco.dicitur tamen & liquor eris deponens,producitur prima ſyllaba.Virg.liquiſ humor & cū liquentia mella.
Liquefio liquefis liquefactus ſolutus .
Liquo a & liquor eris: liquidus dior diſſimus li

quamen liquor oris .componitur obliquus.
Liquida pura:perſpicua.clara.defæcata.
Liquido .clare.aduerbiū eſt.
Liquitur:defluit .manat.decurrit.
Liquis:defluxus:decurrens.
Liquor oris aqua humor ſoluta puritas.
Lyra dicta a uarietate uocū q; diuerſos ſonos efficiat:hāc mercurius inueniſſe dicit hoc modo.
Egrediente nilo reliqt teſtudinē:quæ putrefacta & exſiccata neruis in corio extēſis: & mercurio pcuſſa ſonitū dedit:ad cuius ſimilitudinē mercurius lyrā faciēs orpheo tradidit.
Lyra ſignū ideo inter aſtra locata dicit:quia a mercurio de teſtudine inuēta orpheo ē tradita a muſis inter ſydera locata.
Lirantes:arantes.
Lira ē genus aratōis:cū agricolæ facta ſemēte diriguntſulcos in quos ſeges decurrit.
Lyrici poetæ dicti a uarietate carminū.
Lyricū carmen erat in quo arridēt laudes pueroſq; deorum & pugiles & equi iuuenes & uiua referri.
Lyricus uocatur heroicus reciprocus:cuius uerba i principio uerſus heroici poſita in ultima elegiaci parte iterantur :ut ē. Vidimus ire deum reducē ſperare iubēur . In cælū q̄lē uidimus ire deum.
Litis fluuius cāpaniæ minturnenſis.
Lis inter duos committit & mota finitur .Rixa uero inter multos.
Lis a cōtentiōe limitis prius dicta:qui agros diſcernit :hæc lis litis.
Liſa hebraice:apoſtolus græce :latine miſſus dicit
Lyſa longa.
Lyſias orator penultima breuis.
Lyſis græce ſolutio.
Lyſimachus ſolutor litis.
Liſtrigones gētes ſunt crudeliſſimæ ut cicoples.
Liſtriſmos ē cū plures ſenſus breuiter expeditos i unū locum coaceruat & cū quadam feſtinatione decurrit :ut cicero rempublicam quæritans : uitaq; hoſtum cōiuges .liberos.
Lita:illita:diſtincta linita :a lino is.
Litare:ſacrificare:immolare.
Lito litas litamen:ſacrificium.
Litargirium ſpuma argenti purgamentum.
Littera dicta quaſi legitera:q; iter legentibus præſtet:uel q; in legendo iteretur:uel a litturis:quod plerūq; in cæratis tabulis antiqui ſcribebāt:unde & delebantur.
Littera ē minima pars uocis compoſitæ & litteratæ:uel ſic:littera ē uox quæ ſcribi poteſt in diuidua.
Litteræ cōmunes ſunt ut ſcribere legere quia multi eis utunt:liberales uero qa eis tātū nouerunt q ſciūt loquēdi dictādiq; rationē:litteræ aūt ſūt indices rerum ſigna uerborū .q̄bus tanta uis eſt ut nobis facta uel dicta abſentiū ſine uoce loquant
Litteræ græcæ & latīæ ab hebræis uidētur exortæ Illi enim prius aleph.poſt græci a ſimili alpha: nos attraximus.Hebræi.xxii. elementa . Græci xxiiii.Latini inter utrunq; .xxiii.habuerunt.
Litteræ hebræorum a lege cœperunt p Moyſen Syrorū & caldæorum per abraham:unde cū hebræis numero & ſono concordant . ſolis caracteribus diſcrepant.
Litterarū græcarū uſū phœnices primū iuenerūt Cadmus uero agēoris filius græcas litteras a phœnice in græciā .xvii.prius attulit.his palamedes & alii cæteras addiderūt:litteras uero latinas carmētis nympha prius italis tradidit .ſic dicta quia futura canebat :proprie uero nicoſtrate dicitur.
Litteræ:doctrina.ſcientia.
Litteralis ſcientia de litteris.
Litteratus uero litteras doctus. litteris plenus
Lites:iurgia.diſcordiæ altercationes.
Lites ſunt ipſæ diſcordiæ de re :litigium uero litis actio id eſt altercatio.
Litigioſum eſt:de quo litigantur.
Litigator qui litigat.
Litigioſus qui utitur litigio.
Litigare :id eſt de lite agere id eſt altercari . placitari. inde litigium .
Liticines cornicines :qui cornicantur:qui cornu canunt.
Liton græce latum.
Liptote figura quæ minus dicit & plus ſignificat. ut munera ne ſpernas pro libenter ſuſcipias : uel contra cū plus dicit & minus ſignificat.
Lithos λιθος lapis græce .
Littorariæ amnicæ nauesſūt : quæ alio nomine trabariæ ſiue caudicæ dicuntur
Littoſtrata: elaborata . arte picturæ paruulus cruſtulus ac teſſellis tinctis in uarios colores.
Lituma:patientia calcata uel crudelitas infixa.
Liturgi miniſtri cæleſtes .
Lituus tuba curua ſiue buccina aut baculus .
Lituus uirga incurua paſtoralis.
Liturialis :latria:ſeruitium religionis.Aug.
Litura:cementum alicuius ſciſſuræ. compoſitura Litura dicta quod liniendo teratur.
Litturæ ſunt litterarum deſtructuræ :quia in cæratis tabulis antiqui ſcribebant ideoq; ſæpe delebantur :unde & dicuntur.
Littus:unda:procella uentorum . æſtus .finem ſæculi ſignificat.
Litus oris quidam dicunt :quod fiat a lito as q; ibi euntes & reuertentes ſoliti erant litare.
Littus terra erat mari uicina':dictum .quia' fluctu eliditur:inde littoreus & littoralis : uel q; aqua aluitur:Cicero.
Liuia uxor Octauiani cæſaris quæ habuit filios Druſum & Neronem claudium primo probum ſed poſtea peſſimum. Druſus uero melior apud Miguntiam interemptus eſt:hæc uero ante cæſarem nupſerat Tiberio neroni de quo habuit iā dictos liberos:& iſti priuigni qui cæſares ſunt appellati dicuntur filii auguſti cæſaris eos dili , gentis.
Liuida uel inuida nigra.
Liuens:liuidus.iratus.niger.ſubniger .liuidus hic & hæc & hoc liuens tis .

Liuor:macula nigra:nigredo uel inuidia.
Liuor pro inuidia dicitur,nam liuidus eſt plumbeus ideſt pallidus:,pprie autem liuor plaga uirgarum .inflatio uulneris cū pallore.
Liuellus liuolus de plumbo.
Liuis lenis in uerbis.
Liuitium locus romæ eſt : quo occiſi gladiatores præcipitabantur.
Lix caper λυξ græce lux.
Lixa aqua dicitur ab eo q; ſit ſoluta:unde & ſolutio libidinis luxus:& mēbra loca mota lux dicūt
Lyxa aqua antiquitus dicta:unde & elyxa res dr.
Lyxa ſeruus militis uilis uel luxurioſus mercenarius dictus ab eo q; ſit ſolutus.
Lyxa officium uiri:maſculinum eſt.
Lyxa ciuitas a lyxo fluuine mauritaniæ.
Loca ſingulæ terræ ſunt partes:ſicut in corpore locus eſt pars una multa in ſe cōtinēs mēbra.
Locare:collocare:mercede conducere:cōſolari.
Loco as.
Locatio eſt res ad uſum data cum definitione mercedis.
Locationes:fundamenta poſſeſſiones.
Locrus latine gens ē calabriæ:græce uero locros facit nominatiuum.
Locri aiacis ſocii.inſula locrenſis.
Loculus ad aliqd ponendū factus per diminutionem a loco.ut ad ueſtē pecuniāue cuſtodiendam uel deportandū aliquid.
Locuplex dictus quaſi locis & poſſeſſionibus plenus,diues,copioſus.priſc.hic & hæc & hoc locuplex tis.
Locus id eſt opportunitas.ſtatio.humus ager.
Locus ſingulariter maſculinū: pluraliter maſculini & neutri:hi loci & hæc loca.
Locus dicit quodcūq; illud eſt qd partes corporis tenet.ſiue ſupra ſiue a latere.ſiue ſubter ſit & per oē corpus corporis locus definit id ē ante & retro dextera & ſiniſtra ſurſū & deorſum.
Loci particulæ quæ obtinēt ſingulas particulas corporis ad eundē terminū copulatur ad quem particulæ corporis.
Locus eſt ſedes argumēti uel unde ad propoſitam queſtionē trahitur argumentum.
Loculta dicta q; ſit pedibus longa ut haſta : unde græci tā maritimam q̄ terreſtrem aſtacon uocant hæc non niſi nutu diuino ferē deuaſtare : hanc quoq; auis deuorat ſelechis cui creator inexplebilem deuorandi naturam dedit ſignificat populos uel turbas.
Lodices:ſagi quibus hoſtes cooperiuntur.
Lodix cis fœmininum ē.priſc.
Lodices a ludis dici putant:theatrales enim his faciē cooperibant cū lupanar intrabāt.
Logica græce rationalis dicitur diſciplīa ē quæ diſputationibus ſubtiliſſimis uera diſcernit a falſis
Logica rōnalis uocat per quam diſcuſſis rerū morūq; cauſis uim earum rōnabiliter perſcrutamur: quam plato ſubiunxit:diuidens eam in dialecticā & rhetoricam.
Logice uis patet: definit:colligit:colligit uero demonſtratiue uel diſciplinabiliter,pbabiliter ſiue dialectice ſophyſtice uel cauillatorie.
Logice ces:& hæc logica cæ:quæ ſic definitur a Cicerone.Logica eſt diſſerēdi diligens ratio:hāc peripathetici diuidunt in peritiam inueniendi & iudicandi:Stoici nihil laborantes de inuentione an ſola iudicatōe cōſiſtūt:de qua multipliciter præcepta dantes dialecticā nuncupant.Plato hāc etiā dialecticā uocauit:quæ id.quod unum eſt poſſit ī plura partiri:uel quæ multa ſunt in unū colligere.Ariſtoteles ut Cicero definiens logicā atq; diuidēs in diuerſa in probabilibus tantū ponit dialecticā logice uno quidem modo eſt trina ptitio:nā uis logicæ aut definit aliquid aut ptit:aut colligit.Colligit tribus modis:aut enī ueris & neceſſariis argumentationibus diſputatio decurrit & diſciplina uel demonſtratio nominat : aut tantū pbabilibus:&dialectica dicitur.Neceſſaria tamē & pbabilia mixta utriſq; dātur,aut aptiſſime falſis & ſophyſtica uel cauillatoria dicitur. Sūt igit duæ diuiſiones quæ ita ſe continēt.Inuentio quippe cæteris omnibus uelut materiæ loco ſupponit quia niſi hæc fuerit illa non erunt. Formæ enim ſunt inuentioni ſuperuenientes & argumēta quæ dixit racientes.quæ hoc modo compoſita rurſus iudicationi materia fuit.
Etenim cum definit aliquis uel rei propoſitæ diuiſionem facit aut colligit:inuenit diuiſioni definitioniq; dūas accōmodatas atq; argumenta iam dicta inter ſe diuerſa.ſed an recte definiat diuidat aut colligat iudicatōe ppendit.
Logos græce & ſermonē ſignificat & rationē.
Logici poetæ dicti quia in naturiſ & in moribus rationem adiungunt.
Logicon græce rōnale uel dialecticum.
Logiſmus:cogitatio.
Logiū manuele:qd latine dicitur rōale.
Logiū pannus duplex auro & quattuor textus coloribus habēs magnitudinem palmi per quadrū cui intexti erant.xii.precioſiſſimi lapides:hic pānus ſupra humerali contra pectus pontificis annectebatur.
Logotecta græce dicitur qui ſermonem facit in populo ideſt qui edictum imperatoris foris populo nunciat.
Loiter græce luter latine.
Loi declinantes dæmones de honore angelico.
Loligo hærba amara.
Lolium & reliqua adulterina ſemina zizania ī euāgelio nuncupantur:ſed ea proprium genus habēt non ex tritici ſemine tranſmutantur.
Lolium hærba amariſſima & inutilis. Virg. infœlix lolium.
Lomellum caſtrū maximū in liguria.
Longa longitudine,poſita perſeuerans tēpore uel loco:
Longanimis ſiue magnanimis dictus q; nullis perturbetur paſſionibus :ſed uniuerſa patiens eſt ſuſtinendo.

Longanimis perſeuerãtia.patiẽtia.
Longaria id eſt longa ſcriptura.
Longe:procul.eminus.& pro ualde e longinquo.
Longe lateq; ex utraque parte in multas partes aut ubiq;.
Longæuus q̃ ſit longi æui id eſt tẽporis.
Longæui ſeniores.maiores.ueteres priſci: antiqui.
Longæuitas:longi tẽporis uita.
Longi:cantiones.
Longinquus a longe ſe habens. longe ſeparatus. multorum annorum.
Longio inteſtinum uocat:eo q̃ ſit longum.
Longũ:lõgo tpe:extẽſum diuturnum.innorme
Longus longior ſimus.
Lõgitudo id eſt extẽſio localiter uel tẽporaliter.
Loquax cis non loquens ſed uerboſus & garrulus: unde loquacitas.
Loquentium ius quattuor modis diſtinguitur. Sunt quidam quos ſentiendi ac dicendi amplitudo dilatat: hæc laudanda eſt. Quoſdam ſentiendi & dicendi ſimul inopia anguſtat: hæc miſeranda. Quidam efficaciam dicendi habent ſed non ſentiendi acumen: hæc ſola deſpicienda & reprimenda. Quidam acute ſentiunt ſed ex inopia locutionis obmuteſcunt: hæc adiuuanda eſt. quæ omnia in manante aqua conſiderari poſſunt.
Loqui eſt hominis: coloqui obtrectantis: alloqui perſuadentis hortantis uel iubentis: alloqui oratoris.
Loquor uerbum deponens actiuam uim habet: locutor. locutio. loquella. loquax. ior. ſimus loquacitas: componitur. eloquor al. ob. præ. e. per. col.
Lora retinacula iumentorum.coria.loramina.
Loramenta dicuntur tabulæ uel reliqua ligna quæ mittuntur in parietibus: unde & ſalomon lora mẽto ligneo circundatum fundamentũ ædificii non diſſoluet.
Loramenta plura fora uel laquearia ligamenta.
Lorandrum corrupte uulgo dicitur q̃ ſit foliis lauri ſimilis arbor uenenata interficit animalia. & medetur ſerpentium uexationis græce arodã drum dicitur.
Lorarius:tortor.
Lorica uocata eo q̃ loris careat: ſolis enim circulis ferreis contexta eſt.
Lorica uilla ẽ ab urbe miliario duodecimo.
Loripes dicitur tortos habens pedes in ſimilitudie lori:uel antipodes.
Loriſton græce ſignificat tempus præteritum infinitum:id eſt tam modo perfectam rem q̃ multo ante pfectam.
Loth interpretatur declinans ſiue uinctus: factis enim ſodomorum non conſenſit:ſed illicita carnis incendia declinauit.
Loth ipſe ẽ lyda ipſe eſt dioſpolis.
Lotos λωτοῦ genus arboris quã latini mellã uocant.
Lotus genus arboris uel ligni: uulgo faba ſyriaca dicitur.
Lotium urina dictũ:quod eo lota:id ẽ munda ue ſtimenta fiant.
Lotopobolũ prouincia erroris.
Lotus: lauatus.mundus.
Lohuſta fuit uenefica famoſiſſima:quæ de gallia ad Neronem adducta eſt.ut eius propinquas doceret.
Loxos:odiacus.
Luat:patiatur.perſoluat.
Lubentina dea a libidine.
Lubellũ per dimunitionem dictũ a globo corrupte quaſi globellum.
Lubricus:labilis.luxurioſus.leuis.friuolus.defluens.
Labricus dicitur locus a eo q̃ ibi labitur quis.
Lubrica:lena meretrix.
Lubrũ:rafile lignum.
Lucanicæ dictæ q̃ prius in lucania factæ ſunt: carnis cõfectio eſt.
Lucana faba.
Lucanum matutinum.a luce.
Lucar lucus aptus uel uectigal uel æs quod ex lucis extrahitur.
Lucar errogatio quæ ſolebat in lucis fieri.hoc lucar aris.
Lucar iterp̃tat ipſe cõſurgẽs:uel ipſe leuans.
Lucerna:æreorum armorũ ſplendor.
Lucellum paruum lucrum.
Lucefia eſt lucina.
Luceria ciuitas apuliæ.
Lucerna a lychno dicta eſt unde breuis ẽ lu non a luce ubi lu longa eſt.
Lucernariũ candelabrum.
Luceo es luxi luctum debuit facere.ſed auctoritas deficit.
Lucida ſplendida.
Lucide:aperte:eleganter.diſtincte.
Lucidũ quod aliunde illuminatur.
Lucibile quod per ſe lucet.
Lucifer dictus q̃ inter omnia ſydera plus lucem ferat. Eſt autem una ex planetis quæ proprie iubar dicitur. Fertur autem q̃ hæc ſtella oriens. lucifer um occidens ueſperum faciat.
Lucifer ſolem præcedens & mane nuncians tenebras noctis lumine ſui fulgoris aſpgit:hæc pagere circuli ſui partes annis.ix.dicitur.
Luciferiani hæretici a lucifero ſyrniæ epiſcopo orti ſunt qui epiſcopos catholicos qui conſtantii perſecutione perfidiæ arrianorum conſenſerant & poſtea correcti redire in catholicam delegerunt:hos recipere nolentes ab eccleſiæ cõmunione receſſerunt.
Lucifugæ:lucem fugientes.
Lucigena luce genitus uel genita.
Lucina dea quæ lucem naſcẽtibus præſtat hoc poetæ fingunt.
Lucinam alii iunonem:alii lunam dicunt quæ partubus præeſt.

Lucinare:ſuadere.
Luciniū dictū ꝙ lumē det. Lachinos.n.græce λύχνος lumen eſt.Eſt aūt cicendela lucernæ.
Lychnos abeſtos fingunt poetæ quoddam Veneris fanum atq; ibi in cādelabro lucernā ſub diuo ſic ardētem:ut nulla tempeſtate uel imbre extingue retur: unde ſicut abeſton lapis: ita iſtud lychnos abeſtos lucerna inextinguibilis dicitur.
Lucretia a poetis dicitur fuiſſe matrōa nobilis romana neptis bruti pulcherrima. quam cum uiolenter oppreſſiſſet tarquini regis filius:illa marito collatino & propinquo ſuo bruto uiris fortiſſimis indicauit:& ad uindictā eos conſtruxit: deinde ſemetipſam peremit.
Lucretius auctoris ſermo.
Lucretilis mons in ſabinia.
Lucrinus lacus proximus baiis dictus: ꝙ olim propter copiam piſcium lucra magna ideſt uectigalia præſtabat.
Lucrinus & auernus lacus ſunt in campania inter quos mare irrumpit.
Lucrinus mons in italia iuxta mare: unde lucrina palus.oppoſitus eſt peloro.
Lucrum ex negocio fit incrementum.
Lucroſus quæſtuoſus.
Lucrari aliqd ex negocio adaugere,adipiſci. quæſtum facere.
Luctantes dicti ꝙ electi inuicem ſe teneant q græce athletæ uocantur.
Luctationis locus palæſtra dicitur.
Lucto pro luctor.
Luctito pro luctitor.
Luctare pugnare.
Luctus dictus ꝙ ſit hūano cordi quaſi uulnus uel ulcus cui ſanando cōſolationes adhibentur.
Lucubrare:uigilare.præliari.
Lucubratio:uigilia.lucerna.quia antiqui ad lucernas uigilabant.
Lucubratio:nocturna lumina:alii lucubratiūcula diminutiue.
Lucubros dicta ꝙ lucem faciat umbris:eſt enī herba quam latini lucernalē uocant ab eo ꝙ ad lucinia faciat.
Lucubrum dictum ꝙ luceat in umbra: eſt enim modicus ignis qui ſolet ex tenui ſtupa cæraque formari.
Luculentum:clarum.luce plenum:nā antiqui lentum pro pleno dicebant:unde ſomnolentus & temulentus.
Luculentus dictus ab eo ꝙ ſit lingua clarus & ſermone ſplendidus.
Lucullēum genus marmoris albi dictum a luculo conſule.
Lucus locus amœnus:ubi multæ arbores ſunt.
Lucus dictus κατα αντιφρασιν:quia caret luce pro nimia arbor umbra uel a collocando crebris uiminibus:ſiue a luce ꝙ in eo lucebant fanalia ꝓp nemor tenebras.
Lucuſtinus:attactus.
Ludere:exultare.decipere.illudere.defluere. laſciuire.
Ludo is luſi luſum.ludo is ludus ludi:a quo ludificator.ludicrū.ludibriū.luſor.luſus. compōit alludo.colludo.il.de.per.inter.e.pro.
Ludi a lydiis dñr noiari ꝙ ibi primum id genus delectationis fuerit inuentū aduerſus famē:quo facilius ſpectaculo occupati eſuriem tolerarēt:uel ut alii dicunt a luſu quia iuuenes ſolebant ꝓ dies feſtos ludi exultatione populū delectare.
Ludus aut gymnicus eſt:aut circenſis:aut gladiatorius:aut ſcænicus.
Ludi in honore populi erant.
Ludus gladiatorius dictus ꝙ in eo iuuenes uſum armorum diuerſo motu condiſcant:gladiis aut pugnis certantes.
Ludia uxor luſoris dicitur.
Ludificare:deridere.decipere,fallere,illicere.
Ludifico pro ludificor:commune.
Ludibrium eſt aliqua res quæ ludo & contemptui haberi digna eſt:modo uero pro omnibus crimi nibus ponitur.
Ludibunda adoloſcens.
Ludicrum ludibrium.turpe.
Ludicra quæ in ludis geruntur turpia& inhoneſta ludorum certamina.
Luere:ſoluere pœnam.purgare.laxare.
Lues a labe & luctu uocata: eſt enim morbus late peruagatus & repentinus langor ſimul cum morte uenit eadem eſt peſtilentia.priſc.hæc lues.
Lugdunū ciuitas galliæ:dictum quaſi lucis dunū id eſt mons:quia ibi oratores certabant.
Lugeo & luceo luxi præteritum facit ſupinum luctum:ſed a luceo deficit. a lugeo uero etiam luctus dicitur.
Lugere:eiulare.plorare uel mærere cū dolore habitum imitare ſordidum.lugere cum aliquibus dictu miſerabilibus:unde dicitur quaſi luce egere:plorare uero cum uoce. flere autē lachrymis ubertim fluere.
Lugens dictus luce egens.
Lugubre:luctuoſum.exitiale.funeſtum.
Luitio:iuris uerbum eſt.pœna.
Luligo auis quæ plurima dicitur eſſe in oceano mauritaniæ.
Lumbare uocatur lumbis religet uel hæreat: hoc & renale dicitur.
Lumbatæ:brachæ modicæ.
Lumbatorium coxale.
Lumbi ob libidinis laſciuiam dicti quia in uiris cauſa corporeæ uoluptatis in ipſis eſt:ſicut fœminis in umbilico.
Lumbulū ſuper lumbos iacens caro eſt.
Lumbricus uermis inteſtinorū dictus quaſi lubricus:quia labitur:uel quia in lūbis ſit:horū autem tria ſunt genera:rotundi:longi & lati.
Lumentum uitrum.
Lumen eſt quod a luce manat ut dies ut candor lucis.
Lumen:dicitur a luo quia eo oīa abluuntur ſicut anuonumen ut uult priſc.

Lumina oculi dicuntur quod ex his lumē manat. uel q̄ clauſam teneant lucem: aut extrinſecus refundant.

Luminare lumē emittere: inde dicit hoc lumina re huius luminaris & pluraliter hæc luminaria id eſt ſol & luna uel cæteræ ſtellæ & cætera.

Luminariorum genera uaſa dicuntur focus: ignis lucerna: ichinius: cādelabrum: cæreus. lacunaria funalia, lampas, fax, laterna: lucubrum, pyra, rogus, boſtar, farus: lucifer.

Luna dicta quaſi lucina. Sumpſit aūt nomen p derivationem a luce ſolis eo q̄ ab eo lumen accipiat & reddat.

Luna inde lunaris lunaticus: componitur interlunium pleniluuium.

Lunæ prima figura bicornis. Secunda ſextilis, Tertia dimidia. Quarta, plena. Quīta itē dimidia Sexta itē ſextilis, Septima itē bicornis.

Luna ciuitas fuit italiæ in finibus liguriæ & ethruriæ cui prælabitur macra fluuius.

Lunaris annus idem & communis per. xii. lunares menſes decurrit id eſt diebus. ccclxviiii.

Lunatus in modum lunæ formatus ut panis.

Lunatici dcī q̄ pro lunæ curſu comitent eos iſidiæ dæmonū: iidem & barbati: ipe & morbus comitialis, hic & ἐπιλῆψια epilepſia dicitur.

Lunulæ ſunt ornamenta mulierū in ſimilitudine lunæ dependentes, bullæ.

Luo luis lui lutū debet facere p ducta penultima.

Luo duas habet ſignificatiōes & ſecundū alteram dicit: inde lutū a quo luteus: cōponit luculētus lues luxurioſus: cōponit elluuies. elluo cōluuies illuuies polluo. Secundū alteram ſignificationē dicitur ab eo lumen.

Luſtro as. uñ cōponit lupus. illuſtris. a quo lumīo as: lux luceo es ſco. lucar lucus. lucerna. cōponit luſcus luna lucina lucidus & quæ ab his fiunt cōponitur interluceo. col. per. re. præ. luculētus. lucifugus. añ lucanus: cōponit alluo. per. il. ab. di. a quo diluculum diluuium &c.

Lupa meretrix a rapacitate dicta.

Lupa animal a lupo uel meretrix: unde lupanar.

Lupanaria cellæ meretricū priſc.

Lupata dicunt fræna duriora īæqualium & aſperrimoꝝ dentiū ad domandos equos.

Lupati fræni id eſt acculeati.

Lupata a lupinis dentibus & inæqualibus dicta.

Lupercus deus luporum: ipſe eſt & pan: unde lupercal: priſc.

Lupercal appellatur locus ubi pan deus colit: cui ſollennia ludicra celebrant quæ luperca uocant ubi meretrices conueniunt.

Lupercalia gentiliū cultus lupæ nutricis martis.

Lupi genus piſciū: qui alios deuorant in mari.

Lupini genus leguminis: græcum eſt: triſtes. dicti quia amari ſunt.

Lupi beſtiæ ſunt q̄ inſidiant ouibus: quaꝝ guttur inuadūt: cito ſtrāgulent: feri & rapaces: ac natura corpis rigidiore: ut facile non poſſint ceruicem flectere: impetu uero quodā ſuo ferunt: & ideo ſæpe ludunt: qui ſi priores hoiem uiderint uocē eius quadā naturæ ut ferunt eripere: Vnde uirg. in bucol. lupi merim uidere priores: unde & ſubito tacenti dicit lupus ē in fabula. Quod ſi præuiſos ſenſerint: deponūt feritatis audaciam.

Lupus a græco tranſlatū eſt. græce. n. lycos λυκος dicit. qd' rabie rapacitatis quicqd inuenerit trucidet. Alii aūt dicūt ideo dictum q̄ quaſi leonis ſit ei uirtus in pedibus: unde quicquid preſſerit pede non uiuit. Ambro.

Lupus ſcylle folia fugere conſueuit.

Lupus toto anno nō āplius q̄. xii. dies coit. famem diu portat & poſt longa ieiunia multū deuorat.

Lupus piſcis lucius.

Lupus ſignificat diabolum uel hæreticos: & ī bono paulum.

Lupos æthiopia mittit ceruice iubatos & omni colore fere uariatos.

Lupus qui & canicula ferreus arpax dictus: quia ſi quid in puteū ceciderit rapit & extrahit. αρπαξ ἓλκει arpe enim græce eſt rapere.

Luria genus potionis.

Luripus: pallidus. liuidus. tabidus. merens diues. ſi coloris. pallens.

Luridus dictus a loro q̄ ſit pallidus & eiuſmodi habeat cutem.

Lurcones: deuoratores.

Lurgo: glutto.

Luſtra: lupanaria loca. uel abdita.

Luſtrū quinquennii tēpus ē apud romanos dictū q̄ cenſu p quinquennium in repub. peracto urbs roma luſtrabatur.

Luſcinia auis inde dicta qa cantu ſuo ſignificat ortum diei: quaſi lucinia: eadem & acredula.

Luſcicius q ī die paꝝ uidet hīſ obſcuratos oculos

Luſcicioſus q ueſpino aut nihil uidet aut parum.

Luſcus dictus q̄ ex parte lucem ſciat.

Luſcos coclites dixerunt antiq: uñ & caclopes coclites dcī q̄ unum oculum perhibeantur habere.

Luſit a ludo is, fefellit. decepit.

Luſcitatio: luſus breuis. cachinnus.

Luſores falſi teſtes.

Luſtra obſcura laribula ferarum per contrarium dicta q̄ paꝝ illuſtrentur.

Luſtrare: illuminare. peragrare. circūſpicere.

Luſtrale dicit a luſtrādo uel a luſtro id eſt ſpatio quinq; annorum.

Luſus us. iocus a ludendo dictus.

Luſus frater mariti.

Luteus roſeus uel rubeus: rubicūdus uel croceus.

Luteum: ſplendidum.

Lutes: ſplendentes.

Luteola crocei coloris.

Lutulentus. turbidus.

Luter ris uas æneū. xl. batos capiens a luendo.

Luteres in regnoꝝ libro conchæ uel cantari aēū dicuntur.

Lutū dictū p antiphraſim. qdam putāt q̄ non ſit mundum. Nam lorum eſt mundum.

Lutū ſignificat pctōꝝ glutinū & ī bono carnē xpi

Lux ipſa ſubſtantia eſt: lumen uero quod a luce manat, ſed hoc cõfundũt auctores.
Lux dies uel ſol: ſed alia ẽ lux diei: alia ẽ ſolis. ãb.
Lux cis qđ diluat tenebras dcã uñ luceo ſco, lucar lucus, lucerna luſcus, luna, componitur lucifer lucifugus, luculẽtus, lucidus añlucãus iterluceo perluceo: colluceo reluceo.
Luxa membra dñr: q̃ loco mouenť id eſt quaſſata
Luxus: luxuria, uoluptas, diſſolutio abũdantia.
Luxus dicit quaſi laxus.
Luxus us, inde luxuria, luxurioſus: luxurio as.
Luxuriatur: laſciuit, defluit, geſtit.
Luxurior aris pro quo luxurio.
Luxuries luxuriei ubertas id quod fœcundat.
Luxurioſus quaſi ſolutus in uoluptatẽ. ũde & mẽbra loco mota luxa dicuntur: prodigus uero ſũptuoſus: qui oĩa ut porcus agit & ꝓiicit.

Littera obſcurum in extremitate dictionum ſonat: ut templum apertum in principio ut magnus: mediocre in mediis: ut umbra. Tranſit in n. maxime, c. d. q. t. ſequentibus: ut tãdem anceps nunq̃ identidem: am etiam ſequente f. m. in n. mutat: ut anfractus ſicut anciſſus anquiro: uocali ſequẽte intercipit b. ut ambages, ambeſſus ãbuſtus, ambitus & combuſtus: finalis ſubtrahit in metro uocali ſequẽte in altera dictione: ut illũ expirantẽ: licet uetuſtiſſimi nõ ſubtraherẽt. Anceps etiam uel liqda dicit: quia poſt mutam poſita ſicut r. l. uel i eadẽ ſyllaba cõem faciat ſyllabã.
Macabeuſ bellator interpretat.
Machabei de iſrael erãt a machabeo iuda dicti.
Michamos december menſis bizantinorum lĩgua dicitur.
Macarios græce beatus.
Macarini quidã hæretici.
Micharoneſon creta inſula ſic primũ dicta.
Michaon æſculapii filius, medicoꝝ maximus.
Miche grande.
Micedoniani hæretici a Macedõe cõſtãtinopolitano eꝓo dicti: negantes deũ eẽ ſpũm ſanctum.
Macedonia ab æmatho rege prius æmathia dicta: poſtq̃ uero macedo deucalionis maternus nepos ibi regnauit: a ſuo nomine uocauit eam macedoniam.
Micedonia habet ab oriente ægeum mare, a borea thraciã, ab euro euboeũ & macedonicũ ſinũ. a meridie achaiã, a fauonio mõtes acroceraunos ĩ anguſtiis hadriatici ſinus, qui montes ſunt contra apuliam atq; brũduſiũ, ab occaſu dalmatiam; ab euro dardaniam; a ſeptẽtrione meſiã.
Michelath interpretat principatus.
Micheloth interpretatur ab initio.
Micellum dictũ ꝙ ibi mactent pecora.
Micellarius laniſta: qui carnes laniat ferro.
Micelare id eſt occidere. inde macellum locus & macellarii homines.
Macænæ: regiones.
Maceni origani.
Machæra gladius lõgus ex utraq; parte acutus.
Machæra uocatur locus in macello, ubi maxime actiones fiebant cõmercii: unde & macellũ dicit uel a macerandis carnibus.
Machæræ petrinæ id eſt culti de ſaxis in leſu naue
Micerare: cruciare, lacerare, torquere: urere.
Miceriæ ſunt parietes lõgi: quibus uineæ claudũtur: Macron enim græce longũ dicit: hæc maceries ſepes eſt.
Micer: exilis exoſus, tenuis: Virg. Heu heu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in aruo.
Micra: macerata.
Micer: cra, crum, cri cræ, cri.
Macianũ pomũ: quod noſtri terræmalum dicũt
Macies: corporis exilitas.
Michil eſt tunica talaris tota hiacynthina.
Michina fabrica inſtrumentũ manganũ: inſidiæ compoſitio.
Michinari: moliri, cogitare, fabricare, inſtruere conficere.
Michinor aris. cõmune antiquitus fuit.
Machiones cõſtructiones parietum.
Machiones dicti a machinis: quibus inſiſtunt propter altitudines parietum.
Micor, oris, pro macies.
Micra fluuius italiæ terminus inter lyguriam & tuſciam.
Macrobii gens habẽs ſtaturam .xii. pedum: fertur in India eſſe: unde & dicitur, macron eni græce longum dicitur βιοτ ὸσ uita dicitur eſſe: hinc macrobii dicuntur qui ſunt longæ uitæ.
Micrologia eſt longa ſententia uel oratio: res neceſſarias comprehendens.
Macronoſia longa & grauis ægritudo.
Mactare: occidere affligere, ĩmolare.
Macto as. actiuum.
Mactatus: occiſus.
Macte maior facte magis aucte aut magne uocatuus eſt: macte uerbum eſt bene alicui optantis: ut Virg. Macte noua uirtute puer inquit id eſt multum aucte.
Mactra magica græce uulgo monſtrum dicitur
Mactus, magis auctus: dictum eſt a ſacris: quando enim uinum ſuper uictimam fondebat: diceba tur mactus eſt taurus: id eſt cumulata eſt oſtia & magis aucta.
Macula: turpitudo, peccatum, nota.
Macula eſt ueſtigium in qualibet parte corporis nigrum uel album.
Maculæ ſunt foramina rætis.
Maculare: polluere, cõtaminare, uariare, ĩde maculatus contaminatus.
Maculoſa: uaria.
Madet aſperſus eſt ſanguine uel unguento humidum eſt.
Midentia: humida loca.
Madeo es: unde madeſco madidus componitur madefio, madefacio.

Madefacere:undare.
Madet:exurit:coquit.
Madidus:infectus uino uel aqua seu qualibet re.
Madian interpretatur declinans iudicium.
Madian filius iaphet.a quo medi.
Madian & esa regiones sunt trans arabiam abundãtes camelis & dromedariis: omnisq; prouincia appellatur sabba.interpretatur uero madian iniquitas:esa resolutio uel effundẽs.
Madius mensis. dictus q̃ tunc terra madiat:qui & maius.
Mador pluuia.
Maius mẽsis a maioribus natu dictus.uel a maiesta te ut uult Ouidius in libro fastorũ.
Malech hebraice: latine chorus.
Magalia lingua punica casa pastoralis:& dicta q̃si magaria:qa magar punici nouã uillã dicũt.
Magalicæ dicuntur a græcis semisphæria in mono chordo.
Magas ægre magnus.
Magdalena dicta est maria a magdalo castello ubi orta fuit.
Magdalum:turris.
Magi sunt qui uulgo maleficio ob facinorũ magnitudinẽ nuncupantur: qui q̃uis uideãt nec corpore nec aĩa mutant aliqd.
Magi sunt qui syderibus philosophant.dicti quasi magas: id est magni.
Mage ponit̃ ꝓ magis: sed hoc poetica licẽtia.
Magorũ primus zoroastres rex bactrianorum fuit: quem Ninus rex assyriorũ prælio interfecit.Hãc artẽ multa post sæcula Democritus ampliauit qñ hippocrates medicinæ arte effloruit.Apud assyrios aũt magicæ artes copiosæ sunt:hic magus magi:unde magicus ca.cũ.
Magis ẽ alterꝝ e duobus præferre utrum cõpet potius uero alterꝝ dãnet.
Magis aduerbiũ compandi. ut magis bonus iste q̃ ille:q̃uis iste sit bonus.
Magister maior í statione.Nam μαγίστρ græce statio dicitur.
Magister componitur cum multis: ut magister militum: magister a secretis id ẽ primus consiliarius:a caliculis id est pincerna.Sic quoq; a respõsis: qui dat regalia:ab athis q præest mẽsuris: & multa alia his similia quibus subaudit̃ magister: uel aliquid tale:ut cõciuis minister.præfectus.& hoc secundum græcos.
Magistratus prætores uel cõsules dicti ꝙ maiores sunt reliquis officiis.
Magmentũ alii pinguissimum intestinum: alii secunda profecta: cornutus uero quicquid mactat̃ id est distrahitur.
Magnalia id est præstantiora:magnifica salubria.
Magnanimis & magnanimus dicit̃ id est liberalis & munificus.
Magnanimus dictus ꝙ magni animi & magnæ uirtutis sit:huic contrarius ẽ pusillanimus.
Magnates:nobiles:præclari.potẽtes.
Magnessa ciuitas thessaliæ.
Magnetes populus thessaliæ.
Magnesia regio scythiæ uicina thessaliæ.
Magnes lapis indicus ab inuentore eiusdem noĩs dictus:cui tanta uis ẽ:ut ferrum ad se trahat:ꝙ si iuxta eum adamas positus fuerit:mox remittit.Magnes tanto melior est:quanto magis ceruleus:anulorum quoq; ferreorũ: quos rapit quasi cathenã facit uelut ferro uim suam præbeat:hic magnes magnetis.
Magnificat:collaudat.præclarũ habet.exaltat.
Magnificus:egregius:magna faciẽs.magnificentior tissimus:componitur quasi magnificens.quod nõ est in usu.
Magnifice:egregie.excellenter.
Magnificentia: celsitudo. sublimitas. magnitudo dignitas: amplitudo.
Magniloquus:glorios us.magni se faciẽs.
Magnus maior maxĩus:magnitudo magnalia pluraliter.maioro as maius maiusculũ maiestas magis:unde magister componitur magistro as:magisterium magistralis magistellus. componitur magnifico as.magnificus:tia.mis.mus.minitas. magniloquus.
Magnũ & paruum ad dignitatẽ referr̃ uel indignitatẽ.Longum & breue ad quãtitatẽ corporis uel temporis.Multi & pauci ad numerũ:sed in partibus abutunt̃.
Magnopere ẽ ad magnũ opus ptinet.
Magnũ ad animũ referr̃:grãde ad corpus.
Magnũ est oẽ quod rarũ est & speciosum.
Magnus annus dicit̃ quãdo oia sydera certis tẽporibus:numerisq; completis ad suũ locũ uel ordinẽ reuertunt̃.
Magog filius iaphet: a quo arbitrant̃ scythas & gothos traxisse originem uel massagetas:interpretatur uero decretũ.
Maguderis ris rim:quod significat gẽus frugis caulis: qui nascitur ex ea parte unde scyrpus auellit̃ uel siligo.
Maguncia ciuitas germaniæ.
Maia mercurii mater.prisc.maia pro μαῖα mæa apud græcos ai diphthongus ẽ:apud latinos pro duplici cõsonãte:sicut aias ꝓ αἴας aeas.
Maiugena maia genitus id est mercurius.
Maiestas: honor.dignitas splendor dicta quasi maior potestas.
Maiorica & minorica insulæ hispaniæ maior & minor:quæ & baleares dicunt̃.
Maius mẽsis dictus a maia matre mercurii siue maioribus natu.nã hunc maioribus:sequenté minoribus consecrauerũt.unde iunius dictus.Ante.n. in centurias maiorũ & iuniorum diuisus erat populus.hic maius & madius dicit̃.
Maius græce artemysios: hebraice iar: ægyptiace pachon.
Mala græce obsterrix: mala græce mela.mala mãtica ꝙ duas quasi pendẽtes maxillas habeat.
Mala poma sunt generis neutri:mala ẽt maxilla diminutiuum facit uel pessima.
Malachias interpretatur angelus meus uel domi

ni id eſt nuncius. Quicquid enim loquebatur q̄ſi a domio mandatum credebatur. Idem etiam heſdras ſacerdos.

Malachim qui liber eſt regum ſecundus: proinde dictus: quia reges iudæ & iſraelis geſtaq; eorū per ordinē tēporum dirigat. Malach enim hebraice latine regnū interpretat.

Malachias ſerenitas abſq; uēto latine.

Malachia: mollicies. græcū eſt.

Malachina: emēdatio.

Malagma: medicamentū: dicta q̄ ſine igne macerētur & cōpræhēdatur.

Maleſorus bizantinorum lingua ſeptember mēſis dicitur.

Malach hebraice: angeli græce: nuncii latine.

Malaciana a loco unde prius portata ſunt dicta.

Malacydonia dicta ab oppido: quod ē inſula creta

Malagranata ideſt punica: dicta q̄ interius grana habeant olentia quæ comedunt. ſignificat eccleſiam de multis gentibus cōgregatam. uel gratias habētes.

Mala omnia poma mollia a malis uocamus: ſed cū adiectiōe terrarum: in quibus nata ſunt: ut pſica maciana: cydonia punica & cætera. Mala dulcia uis egeruntur. flegma nutriunt: fellis ardorē mouēt: inflationes faciunt: quia uis frigida eſt & humida. Mala uero acida & matura omnibus cōmoda ſunt: & bene digerunt. Sunt & agreſtia mala: ſtringunt corpus. cocta bene digerunt: ſuccus eor̄ ſuſpirioſis prodeſt.

Mala græce ouis dicitur. hinc malanomos paſtor ouium.

Malaſſas: maceras. ſubigis.

Malaxatus: maxillatus aut certe ſubactus.

Malatus: maxillatus a malis.

Mabbella ueſtis quæ ex maluaq̄ ſtamine cōficitur quā alii molocinā uocāt.

Malba: mauritaniæ fluuius.

Malchus iterpretatur rex uel regnaturus.

Malæ ſunt eminētes ſub oculis partes: dictæ q̄ infra oculos eminent in rotunditate: quæ græce μήλα appellant: ſiue q̄ ſint ſuper maxillas.

Malæ: maxillæ. male. inique.

Malech hebraice parturiēs interpretatur.

Malea: promōtorium laconiæ.

Maleum: pmōtorium græciæ: ad quod nemo uenire pōt niſi magno circuitu.

Malæus mons in ſupiori india: ubi ſeptentriōes parum apparent: umbrā in ſeptētriōe facit.

Malle p duo l. magis uelle. mallē etiā.

Maledicere: increpare: detrahere. actiuum.

Maledictū ſurgiū. probra amaritudo līguæ: uel maledictio.

Malefici: uenefici. malefici ob magnitudinē facinorum dicunt: & hi ſanguine & uictima utuntur: & ſæpe mortuorum corpora contingunt.

Malefida: nō tuta. periculoſa.

Maleiurus: periurus.

Malleus: martellus uulgo dictus q̄ dum qd calet & molle eſt cædit & producit illud: īde maleolus diminutiuum.

Malleolus eſt nouellus palmes innatus prioris anni flagello dictus ob ſimilitudinē rei: q̄ in ea pte q̄ decidit ex ueteri ſarmento prominens ſpeciē mallei habeat.

Maleſuada: quæ ad malum cōpellit id eſt male ſuadēs. maleſuaſa uero quæ ad malum ſuaderur.

Mallidus: emollitus effectus.

Malignor aris. atur malitiā peragit.

Malignus a male. ſicut a bene benignus.

Malignus q̄ malitiæ uotū uel opus peragit.

Malitia: cogitatio prauæ mentis dicitur. malignitas uero malitiæ uotū uel opus appellat.

Malitioſus: calidus. uafer. aſtutus. uerſutus. ſubdolus inſidiolus. maliuolus. inuidus. male cupiens alteri.

Malina creſcens æſtus maris.

Malo. magis uolo cōponitur. malo mauis mauult. & pluraliter malumus mauultis malunt. malui. malā futurum ſed nō eſt in uſu. Imperatiuo deficit. Optatiuo mallem maluiſſem mali. Subiunctiuo cum malim mallē maluerim maluiſſē maluero. Infinitiuo malle maluiſſe: pticipiū malēs licet ſine l. debeat eſſe.

Malobox: genus unguenti.

Malogranatum dictum q̄ intra corticis rotunditatem granorum contineat quantitatem. Idē & malum punicū.

Malogranatū neutrum pomū ſignificat. malogranata fœmininū arborē: malogranatū & malum granatū dicit.

Malomellum: genus pomi a dulcedine pomi dcm̄ q̄ fructus eius mellis ſaporē habeat: uel q̄ in melle ſeruet.

Malos & ægeæ ciuitates ſunt.

Malos μαλος græce coma uel lana.

Malonē græce comā capitis dicūt. quā nos ciros.

Malua: gēus hærbæ hortolanæ: quæ ex græco μαλαχή malache dicit eo q̄ mouendi aluū ſoluendiq; naturā habeat.

Malua hærba: diminutiuū eius maluaceus idē nō bonus & utilis ut malua.

Maluauiſcus hærba dicta. q̄ glutinoſa ſit.

Malua agreſtis: maluauiſcus ſiue altea.

Malum nullam eſſe naturā dicimus: quia natura omnis aut incōmutabilis ē ſicut deus: aut cōmutabilis ut creatura. malum uero ideo natura nulla ē. quia accidendo in bonā naturam efficit eam uitioſam: q̄ dum diſcedit natura manet & malū quod erat nuſquā ē: ac per hoc malum nihil eſt: quia ſine deo factum ē nihil. deus autem malum nō fecit. a diabolo uero inuentum eſt malum nō creatū: uerūtamen non ē dicendum: quia alicubi aut aliquādo erat malū. unde fieret diabolus malus: ſed quia uitium eſt: dum eſſet angelus bonus ſupbiendo factus eſt angelus malus. & ideo recte dicitur ab eo inuentū eſſe malum.

Malū dupliciter appellatur. unum quod homo facit. quod eſt peccatum. alterum. quod patitur qđ eſt pœna. Malum autem tunc plenum dicitur eē

cum & præteritum eſt: & impeditur: ut ſit & dolor & metus.

Malus malū dictum a nigro felle, quod græci μέλαν melan dicūt: unde & melācolici dicti ſūt homines: qui conuerſationem humanam refugiunt & amicorum carorum ſuſpect⁹ ſunt: quibus abū dat nigrū fel.

Malus: unde malitia: alitioſus. oſitas: malignus malignitas: malignor aris: maliuolus maliuolentia.

Malum ſi peſſimum ſignificat breuiatur: & quæcū que deriuantur ab eo uel componunt⁹: ut maliuolus: malignus. Si autem ſignificat arborem nauis uel pomum ꝓducitur.

Malus pulchritudine & fructu aliis arboribus præeminet, & odore delectat: & umbra ꝓtegit ab æſtu quæ oīa in xp̄o cōſiderant⁹ apte.

Malum a græcis dictum: q; fructus eius ſit pomoꝝ rotundiſſimorum, unde hæc ſunt uera mala quæ uehementer rotunda ſunt. Mala græce μᾶλα mela dicunt⁹.

Malū punicum dictum quia ex pūica regiōe trāſlatum ē. Idem & malogranatum interius ruber: exterius candet.

Malum perſicum cui breuis uita ad modicum cōceſſa ē: triū generū ferē⁹ eē: duracinus: armeniacus & peſſimus: pſicū a pſia dictū.

Malū: generale placitū dicebatur: quādo totus conueniebat populus ter in āno.

Malus ē arbor nauis: quo uela ſuſtinentur dict⁹. q; habeat inſtar mali in ſummitate uel quia quaſi q buſdā malleolis ligneis cingitur: quorū uolubilitate uela facilius eleuētur.

Mambreæ ciuitas iudeæ uocata ex uno amico abrahæ: ipſa ē & arbe ideſt hebron.

Mambreæ: uiſio.

Mambres interpretatur mare pelliciū ſiue mare in capite.

Mammæ mulierum dicūtur. māmillæ uiroꝝ: ubera pecudū.

Mamma: inde māmilla māmillaris māmillata mater: & quæ ab hoc fiunt.

Mammæ μαμμᾶι græce auia.

Mammona apud hebræos diuitiæ dicūtur.

Mammona dæmon ille dr̄ q diuitiis & lucris carnalibus præeſt. Mamo uero punice trepide dicunt⁹ pueri: q lac diu ſugūt a parētibus.

Māmurræ: ciuitas duoꝝ fratrū.

Man quod eſt māna: interpretat⁹ quid ē hoc. cū enī deus prius pluereꝫ māna filiis iſrael: quaſi mirātes dixerunt. quid ē hoc.

Māna hebraice ſacrificiū uel uictima dr̄.

Manaen interpretatur cōſolās.

Manales lapides qui in modū cylindrorū per limites trahebātur.

Manas: malas. maxillas.

Manaſſes: filius ioſeph dictus ab eo q; pr̄ eius oblitus ſit laboꝝ ſuoꝝ: hebraice enī manaſſes dicitur obliuio.

Manaſſes interpretat⁹ obliuioſus ſiue q; oblitus eſt fuit enī oblitus dei.

Manare: pfluere, exire. erūpere.

Miceps ſeruus: hic māceps cipis. priſ.

Mancipi. ideſt manucapto datiuus eſt. & iungit⁹ figutate aliis caſibus oibus. uel ē quod de manu in manum trālfert⁹ ut liber: & ē oīs generis indeclinabile p oēs caſus.

Mancipi res ueteres appellabant: quæ aliēabātur p quandam nexus ſolēnitatē ut adhibitis nō minus quinq; teſtibus romanorum ciuium puberibus. & alio eiuſdē cōditiōs: qui libram æneam teneat. atq; æs ita dicens: hoc ego ex iure quiritum meum eē aio: hoc quoq; emptū eſt: hoc ære æneaq; libra. Deniq; ære pcutit libram: ſiq; æs dat ei: a quo accipit rem illam precii loco.

Mancipium non ſexū ſed cōditionē ſignificat: mācipium dicitur quicquid manu capi ſubdiq; pōt. ut homo equus ouis.

Mancipare: mancipiū facere. manu tradere ī ſerui tutē redigere: nutrire.

Mancipare: ī poteſtatē mittere: emācipare uero de ſubpoteſtate emittere.

Mancipatio dicta: quia res manu capitur.

Mancipatus ē: uinctus eſt.

Mancipalis originis ciuis uel loci officiū gerēs.

Mancus dicit⁹ manu carens.

Mandare, iubere. præcipere. cōponitur cōmendare demandare.

Mandatū eſt quod olim in cōmiſſo negocio alter alteri manū dabat. Ratū uero erat quaſi rōnabile & rectū: unde quod pollicetur dicit⁹ ratū eē. mādatū in manu depoſitū in fide traditū.

Mando is. a molo dictū: uel quaſi moueo dentes. ī de mandibula. componitur manduco: quaſi mandendo ico uel hio.

Mandere. maſtigare. comedere.

Mandibulæ ſunt maxillaꝝ partes: moles dentium unde & dicuntur.

Mando as. iubeo uel cōmendo.

Mādo is: comedo. cuius præteritū qdā mādi: qdā mādidi alii mandui.

Manducare. comedere. ad hoies ptinet ſolum quaſi manū ducere ad os.

Manduco: or idē ſignificat antiqtus ſimiliter mando or.

Mandulus: cenus clauſuræ horti.

Mandicus lignea hominis figura ingens: quæ ſolet circenſibus malas mouere quaſi manducando.

Mandrator: cauillator.

Mandragora lætalis ægris: tamē uigilia laborantibus ſomnū frequenter accerſit.

Mandragora genus herbæ: cuius pomū ſimillimū paruo peponi: quem latini malum terræ uocant: hanc prophetæ & anthropomorpheos appellāt eo q; habeat radicem ad formam hominis. Anthropos ἄνθρωπος enim græce homo dicit⁹.

Mandragora: herba aromatica: pomi eius optimi ſunt odoris in ſimilitudinem pomi maciani: q; in cōmodo uigiliarum laborant. hauſtu huius pomi releuātur. q; ſecādi ſūt. ſi exteriorē huius corticē biberint. non ſentiunt.

Mane lux matura & plena nec iam crepuſculum dictum a mana:manu enim antiqui bonum dicebāt quid enim melius luce:Alii dicūt a manibus quorum conuerſatio a luna ad terram eſt. Alii ab aere:qa manus id eſt rarus & pſpicuus ē.

Mane ide maturus ra.rū.itas.maturo as:a quo maturaſco compōitur immaturus,præmaturus matutinus.

Mane ſignificat peractis errorum & peccatorum tenebris.

Manere:ſtare,expectare,perſeuerare.reſtare.relictum eſſe.

Maneo es.ſi.maneor ris manſus.

Manes:umbræ uel animæ mortuorum:īfernus aut ſepulchra fauillæ quoq; malorum aut monumēta.

Manus dicti boni a manu id eſt bonum:

Manes mortuoꝝ deos pagani dicunt:quorum pote ſtatem inter lunam & terras aſſerunt:quos putant dictos ab aere,quia manu .id eſt rarus eſt: uel qa late manant per auras:uel per antiphraſim ,mānes i.mites:cū ſint immanes & terribiles;

Māgones:id eſt negociatores .q iō pueros uel aliud emūt ut carius uendant.

Māgonnis.ſeductor:qui uulgo dr̄ mangāus.

Mania μανια id ē ſinæmentis alienatio ſine febribus.aut hilaritatem aut uanitatem aut timorem nunciat,unde ab inſania dicta eſt :hanc enim græci maniam μανιαν uocauerunt,ex quo nomine multæ ſignificationes poſſunt oſtendi .Nos uero a mentis turbata ſanitate ſub cuius dñio corpus agēs ſanū dici minime pōt.

Manicoꝝ eni ſp̄es multæ ſunt.ut ſubito rideāt, iraſcantur,plangāt: timeant,cāteni,ſaltent.

Mania ab inſania uel furore dicta,nā græcorum uetuſtas furorem maniā μανιαν και μανικον: furioſum appellauit,ſiue ab iniquitate quā græci maniam,uel a diuinatione: quia diuinare græce μαντευομαι dicitur.Maniæ hæc ſigna ſūt.alienā loquuntur. homines timent.in tenebris ſe abſcondunt,alii ferro ſe percutiunt & præcipitant. alii cōctāter ſūt triſtes & taciti .uel quia omnia q̄ eis fuerint præcepta faciunt.alii inobedientes ſūt & nudi currunt.uel illicita:hæc cauſa naſcitur ex coloribus nigris & nimium uiridibus,aut qui biberint ſuccū hyoſciaminis aut ſuccum τῆσ μανη ἀραγορασ mandragoræ,aut cōui:quod latine dicitur cicuta:multi etiam ſine uenenis & coleribus in hanc paſſionē incidunt ex nimio uino: uel quibus ſolet ſanguis ex naribus aut ex æmoroidibus uenire :& non uenis aut quibus cerebrum ſiccum eſt & calidum .Colorem habent liuidum & ſubnigrum uel ſanguineum. Qui autem taciti ſunt:humore infectantur frigido & ſicco. Qui uero loquūtur & clamant.calido & humido.Sūt etiam qui per nimium meditationis ſtudium maniam incurrunt :hos anteq̄ in cauſam ueniant ſic cognoſcis:primo patiunt conſuetas uigilias: egre diuntur nocte incaſſum. Sunt enim inquieti:nec uno loco ſedere poſſunt & aſſidue male faciunt: nōnunquam ſine cauſa irati ſunt .aliquotiens expoliant ſe incongrue:& tīnitus aurium ab eis frequenter auditur:nec odorem bonum nec malum ſentiunt :ex his interrogati uera reſpondent.

Manicæ ſunt uincula quibus māus uinculantur. licet etiā tunicaꝝ ſint.

Manico as per manū tenet uel mane ſurgit.

Manticulare dolū uel ſtrophas excogitare.

Manichæi a quodam manes dicti : hi duas naturas duoq; principia boni & mali inter ſe bellantia fingunt: & chriſtum non de uirgine natum ſed corpus habuiſſe fantaſticum credūt.blaſphemant prophetas : uetuſq; teſtamentum :nuptias quoq; ſpernunt.

Manifeſta clara,pſpicua.certa.

Manifeſtare:apire ad manū :foras ſtare uel facere ad manum.

Manifeſtū :conuictum.comptum.aptū.

Manifeſtum:manet feſſis tuitio.

Manifeſtarius:nocens.

Manipulus dr̄ faſcis fœni uel culini:q; manu capiatur uel impleat.

Manipulus ducentoꝝ militū dictus:ſiue quia bellum primo mane incipiebāt:uel quia anteq̄ ſigna eſſent manipulos id eſt faſciculos alicuius hærbæ pro ſignis faciebāt.

Manipulares milites dicti ſunt.

Manipulus ligatura culmoꝝ remūeratio oparii.

Manipulares:ſignorū portitores:manipularius uero diſpēſator.

Manipulati:aggregati.

Manipuloſus:directus.

Manipulus breuis numerus militum ſex aut. xii. uiri.

Manſa:comeſta:manſueta.Aug.manſa maſticata.

Manſitat:frequēter manet.

Manſus:manſuetus.

Manſuefacit:mulcet.placat.

Manſuetus ē q nulli iniuriā irrogat.Modeſtus uero q nec læſus iraſcitur.

Manſuetus:mitis,uel domitus.quaſi manu aſſuetus.

Manſus dictus a manendo q̄ integrum ſit.xii.iugeribus.

Mantilia mappæ uilloſæ menſales.

Mantilia nūc p opiēdis mēſis ſūt:ſed ut nomē ipm indicat olim a tergēdis manibus.uel quaſi mādelia a mandēdo.

Mancia μαντεῖα græce diuinatio.

Manticora aīal in idia ferox & uelociſſimū.

Mantica:pera uiatoria:ſportella.bargilla.biſaccia uulgo.

Māticula:mātellaria.

Mātipara:leuata.

Māticulare:furari.fraudare.

Mēticulo as mēticulatiō :fallacia uel lenocinīū.

Mātū hiſpani uocant q̄ manus tāgat tm̄: ē eni breuis amictus.

Māto tireſiæ filia uatis fuit:mātuā cōdidiſſe dr̄.

Māto tireſiæ filia poſt interitū thebanoꝝ ī Italiam

delata ē:& in uenetiā quæ gallia ciſalpina dicitur
Manuales: forcipes ferrarii.longū ferrariū.
Mānubiæ ſpolia rapinæ res de præda mānu collectæ.
Manubiæ dictū q manibus detrahuntur: id ē uestes mortuorum.
Manubrium dictum q manibus teneat: uulgo mānicum dicitur.
Manumiſſus libertus dicit quaſi emiſſus. Apud ueteres enim quotiēs emittebant eos alapa peuſſos circūuagebant:& liberos confirmabāt: unde dicti q manu emitterentur.
Manutergiū a tergendo manus dictū:ſicut faciter giū a tergendo facie:linei pāni ſolent eſſe.
Manni qui & buriles dicti q manſuetudinem manuum ſequantur.
Manus dictæ q per ipſas mandimus:uel q ſit optimū membrū:nam manum bouum.uel q mundi at hominem.
Manus dicta q ſit totius corporis munus. Ipſa enī cibū ori miniſtrat & oīa opat.
Manus:multitudo.turba uel præcium.Aug. opa ſignificat.
Manus impoſitio ideo fit:ut per benedictionē detur aduocatus ſpiritus ſanctus. Tunc enim paracletus ille poſt mundata & benedicta corpora libens a patre deſcendit:& quaſi ſuper baptiſmi aquam tanq̄ ſuper priſtinam ſedem recognoſcens quieſcit:Nam legitur q in principio ſpiritus dei ferebatur ſup aquas.
Manum antiqui bonum dicebant.unde & mane dicitur.qd bonū ſit:& manes inferi:quia non iūt boni & imane.
Manus ſecundū quoſdā dicta quaſi means nuda: manubrium inde manualis componitur manica manipulus.eminus.cōminus.cētimanus.manicus.manſuetus.manſueſco.imanis.mantile.manutergium.mancipo ās.manceps.mācipis.mācipium & cætera.
Manzer:filius ſcorti.
Mancerinus:adulterinus.
Mappalia: paſtoralia tabernacula.
Mappæ epularum ſic dictæ:quaſi manuppæ: cuius diminutiuum eſt mappella:hæc mappa oratius ponit,mappa:pictura uel forma ludoꝝ. unde dicitur mappa mundi.
Maran hebraice amarum.
Maranathan domini aduētus.ſyrum eſt.
Maranatha magis ſyrū ē q̄ hebræū:quāuis & confine ſit utriuſq; lioguæ interpretatur dominus noſter uenit:ut ſit ſenſus:ſi quis non amat dominū xp̄m ſit anathema:& ſequitur dominus noſter uenit non cōtendamus.hoc maranatha thæ.ſicut paſcha cæ.
Marathonius cāpus ὁ μαραθών in hellade præ lii crudeliſſimus.
Marathon τὸ μαραθών græce feniculū.
Marabonei hæretici iudæoꝝ dicūt ipſum eſſe chriſtum q docuit eos in omni re ſabbatizare.
Marca dicitur comitatus terræ alicuius unde ipſe marchio dicitur.
Marcha dicitur pondus argenti minus libra.
Marcere:languere.areſcere.
Marceſcit:langueſcit.
Marcipor pro marti puer antiq dicebant.
Martius primū deriuat inde mars.martius a um. martiaticus ca cum.mauors etiam ex quo mauortius cia um.dicitur autem malpiter martis pater ſicut dieſpiter diei pr iuppiter:hic & hæc martialis & hoc martiale.
Martius dicitur uel a marte quem romani colebant:uel quia tunc cuncta agantur ad martē & ad cōcubendi uoluptatē:hic mēſis græce diſtros.hebraice adar.ægyptiace famenor.
Marcioniſtæ a marcione hæretici dicti q cerdonis dogma ſecutus:alterū bonū:alterum iuſtū deū eſſe aſſerunt.
Marcomāni populi qdā in europa.
Macor:defectus quidā.a marcēdo dictus.
Marcor oris ipſa res: macor enim ē macies.
Marcus interpretat excelſus mādato utiq; ꝓpter euangeliū altiſſimi.
Marcus malleus maior:dictus q maior ſit ad cædēdum.
Marculus:malleus puſillus:
Mare ſignificat ſæculū uel populos.Augu. fluctus huius ſæculi.
Mare elemētū ē totū.maria uero partes maris.
Mare eſt aquarum generalis collectio:oīs enim cōgregatio aquaꝝ ſiue ſalſæ ſint;ſiue dulces abuſiue mariannuncapantur:proprie autē dictū ē q aquæ eius amaræ ſint.Mare altius eſſe terris phiſici putant:maris certus eſt color.ſed pro uarietate uentorum mutatur.Salſum uero uel amarum iccirco dicit eum ambroſius eſſe:quia cū diuerſi fluuii in illud currant:ſolis calore ac uentorum flatibus quicquid puꝝ ac leue eſt rapitur:quod uero graue ſiue terrenū relinquitur.
Mare magnū eſt:quod ab occaſu ex oceano fluit & in meridiē mergit:deinde ad ſeptētrionē tendit: quod inde magnum appellatur:quia cætera maria in comparatōe eius minora ſunt.Iſtud ē & mediteraneum q per mediam terram uſq; ad orientem ꝓfunditur:europam & aſiā africāq; diſtermināns:cuius primæ partes quæ hiſpanos pfundunt hibericus ſinus & balearicus appellantur.deinde gallicus:mox ligufticus q iuxta genuam urbem ē proximus.poſt hæc tyrrhenus qui italiam tangit: quem græci ionium:itali inferum uocant;inde ſiculus:qui a ſicilia uſq; ad cretā uadit:inde creticus:qui in pamphiliam & ægyptū pertendit.Inde heleſpōtus;qui in ſeptētrionem ſe torquens anfractibus magnis iuxta græcias & illyricū in anguſtias.vii.ſtadioꝝ ſtringitur:quo Xerxes ponte nauibus facto in græciā cōmeauit.Ibi ē Abydos ide diffuſus æquore patenti rurſus ſtringitur:& facit propontidem:qui mox in quingentos paſſus coartatur:fitq; boſphorus.Inde eſt ponticus ſinus amniſſimus a tergo mæotidis paludis:hoc mare magnum pro diuerſis locis uariis nominibus uocat: uel a poſitione cæli:ut ſupum & inferum.uel a

memoria regis Ionicum: Ion quippe rex græciæ fuit, unde Iones athenienſes. Et ſciendū ionicum eſſe immenſū ab ionia uſq; ad ſiciliā: & huius partes eſſe hadriaticum achaicum & epiraticum. Sinus dicuntur maiores receſſus maris: ut in mari magno Ionicus: in oceano arabicus: qui & mare rubrū: quia oceāo aſcribitur. Rubꝝ uero quāuis ſit: tamen non talem naturam habet: ſed propter adiacentem terram, quæ omnis rubra eſt. Ob hoc etiam rubræ gēmæ huius littoribus inueniuntur quia humi inuolutæ & terræ & maris colorem habent. Hoc mare in duos ſinus ſcinditur: in perſicum ab oriente & in arabicum.

Mare mortuum dictum q̄ nihil gignat uiuum: nihilq; recipiat ex genere uiuērium: ſed abiiciat neq; uentis mouetur reſiſtente ibi turbine bitumis & omnia uita carentia in profundum merguntur niſi pro bitumine illuſtrentur. Dicunt accenſam lucernam ſupernatari: & hoc & mare ſalinarum ſiue lacus aſphalti. id eſt bituminis.

Mare galilææ idem & tiberiadis & ſtagnum geneſar.

Mare cū totum ſignificat eſt proprium: cum uero partes appellatiuum.

Maria: æra: uina: mella: ordea: & gtōs plurales & datiuos in uſu raros habent niſi apud uetuſtiſſimos apud quos multa inuenis deficientia. Sed oportet nos analogiæ rationē ſcire: uſum tamen auctorū magis æmulari.

Mare uel iuolū: p quod uelis naues uolant.

Mareotides uites a loco dictæ: mareotis enī regio ē ægypti.

Mareoticæ uuæ a regiōe ægypti: mareotides dictæ unde prius uenerunt: ſunt albæ & nigræ.

Mareoticū uinum.

Maredus, madidus, udus.

Mares: maſculi uel mariti, hic mas maris.

Marræ: ſappæ. inſtrumenta ruſticorū.

Marra terebrum: idem uerrubius.

Mareſuam hebraice octōber mēſis.

Murgidus: laſſus. grauatus.

Margarita: prima candidarū gēmarū dicta q̄ in cōchulis marinis inueniatur.

Margaritum & margarita neutri & fœminini generis.

Margaritæ cōchæ ſūt maris: quæ cōcipiūt rorē certo tempore: quibus captis eximitur unio mox durescens: nec unquā duo reperiunt̄: unde unio dicitur.

Margo ē pars uel ſūmitas cuiuſlibet loci & rei maris: unde dicitur hic & hæc margo.

Maria mater domini.

Maria cleophe ſiue alphei uxor: quæ eſt mater iacobi epiſcopi & apoſtoli: & ſimonis & thadei: & cuiuſdam ioſeph. Maria ſalome uxor zebedei mater ioannis euangeliſtæ & iacobi. Maria magdalene, iſtæ, iiii. in euangelio reperiuntur. Amo iacobus & Iudas & Ioſeph filii materteræ domini fuerunt, Iacobus quoq; & Ioannes alterius materteræ domini. Maria iacobi minoris & ioſeph mr̄ uxor alphei ſoror mariæ matris domini quā cleophe Ioānes nominat: uel a patre uel a gentilitatis familia uel alia cauſa Maria ſalome a uiro uel a uico dicitur. hanc eandem quidam cleophe dicunt quia duos uiros habuerit.

Maria illuminatrix ſiue ſtella maris interpretatur genuit enim lumen mundi: ſermone autem ſyro domina nuncupatur: quia genuit dominum.

Maris ſyriace domina.

Maridis græce: particulæ.

Maria multarū aquarum congregationes appellātur: ut in geneſi legitur correpta penultima: indē deriuatur marinus na num quod a mari continet̄ ut marinum mōſtrū: maritima uero loca mari uicina dicta q̄ſi maris intima uel terminus.

Marinus color cæruleus.

Mariſca: ficus ani.

Mariſcæ extra pminēria. quæ uulgo ficus dicitur

Marica: nympha agreſtis latini mater: a qua fluuius uel ciuitas dicit̄.

Marillis: roma antiquitus dicta.

Maritus qui cōiugē habet a mare dictus: quaſi mas unde dicitur maritare: q̄ſi marito dare.

Maritare: fœtare.

Marmaria: ubi populi ſunt ferociſſimi: marmarides dicti.

Marmora dicunt̄ eximii lapides: qui maculis & coloribus cōmēdantur.

Marmor græce a uiriditate dictū: q̄uis poſtea diuerſoꝝ coloꝝ inueniat. Eſt enī porphyreticū: lacedæmoniū: ſcythicū. ſynnatycum: chium: hoc marmor ris.

Marmor aliquotiēs p mare ponitur.

Marmoreū: de marmore.

Marmoreū æquor id ē ſplēdēs: relucēs ut marmor

Maron: interpretatur amaritudo.

Maros: mons epiri.

Mars tis: p pugna uel deo belli ponitur: inde hic martius tii: a quo martialis: mauors tis: unde mauortius a um.

Mars quaſi maris id eſt pugna uiri dicitur.

Marſus: romanus.

Marſi gens italiæ dicta a comite liberi marſia qui uſum uitis illis oſtendit. cui ſtatuā fecerunt.

Marſi & mauricinii iuxta fuſcinum lacū ſunt.

Marſi populi incātatores ſunt: quos græci uſquos uocant: q̄ multos ſerpentes habēt.

Marſus pro incantator ponit̄.

Marſyas fluuius phrygiæ a nomine marſyæ ibi ſepulti.

Marſya fluuius lidoꝝ a marſya dictus q̄ uictus eſt ab apolline cāndo: de cuius ſanguine fluuius naſcitur.

Marſyda: fons in phrygia ſaxeus erat.

Marſupium ſacculus pecuniæ a græcis nomē inflexum.

Martha. irritans. prouocās: ſyriace interpretat̄ dominans.

Matrem deum eſſe dicūt dictū quaſi mas: quia p uiros pugnatur. Item quaſi effectorem mortuoꝝ

nam a marte mors dicitur. hunc adulterū dicūt: quia belligerantibus incertus est exitus: nudo pectore stat: ut bello sine formidine se quisq; obiiciat: Gradiuus dicitur q̄ pugnantes in bellum gradatim eant.

Martellus: mediocris malleus.

Martyria in mortario ex pice fiunt: unde & dicunt sciola parua.

Martia, mœnia romana palatia a marte.

Martyres græce: testes dicuntur: unde dicti quia p̄ pter testimoniū christi mortem passi sunt: unde & testimonia martyria græce dicuntur: μαρτῦρ martyr martyros græce & o martyros prisc.

Martius mensis nouo⁹ dicit̄: quia initiū ānī ē. Idē & nouū: uel p̄pter initiū germinū: hic primus mēsis apud hebræos dicitur.

Martius cāpus: uallis quæ possessio fuit q̄rini & romuli: in quo colebat̄ mars: & romana iuuentus exercebatur: qui olim fuit tarquini superbi: quo reiecto marti consecratus ē.

Marrubiū hærba cāpestris amara: græce prasiū dī

Marrubii: populi marso⁹ iuxta mare.

Mas ris. id est uir: cuius diminutiuū masculus: ide masculinus nanum dicitur maritus. & marito as.

Mas dictus quasi maioris sapientiæ q̄ uxor: unde & eius caput dicit̄.

Massa: magnitudo: collectio: prisc. massa p̄ maya græco dicimus.

Massagetæ pluraliter sytharū origine populi sunt dicti quasi graues & fortes getæ: hi iter scythas & albanos sunt.

Masculus per diminutionem a mas fit addita culus. Masculinus uero dicitur qui ad masculum p̄tinet.

Masculus dicitur succus arboris arabicæ: quæ uocatur thus dictum q̄ sit natura rotundum i modū testiculorum.

Masicus mons campaniæ ferax uini optimi.

Massylia ciuitas africæ ē nō longe ab atlante hesperidum, a qua massyli dicūtur: quos massulos nos corrupte uocamus.

Massyliā urbē phocenses acyro expugnati & in ultimos galliæ sinus nauibus p̄fecti: armisq; se aduersus gallicā feritatē tuentes cōdiderūt: & noīe ducis nuncupauerūt: hos uarro trilingues eē ait: q̄d græce loquant̄ & latine & gallice.

Massyli: gens mauro⁹.

Masanissa rex numidar⁹ fuit.

Maslingua, genus auis parieth dicit̄.

Maslot hebræi: græci parabolas, latini p̄uerbia dicunt.

Masphat hebraice iudiciū interpretatur.

Maspiter martis pater.

Maspiter huius maspiteris & maspitris: id ē mars.

Mastigia: corrigia qua mātellū cōglutinat̄.

Mastygia taurea flagella, uel malus seruus nequā.

Masticinala dicta q̄ colorē mastices habeat: crocea est.

Mastix resina lentisci gutta ē: hæc granomastices dicta quasi in modum granor⁹ ē.

Masticon græce uirorum fortium.

Masticare, comedere.

Mastruga a barbaris latinis nomē est infertum uestis germanica ex pelliculis ferar⁹: dicta quasi mē strua: q̄ ea induūtur quasi in ferar⁹ habitū trās formant̄. mastruga fortis ualde lingua sardorū.

Massucus: edax.

Mataxa dicta q̄si metaxa a circuitu scilicet filorū nam meta circuitus ē: uel q̄ trālfert̄: instrumētū est texendi.

Mata: tapetum.

Mata uulgo cella dicitur: grego. in dialogo. inde matula pro culcitra. Hiero.

Mateca noua mors interpretatur.

Mathematica latine dicitur doctrinalis scientia q̄ abstractā consyderat quantitatem. Abstracta enī quantitas ē: quā intellectu a materia separātes uel ab aliis accidentibus, ut ē par impar, uel aliis huiusmodi in sola ratione tractamus: cuius spēs sūt quattuor. Arithmetica. Musica. Geometria. Astronomia.

Mathematici iidē & genethliaci dicti q̄ de naturis hominū disputāt. primo magi dicti fūt: post uulgo mathemathici. quorū superstitionis genus cōstellationes latini uocant, id est notationes syderū

Matesis sine aspiratione dicitur instrumētalis scientia ut facere ostiū quod aperiri nō possit, cū aspiratiōe uero doctrinalis.

Mathemathicū: corpus insubstantiale.

Matoū ματὸν θεὸν per deum: ματον λίαρ Iouem ματον ἀπόλλω per apollinē.

Mater dicitur q̄ inefficiatur aliq̄d. mater enim q̄si materia ē: pater uero causa.

Mater māma dicta quasi māmas terēs.

Mater græcū est μήτηρ: inde dicitur maricula. matertera: maternus na nū. matrimoniū. matrona. mattina. componitur cōmater. matricida. matricidiū. materia.

Matertera matris soror dicta q̄si altera mater.

Materia quasi mater dicta: q̄ ex ea aliquid efficiat̄ sicut: elemēta materiā rer⁹ dicimus.

Materia occasio uel sylua.

Materia uel materies dī: sed materies artificiorum materia uero cōsilior⁹.

Maternus ex pte matris.

Mattheus hebraice donatus exprimitur, idē appellatur leui: ex qua tribu fuit ortus. In latīo autem publicanus uocatur: qa ex publicanis ad apostolatum electus est. Mattheus sortitus ē æthiopiam Mattheus apostolus & euāgelista ex publicāo electus primum prædicauit in iudæa: postmodum in macedōia & passus i pāsida: qeuit in montibus parthor⁹. xi. kal. octobris.

Mattheus & matthias per duo t sūt scribēda: quia græci p̄ τ & θ scribūt ματθαιος.

Mitheſin ματθήσιν tetraden id est doctrinā quaternariā.

Matthias qui iter apostolos solus habetur sine cognomine donatus interpretatur. pro iuda enī donatus est & restituturs loco eius. Matthias iterpre

cæpit dei paruus de.lxx.discipulis unus;pro iuda subrogatus sorte electus:cuius natalicius dies ē.vi. kal.martii.

Matia intestina quæ sordes emittunt:unde matia/rii dicūtur q eadē tractāt ac uendūt.

Matina saltus in calabria.

Martinus: qui matrē habet.

Maton uel maten ubi dicit græcus furat.sicut ma tontheon.

Matrona ē quæ iam nupsit.dicta quasi mater nati uel quia iam fieri mater pōt:quia in matrimoniū conuenit.mater uero familias dicitur quæ p quā dam iuris solēniratem in familiam uiri transiuit Item matrona dicitur mater primi pueri.

Materfamilias uero quæ plures peperit:Alii dixe runt matronam dici:quæ in matrimoniū cum uiro uenerit:& ideo matrimonium dictum.matrē uero familias eam esse quæ ī mariti manu manci pioq; esset in familiam quoq; mariti & sui hæredis uenisse.matronæ autem etiam nobiles uirgines dicuntur.quæ matres iā fieri possunt.

Matrimonium est nubilium iusta cōditio & cōuentio:fœdus nuptiarum coniugium.

Matrimoniū idē ē quod nuptiæ.

Matrisarmimola dicta:q̄ menstrua moueat.

Est genus hærbæ:quæ alio nomine herpillus dicitur.

Matrix dicitur q̄ fœtus in ea generetur.Semē enī receptū cōfouet & corporat.

Mathuitu græce de deo corpore inducto uel de peritia dei.

Matura dicuntur: quæ apta sunt ad mandendum.

Maturare:accelerare.repræsentare.gubernare.

Matura dea paganorum quam leucothean græci dicunt.

Matura uirgo uiripotēs id est nubilis.

Maturus nūc dicit.antiqui matur:unde maturissimus & maturrimus.

Mature: extemplo festinanter.

Maturius:citius.

Matusalem interpretatur mortuus est. Quidam enim eum putant præteriisse diluuium:sed ideo hoc nomine dictus est:ut significetur non uixisse eum post diluuium:sed eodem cataclismo fuisse defunctum.

Matutam pagani dixerūt deā esse quæ maturescē tibus messibus præsit.

Matura significat aurorā:uel ut quidā dicūt leucothean id ē albā deam:

Matutinū est inter absessum tenebrarum & auroræ aduentum.dictum q̄ hoc tempore incohate mane sit.

Matutinum a matuta id est aurora:uel a mane pro manu.

Mauors mars belligerator: inde mauortius fortis bellicosus.

Mauortia martia res:quæ ad pugnā pertinet bellī cosa uel romana.

Mauorte matronale opimentum quod caput operit.uocatū autē sic quasi marte.

Mauorte signum ē maritalis dignitatis:idem & stola dicitur.

Mauortim id est excussio eqtis de equo.

Mauri prius medi dicti sunt qui medi & armenii ad Libyes iuncti fuerunt.Persæ uero cum getulis:mauri & numidæ sic sumpsere exordium:medi enim & armenii & persæ in hispaniam amisso duce hercule transuecti sunt in africam nauibus pximos nostro mari locos occupātes.Nam in initio getuli africam & libyes habuere:sed persæ secum gerulos miscuerunt: qui per solitudines diuersas uagantes:semetipsos numidas appellauerunt:id est uagos & incertos:medi autem & armeni accessere libyis:qui prius mare africum agitabant.Getuli uero magis sub sole nomen eorum paulatim libyes corrupere barbara lingua.mauros pro medis appellantes:licet mauri ob colorē a græcis uocentur.græci enim nigrum mauron dicunt.calore quippe affiati specie atri coloris ducunt.

Mauritaniæ tres sunt id est sitifensis quæ sitifi oppidum habuit:& cæsarienſis ubi ciuitas cæsarea fuit:& tingitania a tingi ciuitate:quæ utræque .p uinciæ sibi coniunctæ ab oriente numidiam habent.a septentrione mare magnum:ab occasu flumen malbam:a meridie montem atrixim:qui discernit inter fæcundam terram & harenas iacentes usq; ad oceanum.Mauritania uero tingitania ultima africæ exurgit a montibus septem habēs ab oriente flumen malbam:a septentrione fretū gaditanum:ab occiduo atlāticum:a meridie gaIalum gentes usq; ad oceanum hesperium.

Mauritania ob colorem populi dicta est:mauron enim græce nigrum significat.

Mauron equus niger.

Mauresia:gens maurorum;

Mausolea sunt sepulchra a mausoleo rege ægyptiorum dicta:quo defuncto uxor eius mirę magnitudinis & pulchritudinis extruxit sepulchrū:unde adhuc præciosa monumenta eodem nomine nuncapant.

Mausoleum:bustū.monumentū.sepulchrū.

Mauult:magis uult.

Maxillæ per diminutionem a malis dictæ.mandibulæ.

Maximus meritis:aut ætate:aut honore uel uirtutr seu oibus rebus dicit.

Mazeloledan filii rema nepotis cham.

Mazites populi sunt africæ qui naturali ferocitate sanguinem fundūt humanū.

Mazinorla:psalmus hebræum ē.

Mazuroth in iob zodiacus:quem duodecim signa mathematici asserunt.

Mazonomum genus uasis scutella.

Mæander amnis asiæ:ide dictus q̄ sit flexuosus:nascit in campis mesiaticis & currens milia.lxxxiiii in mare fluit cycladū.

Mæander inter cariam currens & Ioniam præcipitatur in sinum qui melitum diuidit & prienam.

Mæandro duplici id eſt recurua a mæandro fluuio qui in ſe recurrit.
Meapte.tuapte.ſuapte id eſt mea tua ſua: propria cauſa.
Meare: pficiſci:exire.a meo as:
Meare unde meatus tus & mare & ſecūdum quoſdam manus componit quaſi means nuda: cōponitur cōmeo as re per.cōmeatus tus fames comes comitia comitor ris:& quæ ex his fiunt.
Meatus inde dictus:quia per eūm meāt id eſt egeruntur ſtercora.
Meatus uena modice recurrens:meatus tranſitus cuiuſlibet rei.locus tranſitionis.
Mechacha græcum:unde & mechania id eſt īgenia fabrorum.
Mechanica eſt quædam doctrina ad quā ſubtiliter fabricā omnium rerū cōcurrere dicunt.
Mechaon.æſculapii filius medicorū maximus.
Mechanemata uocantur quædam mirifica humanis actibus facta de dei creatura:quæ qui neſciūt opinant eſſe diuina.
Mechapus fatuus.
Mœchatur:adulteratur.
Mœchus:adulter cum maritata.
Mœchia græce adulterium. Nam græci mœchos non niſi adulteros dicunt:quod tamē pro latino utitur:& pōt ſignificare fornicationem.
Mecœnas atis:nomen cuiuſdam nobilis uiri romani:cui uirgilius georgica inſcripſit ut in principio ait.Quid faciat lætas ſegetes quo uertere terram Mecœnas &c. & ad quem horatius plurales ex odis direxit primum ſic.mecœnas attauis edite regibus.
Meconethin regum fulturæ:quas baſes dicimus.
Mecum quod eſt a me ,pnomine per c ſolam ſcribendum:mœchus uero qui eſt adulter,per œ.
Mechanites gēma papauera exprimit.
Medenagan μηδενάγαν ne quid nimis græcum eſt.
Medea:malefica:qdā fuit uñ & medōas dicimus.
Mederi curare.
Meda:curatio remedium.
Medeor & medicor tibi dicimus.actiuā uim hñt dicit̄ medico & medicor te & medeor te.
Medeth nomen loci.
Media:regio aſiæ a medo rege qui eā bellādo aggreſſus eſt:hæc ab occaſu tranſuerſa parthia regna amplectitur:a ſeptētrione armenia cingitur caſpios uidet:a meridie pſida .huius terra medicā arborē gignit:quā nulla alia regio habet.Sunt aūt duæ mediæ maior & minor.
Media a medo priuigno iaſonis rege athenienſiū prius dicta.Sed inuenimus in geneſi q; madai filius iaphet auctor generis medorum fuit.unde & dicuntur:
Median urbem medius ægæi filius cōſtruxit:unde & regno eius media dicta eſt.
Mediacon:cōfectio olei omnia cōburens.
Media:gēma nigra eſt a medea illa fabuloſe iuēta
Media noſa dicta quia ex pte græca ſunt & ex parte latina,eadem & notha:quia corrumpunt ultimas ſyllabas prioribus manentibus,ut alexādros græce latine alexander.
Medianus qui in medio eſt.
Mediamna:a medio & amne.
Medica dicta a medis tranſlata ſit in græciā. hæc ſemel ſerit & decē annis pmanet:ita ut quatuor uel plus poſſit recidi per annum.
Medica genus leguminis opulenti.
Medica arbor primū aſportata a medis. hanc græci cedromellā:latini citriam dicunt q; eius poma & folia odorem cedri referant, malū eius inimicū uenenis:hæc pene oī tpe plena eſt pomis:q̄ partim matura: parti acerba ſunt:ptim in flore.
Medicina eſt ſcientia curationū:quæ corporis uel tuetur uel reſtaurat ſalutē:cuius materia uerſat i morbis & uulneribus. Ad hāc ptinēt nō ſolum ea quæ ars eoꝝ exhibet qui medici nominātur: ſed ēt cibi & potus regimen & oīs munitio. Nom aūt medicinæ a modo.i.tēperamento tractū ut non ſatis ſed paulatim adhibeatur.Nā in multo cōtriſtatur natura mediocriter aūt gauder.
Medicinæ artis reptor apud græcos phibet Apollo.hanc filiuſ eius æſculapius laude uel opere ampliauit.Sed poſtq̄ fulmis ictu periit æſculapiuſ:interdicta fertur medēdi cura:& ars ſimul cū auctore defecit:latuitq; per annos pene quingentos uſq; ad tempuſ artaxerxis,tunc eam in lucem reuocauit hippocrates ab aſclepio patre genitus in inſula choo,hi itaq; tres uiri totidem hæreſes inuenerunt.prima methodica:quæ remedia ſectatur & carmīa nec obſeruat alias cauſas ſed ſolas morborum ſubſtantias. Tribus enim generibus conſtat id eſt diætico pharmaceutico chirurgio.Diæta eſt quā latini regulam uocāt:quod ſit legis acutæ obſeruatio.Pharmatia φαρμακεῖα id eſt quam latini medicamina nuncupant: q; ſit medicamentorum curatio.Chirurgia eſt ferramentorum inciſio:hæc latine manuum operatio dicitur.manus enī apud græcos chir uocatur hæc aūt metholica:quæ & prima dicit̄ ab apolline inuenta eſt.Secunda emperica ideſt experimētiſſima ab æſculapio inuenta eſt:quæ nō iudicio rum ſignis ſed ſolis conſtat experimētis.Tertia logica ideſt rationalis ab hippocrate inuenta eſt Omnis autem curatio aut ex contrariis:aut ex ſimilibus adhibetur. Quæritur autē a quibuſdā quare inter cæteras liberales diſciplinaſ medicinæ arſ nō contineatur.propter qđ illæ ſingulaſ contineant cauſas:iſta uero omniū. Grāmaticam uidelicet ut intelligere poſſit. Rhetoricam propter uera argumenta.Dialecticā ,ppter infirmitatum cauſas ratione adhibita pſcrutandas.Arythmeticam propter qualitatef regionum: Muſicam quoq; & aſtronomiā ad cognoſcendam ueritatem naturæ.hinc eſt q; medicina ſecunda philoſophia dicit̄:ſicut enim illa animam: ita hæc corpus curat:utraq; ergo totū hominem ſibi uendicat.Medicinæ curatio ſpernenda non eſt: nec

minimus.n.ezechiæ languenti Esaiam medicina le quid mãdasse: & paulum Timotheo modico uino utendum. Medicina alia theorica alia practica, theorica alia theologica alia senectica alia physiologica. Physiologica ĩ.vi.constat. In humoribus ut calidũ frigidum siccũ humidũ. In uirtutibus ut animalis in cerebro: uitalis in corde: nutribilis in corpore. In elementis ut ignis aqua terra aer. In membris ut homoymsra: sicut ossa uenæ nerui uel alia. quæ dicuntur orgãica sicut cutis manus. In pfectiõe sicut in artibus. In naturis sicut de hærbis medicamĩbus metallis: practica uero in duo diuidit in diætã ut nutrire ifãtes senes moderari post ægritudines homines reparari. In curam sicut in medicaminibus: quæ de itra accipiuntur ut per os uel meatũ: uel foris ponuntur: & in chirurgiã uelut secare & incendere Virtutes aliæ pertinent ad animam: aliæ ad naturam. Ad animam pertinentes: aliæ principales ut quæ phantasias id est figuras omnium percipiunt intellectu: & memoria retinent quæ audiunt uel uident. Aliæ sensuales sicut quæ quinq; sensibus ĩsunt: aliæ motuales quæ per neruos fluunt: & extendere corpus aut circunferre aut flectere possunt. naturæ uero uirtutes partiuntur in duo: in nutribilem & uitalẽ. Nutribilis in quatuor: una quæ trahit: altera quæ tenet: tertia quæ digerit: quarta quæ impellit. uitalis uirtus habet subiacentes pulsus: qui aperiuntur & extrahunt aera: clauduntur & expellunt fumum perfectiones uirtutes sequũtur ethiotica peregumina senectica.

Medicus qui medicinam nouit: medicinale uero quod ad medicinã ptinet. uel adiuuat medicinã ut hærba ferramẽtum:

Medestini: qui in medio lauantiũ stant: eisq; seruiunt: & balnea custodiunt.

Medestinus media stans urbe. prisc:

Medestinus a medio & sto uel tenendo compre. producit penultimam.

Medimna mẽsura est quinque modiorum dicta q medietur decem modiis: qui sunt pfecti numeri ideſt. x. medietas.

Mediocris: tẽperatus suauis modicus communis: dictus q modicum illi sufficiat: uel q mediũ teneat: unde mediocritas temperantia.

Medioximus dicit quasi medius proximus.

Mediolanũ galli quidam propriis sedibus expulsi: & ad Italiã pfecti condiderunt necnon & alias urbes: dictum ob id q ibi sus media lanea perhibetur inuenta.

Meditari: cogitare. exponere. exercere imitari.

Meditor cõe antiqtus: pro quo medito dicitur.

Meditamen. ingressus rationis.

Meditatio: deliberatio cogitatio: commentatio.

Meditatiua a meditantis sensu dicta ut lecturio.

Meditatiua uerba dicta a meditando in urio quarte sunt coniugationis & cætera. deficiuntq; præteritis: & quæ ab eis deriuantur duobus extremis supinis & ab his deriuatis participiis.

Mediterraneus a diuersis casibus componitur sicut multa alia: id est a medio & terræ.

Meditulium in medio campo eminens locus.

Meditũlium locus meditationis ad docendum uel discendum: uel in quolibet alio loco.

Medius: internuncius: pacificator: uel auctor concordiæ.

Medius speciei adiectiuæ & ad aliquid & mobile & uidet esse deriuatum a modo & hoc est a mensura: & differentiæ causa mutat o i e uel a græco μεσοστου id est medius deriuat. Inde aduerbiũ medie: medietas: mediocris: medituliũ: medicus quoq; propter temperantiam ex cõtrariis elementis.

Mediator componitur inde medestinus & mediterraneus medimna & dimidio as.

Medius fidius dicitur hercules id est semideus. quidam dicunt iouis. Nam ãtiqui d pro l ponũt: uel dicitur quasi filius dios. Nam iouis græce dios id est clarus dicitur.

Medulla dicta: q eam cũ madefaciãt ossa: irrigãt enim & confortant.

Medullus mons hispaniæ.

Medus dictus quasi melus qui ex melle fit & aqua sicut calamitas pro cadamitas.

Meduſa iterpretatur obliuio: quæ omnes se aspicientes in saxa dicta est conuertere.

Mephitis dea cuius fons est: qui grauissimũ sulphureumq; reddit odorem.

Mephitis proprie est terræ putor: qui de aquis nascitur sulphuratis.

Megan græce magna.

Megas magnus.

Megara: castellum syracusanorum.

Megale ciuitas græciæ: apud quã primum ludi reperti sunt. unde megalensia p ludi dicuntur.

Megæra una de tribus furiis interpretatur iuidia

Megistros græce maximus pris.

Meio as & meio is minxi: quod est mingere.

Mel græce ab apibus nominatum probatur. Nam apis græce μελι σσα melissa dicit antea mella de rore inueniebantur in arundinis foliis. Omne autem meldulce: Sardum uero amarum est pro copia absynthii. pris. hoc mel addita lis melis sicut fel fellis.

Mel melculũ facit diminutiuũ pris.

Mælla galliæ fluuius est.

Mella græce μηλα mala latine.

Melan græce nigrum: inde deriuatur malum.

Melancolia dicta q sit ex nigri sãguinis fæce admixta abundantia felliſ. græci. n. melan nigrum: fel autem colen appellant.

Melancolia mania est.

Melancholicus nigri coloris est a melancholia dictus melan græce nigrum fellis dicitur hic & melancholia nigra colera dicitur.

Mella: arbor fructum habens dulcem: unde & dicit quæ uulgo ppter formã & colorẽ faba syriaca dr: hanc græci laton appellant.

Melampus mons nel niger campus.

Melãpous melãpodos græce. hic melampus podũ
Melantes lapis dictus: q̃ melleum & dulcem ſuccum emittat.
Melantus: græce fuſcus.
Melanurus piſcis dictus q̃ nigram caudam hẽat & pinnas: & in corpore lineas nigras.
Melax fluuius qui de theſſalia exit.
Melchiſedech interpretat̃ rex iuſtus. Rex qa' imperauit ſalem: iuſtus p eo qa dicernẽs ſacramẽta legis & euangelii non pecudũ uictimas ſed oblationem panis & calicis in ſacrificium obtulit.
Melchiani hæretici: qui putauerũt melchiſedech non hominem fuiſſe ſed dei uirtutem.
Mellecrhyſis gemma dicta: q̃ ueluti per aug̃ ſincerum tranſluceat.
Meleſe græce apis.
Meleſias compoſitor cantus.
Meleto græce meditor.
Meletopian græce mel.
Meletontas. græce meditantes.
Meli græce mel.
Meliboea ciuitas theſſaliæ: unde fuit Philoctetes cui dedit hercules ſagittas ſuas.
Meliboea prouincia eſt.
Meliboëlis dictus οτι μελει τοι βοι σ id eſt qa curam gerit bouum.
Meliboeus nomen eſt a cuſtodia bouum.
Melicerta palæmon græce latine portunus dictus eſt deus.
Melicraton græci uocant potionem: quæ ex aqua & melle efficitur: quam latini mulſum uocant.
Melicus cantio carminis muſicus.
Melinum metalli genus dictum a melo inſula quæ eius eſt ferax.
Melipepo græcum eſt: & origo eius latinis icerta.
Melipſylla genus hærbæ: quã uarro apiaſtrũ dicit
Melimella poma a loco uel a dulcedine dicta.
Melior dictus q̃ſi mollior: non durus uel ferreus.
Meliuſcula pag̃ melior diminutiuum.
Melo animal quadrupes armatum ungulis: dictus q̃ ſit rotundiſſimus membro: ut malum: uel q̃ male captet.
Melo prius dictus eſt nilus fluuius.
Melodia: dulcedo: cantus: ſuauitas uocis uel melodama uel a conuenientia chordag̃ tanquã membrorum: quæ græci τα μελη uocant.
Melos ſuaue ſonus dulcis cantilenæ a ſuauitate & melle dictum.
Melodoritis: gratiſſimus ſonus.
Melos una cycladum omniũ inſulag̃ rotundiſſima: unde & nuncupata.
Melophos arbor in africa punica lingua uocata ex qua profluit lentus ſuccus: qui a loco hammoniacus nominatur.
Melopeos quaſi carminis factor.
Melopeum: dulce compoſitum.
Melones: genus pomi: hic melonis.
Melotes: pelles ouium ſordidæ.
Melota: lanuta.
Melotis quæ & pera uocat̃: pellis ẽ caprina a collo pendẽs uſq; ad lũbos præcincta. Eſt uero neceſſaria ꝓprie ad operis exercitiũ. Fiebat aũt prius ex pelliculis melonũ. ut quidam eſtimant: unde & melotis dicta.
Melota ex pellibus caprinis eſſe dicit̃: ex una uero parte dependens. Alii uero dicũt q̃ ex pellibus aſpis taxi: qui melus dr̃ fiat: unde melota uocat̃ qua utunt̃ monachi in ægypto ꝓpter aſperitatẽ.
Melpomene tragico proclamat mæſta boatu: muſarum una eſt.
Memalia mons orientis: ubi amomum naſcitur.
Memaſteron aprilis menſis tenedum lingua.
Memana ſolaria de cænaculoq̃ parietibus eminentia a quodam inuentore dicta.
Membra partes ſunt corporis.
Mẽbratim: particulati p ſingulas uices ſingulati
Mẽbroq̃ oratio: ſenſus uerbis concluſus a toto corpore per ſe nihil efficiens.
Membrana fœminium a membra uel membrum Priſcianus.
Membrana purgamena dicta quia ex mẽbriſ pecudũ detrahitur. Sunt autem membrana candida lutea purpurea.
Memphomai μεμφομαι græce queror.
Memphim ciuitaꝛ ægypti ædificauit Epaphos Iouis filius ubi optimi mathematici fuerunt: ubi uſus chartæ inuentus ẽ primum.
Memphitis lapis uocatur a loco ægypti: hic tritus atq; in his quæ adurenda & ſecanda ſunt ex aceto illinitus ita obſtupeſcere facit: ut non ſentiantur cruciatus.
Memini totum præteriti tẽporis eſt quod âte actã rem in præſens reuocat: unde ſemper fere cũ præſẽti uerbo iungitur: ut memini me uidere: habet tamen memento & mementote futurũ id eſt mẽ te habetote.
Memini inde deriuatur mentio. Memor unde memoro memoraſ memorabilis memoria memoriter memoriale aliter. Componitur immemor cõ memoro cõmemoras: mens inde cõponit̃ demẽs tia. amẽs. tia. mẽtecaptus reminiſcor: cõminiſcor cõmentũ: cõmẽtarius. cõmentor taris: cõmẽtator trix. tio. priſ. mẽini illam rẽ & illius rei dicimus
Memnõ Tithonis & Auroræ filius rex iudæorum fuit uel æthiopiæ.
Memnõ memnões græce memnon memnonis dicitur latine.
Memnoides aues ægypti appellatæ a loco ubi mẽnon periit. Ad ſepulchrum enim eius quinto anno dicuntur cateruatim uenire & biduo circũuolantes poſt unguibus ſe lacerant.
Memorare: i memoria habere: exponere: referre.
Memorat: qui ſæpius memoriæ cõſeruandum tradit.
Memorantur pauca: commemorantur multa.
Memoror memoraris deponens quandoque inuenitur.
Memorabile: laudandum celebre.
Memoria: eſt rei inuentæ recordatio.

Memor memoris:immemor im memoris a memoro uerbo deriuatum corripit penultimam quod ſolum in or deſinens habuit comparatiuum memorior:coniungitur etiam neutro ſed figurate. nam non ſunt communia trium generum quæcũ que non faciunt in a pluralia neutra ut pauper: actor:memor:quæ non faciunt paupera:auctora memora:ſicut uerus uerera felix felicia & cætera

Memorioſus qui memoriam habet: memor uero beneficus uel qui defenſionis memor eſt.

Memolicinenos græce incæſtus.

Mena nigra uel iouis filia: quam pagani dixerunt deam eſſe.quæ menſtruis fluoribus præeſſe dicebatur fœminis.

Mena næ genus piſcis. Menas uero proprium menaris.proprium maris uel duplex ueſtimentum mene dicitur liber: inde menades ſacerdotiſſæ dicuntur bacchi.

Menalus & liceus montes arcadiæ ſunt ΑΠΟΤΟΝ ΜΗΛΩΝ id eſt bubus quibus plenus eſt dictus. priſc. Menala pluraliter. Menalus ſingulariter idem ſignificat.

Menalii paſtorales:uerſus loquaces.

Menandros græce menander dri. latine ꝓpriũ ẽ

Menandriani hæretici:qui ab angelis mũdũ abſq; dei conſilio aſſerunt factum :a menandro mago diſcipulo ſimonis nominati.

Menceps:mentecaptus.

Mendacium:fingere quod uerum non eſt.

Menda in culpa operis uel corporis:Mendum uero mendacium.

Mendacioꝝ octo ſunt genera: capitale: longeq; fugiendum:quod fit in doctrina religiõis:ad quod nulla cõditione qs debet adduci.Secundũ quod aliquẽ iniuſte lædat & nulli proſit.Tertiũ quod ita prodeſt alteri: ut obſit alteri q̃is non ad immundiciam corporalẽ: Quartũ quod fit in ſola mentiẽdi fallẽdiq; libidine:quod ueꝝ mẽdaciũ eſt.Quintũ qd̃ fit placendi cupiditate de ſuaui loquiõ:quia nec ipſa ueritas placendi cupiditate enunciãda eſt .his omnibus penitus euitatis ſeq̃ ſextũ:qd̃ nulli obeſt:& ꝓdeſt alicui:uelut cũ iniuſte tollẽdã alicuius pecuniã qs ubi ſit ſciens ne ſcire ſe mentiatur quocũq; iterrogãte:qd̃ fit proꝓpali modo.Septimũ qd̃ nulli obeſt & ꝓdeſt alicui uelut ſi nolẽs hoiem ad mortẽ q̃ſitũ prodere mentiatur ſiue iuſtus ſiue reus ſit.Nec ſi quiſq̃ in recte factis noſtris moueatur:ut homo peior fiat qa xp̃ianæ diſciplinæ ẽ ut neq; de cuiuſq̃ correctõe deſpeꝛ:neq; cuiq̃ pœnitẽdi aditus itercludaꝛ.In his duobus non eſt mẽtiendũ q̃renti:ſed potius ſuſcipiendæ & fortiter tolerãdæ q̃libet incõmoditates:fortiuſq; rñdendum nec ꝓdam:nec mẽtiar. Octauum genus eſt qd̃ nulli obeſt:& ad hoc ꝓdeſt ut ab immundicia corpali aliquẽ tueatur:nec hoc mentiendũ eſt : qa in bonis caſtitas animi & pudicitia corpiſ p̃ferenda eſt & i malis id qd̃ ipe facimus eo quod fieri ſinimus maius eſt.In his octo generibus tanto minus quiſq; peccat cum mentiꝛ:q̃to emergit ad octauum; tanto amplius q̃to mergit ad primum.omne igitur genus mendacii peccatum eſt.

Mendax:negator ueritatis:dictus ꝙ mentem alterius fallat.

Mendum in libris proprie:unde emendare dr̃. nã mendacium in cæteris rebus eſt.

Mendicus dr̃ quia minus habet unde uitã agat: ſiue agat:ſiue quia mos erat apud antiquos egenũ os claudere & manus extendere quaſi manu dicere debent.

Mendicare:egere:ab aliis neceſſaria quærere.

Menæ:nigri coloris aquilæ.

Mene uero pro an me:uel pro me ergo.

Mene græce luna:ũde menſis uocatus eſt:inde mẽſtruus & menſu:nus.

Menecus dicit̃ portus iuxta britanniã uel potius gallia ubi expectãt herculẽ.Hercules enim menecus dicitur:quia ibi ſolus hẽat templum.

Menetus ꝓprium gentis uel loci.

Menetes gubernator gyæ.

Mœnia ſunt muri ciuitatis dicta ab eo ꝙ muniant ciuitatẽ q̃ſi miniñta:pluraliter hæc mœnia.

Mœnia interdum dicũt abuſiue oĩa ædificia publica ciuitatis:ꝓprie autẽ muri:inde mœnio.is.it.ædificat:munit.

Meniana dicta a meniano collega craſſi qui ea primus inuenit:hæc & ſolaria quia ſola apparent: hæc romani rhipheas dicunt.

Menia græce membranula cerebri uel uentris dicuntur.

Mænades furiæ ſacerdotiſſæ menatis .i.bacchi.

Menigan græci uocant mẽbranã capitis.

Mens uocaꝛ ꝙ emineat i anima:uel ꝙ memĩt:unde & ĩmemores amẽtes :qua ꝓpter nõ aĩa ſed qd̃ excellit i aĩa mẽs uocaꝛ tanq̃ caput eius uel oculus:unde & ipſe homo ſecudũ mentẽ imago dei dr̃.Ita aũt hæc oĩa aduncta ſunt aĩæ:ut una res ſit.Proefficiẽtiis eni cãꝝ diuerſa noſa ſortita ẽ aĩa.Dũ.n.uiuificat corpus aĩa ẽ:dũ uult aĩus eſt dũ ſcit mens ẽ:dũ recolit mẽoria ẽ:dũ rectũ iudicat rõ ẽ:dũ ſpirat ſpũ ẽ:dũ aliqd ſẽtit ſẽſus ẽ

Mentẽ ab aĩo anti qui ſeparauerũt. mentẽ ut ſciat aĩum ut uelit:ut poſſit dicere:uel pro uiribus ponitur interdum animus.

Mens eſt pars animæ præſtãtior a qua ꝓcedit intelligẽtia:Ratõ uero quidã ẽ motus animi uiſũ mẽtiſ acuens:ueraq; a falſis diſtinguens :mens.n.eſt ſenſus aĩæ :aĩus uero uolũtas ipſius.

Menſam primus dædalus fecit: uocabulum uero a comeſu factũ eſt.

Menſale dicitur:qd̃ in menſa eſt.

Menſa maior cibus.i.doctrina:ſacrã ſcripturã ſignificat Auguſtinus.

Menſi ſumus:nauigauimus q̃ſi mẽſurauimus.

Menſis græcũ eſt a luna tractũ.luna eni græce mene dr̃:unꝺ apud hebræos menſes legitimi ex lunæ curſu uocãtur quod eſt de noua ad nouam. ægyptii aũt primi ne error cõputatiõis fieret ꝓpter uelociorem curſum lunæ ex ſolis curſu dies menſis adinuenerunt.

Menſis dr quattuor modis:ab idolo: ut ianuarius a iano:uel a re q̄ ſit ianua anni. A regibus ut iulius auguſtus:A numero ut ſeptember october.
Menſis nouorum martius menſis qui apud hebræ os anni eſt principium.
Menſorium:quod eſt in menſa: ſicut motorium quod eſt in motu.
Menſurnū unius menſis: ſicut diurnū unius diei.
Menſtruus a menſe pro menſuus cauſa euphoniæ aſſumit t r.
Menſtrua ſupuacuus mulier; ſāguis:dicta a circuitu lunaris luminis:quo ſolet hoc puenire pfluuium:luna.n.grace mene dicit:hæc & muliebria nuncupant. Nam mulier ſolum animal menſtruale eſt: cuius cruoris contactu hærbæ moriuntur
Menſtruum tempus unius menſis.
Menſulæ:paruæ menſæ.
Menſura eſt quicqd pondere capacitate animoq; & longitudine finitur.
Menſura eſt res aliqua motu ſuo uel tēpore circū ſcripta.hæc aut corporis aut tēporis eſt. proprie autē menſura uocata q̄ ea fruges metiantur atq; frumenta:humida etiam & ſicca.
Menſura quaſi in paſſiua ſignificatione quicquid menſuratur: deus uero ſolus omniū uiſibiliū & inuiſibilium eſt menſura qui oīa metitur.
Menta:genus hærbæ odoriferæ:cuius genera ſunt ſex.
Menta:agreſtis quam græci calamenū:noſtri uero nepetam dicunt.
Menta uirtutem habet refrigeratoriam. nam ſuccus eius cum aceto & ſulphure aguinariam tollit
Mentitur:qui uult uideri quod non eſt. Qui autē non uolens aliud putat q̄ eſt: non mentitur: ſed fallit:ſicut lapis aliquando.
Mentior & mentio idem ſignificat antiquitus.
Mēticulare:dolis & fallaciis attēptare uel diuiare
Mentirioſus:fallax aut mendax.
Mentor:inuentor.
Mentum dictum q̄ inde mandibulæ oriantur;uel ibi iungantur.
Menum dictū q̄ ſit colore nigro.græci enī nigrū melan dicunt.
Meones lidii q an̄ a meōe rege meones dicti ſunt:
Meonia labia iuxta fryges.un̄ hōerus fertur fuiſſe
Meonius:homerus dicitur a meonia.
Meroros græce ineptus.
Meotis paluſ ſcythiæ ē ſub plaga ſeptētrionis ī europa:ubi aqua nimio frigore adeo cōgelaſcit:ut paluſtris iter p̄beat:inde mæotica deriuatur.
Mæotia uel mæotica ſcythia dicitur a mæotide palude quæ ibi eſt.
Mephitis.tis.pprium eſt fetidæ paludis a græco meſitis ſ in ph mutato.
Mera:ſyncera:manifeſta:pura:probata.
Meraca potio dr:meroſum aūt uinum appellatur
Mercari:emere:nundinari.
Mercatus a cōmertio nominatus: ibi enim res uel emere uel uændere ſolitū eſt.
Mercedarius q̄ p labore ſibi īpenſo dat mercedē.
Mercenarius:qui accipit mercedem: negociator: inſtitutor.
Mercenarius ab officio dicitur ſicut cærarius:ſagittarius:oſtiarius.
Mercenarii:ſunt qui ſeruiūt accepta mercede:idē & barones id eſt fortes græce.
Mercedes:præmia:munera:commoda.
Merces:compendium:lucrum: emolumentum: redditus.
Merces.dis.præmium:merx uero mercis lucrum
Mercimonia:cōmertia.
Mercolion murorum a græco.
Mercurialis:hærba eſt ſimilis ozymo.
Mercurius nepos atlātiſ ex maia filia.hic temporibus moyſi phibetur fuiſſe multaq; artium peritus: quas & hōibus tradidit: unde poſt mortē deū eſſe uoluerūt.mercurius uero ſermo interpretatur. Nam mercurius quaſi medius currēs dicitur q̄ ſermo iter homines medius ſit.ideo dicit & hermes græce: q̄ ſermo uel iterpretatio q̄ ad ſermōem ptiet.hermenia dicitur:ideo & mercibus p̄eſſe dicit:quia inter uendentes & ementes ſermo fit medius.habere pēnas fingitur: quia ſermo citius diſcurrit:furti magiſter dicit qa ſermo aios audiētium fallit. Virgā tenet:quia ſerpētes.i.uenena diuidit. Nā diffidētes iterpretantium ratiōe ſedant:ob uirtutem quoq; multarum artiū trimegiſtus.i.ter maximus dicitur: capite cāino fingit:quia cāis ſagaciſſimus & pſpicax eſt
Mercurius quaſi incrementum kyrios dicitur:quē præeſſe negociis uolūt: uel medius currens uel ſermo diſcurrens.
Mercurius lapidū congeries in cacumie mōtium
Mercurius dicitur interpres diuum.
Mercules mel album.
Merēdare.i.meridie edere:quaſi poſt prandium Inde merenda cibus qui declinante die ſumitur quaſi poſt meridiem edenda dicta.
Merenda dicta q̄ pura ſit:quia panis purus dabatur pueris.
Mereo rui: & mereor meritus idē ſignificat ſicut multa alia in eadem ſignificatione protulerunt mereor a te deponēs paſſiuam uim habens & mereo idem ſignificant: mereo unde mereor merui debuit facere:ſed non eſt in uſu.
Mæreo mæſtus ſum:ſed tamen mæſtus potius eſt nomen.
Mæſtus. ior.ſtiſſimus mæſticia.
Mereri promereri dignus fieri.militare:unde deriuatur meritum.
Merito aduerbium.
Meritus ta tum. componitur meretrix unde meretricula meritorium meretricalis meretricius meretricor aris. Merere uero triſtari: cum ſilentio dolere.
Mereris dignus.uel triſtaris.
Mererigæ: manifeſtæ turpitudines ſiue ingratæ maculæ.
Meretrices a merēdo ſtipēdia libidinis dictæ:hæc meretrix meretricis.meretricatio fornicatio.

Mergi aues nigræ ab aſſiduitate in aquam mergendi dictæ, unde & cibum quærunt. Sæpe enim demiſſo capite in profundum tempeſtatū & aurarum ſigna colligentes cum clamore ad littora tendunt & fugiunt ſicut fulicæ & ardea. Ambr.

Merges a mergo māipulus. uel lignum quo colligitur meſſis. uel id totum quod meſſor metendo ſimul mergit, unde & dicitur.

Mergites faſces ſpicarum & lini. priſ. hic merges gitis.

Meridies ei dictus q̄ſi medides ideſt medius dies uel quia tunc merus dies eſt ideſt purior: merum enim græce, purum latine.

Meridior aris & meridio idem ſignificat antiqtus quod eſt quieſcere media die.

Meridies: particulæ græce.

Meriopes dicunt græci parum uidentes in die. mera enim pro die græci dicunt.

Merior turpis uel timidior uel temerior propter fœditatem.

Meriſtæ hæretici iudæorum græce dicti q̄ ſeparēt ſcripturas omnibus prophetis non credentes: dicentes aliis & aliis ſpiritibus illos prophetaſſe. Merizein μερίζειν enim græce ſeparare eſt.

Meritum: beneficium. præmium: quod quiſque meretur.

Meritoria loca tabernaria uel ubi fornicationes cōmittunt a merēdo: loca i qbus fiūt mercimonia.

Merito as at: frequenter meretur.

Meroe inſula niſi: quam in medio ſui fluens ad occaſum facit, habet aquas calidas.

Merois eſt primum clima cæli.

Meropes genus auium, idem & gauli, qui parentes ſuos recondere & alere dicūtur. Sunt aūt uirides & uocantur apiaſtræ.

Meropes groſſior picus: auis eſt & uermis & uelox piſcis.

Mæror amaritudo cordis cum ſilētio atq; triſtitia dictus q̄ moueat mentem priſc.

Meror a mexeo es deriuatur.

Merotheta: domus unguenti.

Merſare: frequenter mergere, obruere.

Merſo as, a mergo frequentatiuum.

Merula genus auis nigrū. dicta quaſi modula.

Merula antiquitus medula eo q̄ moduletur. Alii dicunt quia ſola uolat: qa mera uolans hæc omnibus locis nigra: in achaia candida eſt.

Merum dicit quicquid nulli rei admixtum eſt.

Merum unum purum ſignificat, nam mer& dicimus quicqd purū eſt: ſicut aqua mera nulli utiq; rei iniecta. hinc & merenda & meridies.

Mes filius aram: a quo meones orti ſunt.

Meſſala quidam perfectus orator cauſarum.

Meſaphat hebraice interpretatur iniquitas.

Meſapus fuit filius neptuni.

Meſſas nunc panificus deorum ſignifer.

Meſe octaua chorda eſt: & interpretatur media ſcilicet inter ſeptem & nouem.

Meſſes quaſi tonſas de ouibus dictum eſt.

Meſeroth interpretatur excludens.

Meſembria μεσῆμβρια græce meridiem ſignificat.

Meſembrinos circulus: qui efficit diem medium.

Meſſias hebraice: græce chriſtus: unctus latine dr.

Meſia: ciuitas phrygiæ non longe a troia. Nā miſia prouincia.

Meſia regio eſt iuxta macedoniā.

Meſida marrubium.

Meſſis a metendo dicta.

Meſſis ſignificat ubertatem & copiam fidelium & conſummationē ſæculi, meſſores uero angelos.

Meſos græce: medius.

Meſomelia: genus gemmæ nigrioris.

Meſomela nigra uena quenlibet colorem ſecans per medium.

Meſopicatum: dimidium picatum.

Meſopontus terra iuxta pontū ſextum clima cæli.

Meſoporamia græce dicta q̄ duobus fluuiis ambiatur: nam ab oriente tigrim habet: ab occiduo' euphraten. incipit autē a ſeptētrione inter montem taurum & caucaſum: cuius meridiem ſequit babylonia: deinde chaldæa, nouiſſime arabia.

Meſopotamiam eleuatam uocatam quidam interpretantur.

Meſores ægyptiace iulius menſis.

Meſpila arbor ſpinoſa: dicta q̄ pilulæ formam habeant eius poma; quanuis minora.

Meſraim filius cham a, quo ægyptii orti ſunt.

Mæſticia eſt cordis: triſtitia uero uultus. Item mæſticia temporis eſt & fit quandoq; ex aliquo accidenti dolore: triſtitia uero uitium naturæ perpetuum.

Meſtica deifica.

Meſtorium: triſtitia.

Mœſtus naturaliter: triſtis uero caſu. Eſt enim natura animi & mentis: unde metus mœſtus ior mœſtiſſimus. mœſticia.

Meſtouol ciuitas in tribu iuda: ubi ſepultus eſt Sampſon.

Meſſum: ſectum, ſecatum.

Meta græce de p̄poſitio: uel poſt quando ordinem ſignificat.

Metabatita græce tranſitiua.

Metalla ut aurum argētum æs ferrū græce dictū ἀπὸτου μέταλλαν q̄ natura ea ſit ut ubi una uena apparuerit ibi ſpes ſit alterius inquirendi. Septem ſunt genera metallorum, aurum, argentum, æs, electum, ſtānum, plumbum, & quod domat omnia ferrum.

Metallum eſt ubi exules deportantur ad eruendā uenam marmoraq; ſecanda.

Metallo& fæminū uel humido& nomina ad menſuram uel ad penſum pertinentiū plæraq; ſingularia ſemp inueniūtur, ut auo&, argentum, æs, electrum, auricalcum, uitrum, plumbum, ſtannum triticum, eruū, opiza, faba, lens, piſum, conchis, acetum, liquamē, mulſum, oleum. Adeo autem hæc ex uſu non ex regula perhibentur: quod quidam ꝓpria auctoritate ho& pluralia protulerūt ut frumenta ordea fabæ uina mella.

Metàciſmus eſt quotiens uocalis ſequitur m.ut bonum aurum:dictum α μετ α græca præpoſitiõe ideſt trans & κιῖο cizo:unde fit μετακιῖ ometa cizo id eſt habitationem muto.
Meta finis circuitus:dicta quaſi menſa a metiẽdo.
Meta ſignum recurſus.
Meta tæ.inde deriuatur metor ris.metior iris.
Metafraſis græce interpretatio.
Metaurus fluuius in piceno oritur.
Metaphora eſt uerbi alicuius tranſlatio uſurpata: hæc quattuor modis fit ab animali ad animale: ut aligeros conſcendit equos: ab inanimali ad inanimale:ut pontũ pinus arat: ſulcũ premit alta carina: ab inaĩali ad aĩale:ut florida iuuẽtus. ab animali ad inanimale: uti neptune pater cui tempora cana crepanti Cincta ſalo reſonant:magnus cui præpete mento Profluit oceanus & flumina crinibus errant.Sic & aliarũ rerũ noĩa de alio genere ad aliud genus decẽtiſſime decoris gratia trãſferunt:ut oratio perornet. Metaphora autẽ aut partis unius eſt:ut fluctuare ſegetes: quia nõ poſſumus dicere ſegetare fluctus:aut antiſtropha.i. reciproca: ut remigium alarũ: nam alæ nauium & alarũ remigia dicuntur.
Metabole iteratio unius rei ſub uarietate uerborũ.
Metanoea μετανοια pœnitentia & inconſtãtia.
Met.te.pte.adiectiones ſyllabicæ ſunt:adiunguntur pnomibus:uel diſcretionis cauſa plærũq; uel ſignificãtiæ:ut egomet feci & nõ alius. Tute facis pro tuipſe per te & nõ per alium:& breuiat te adiecta. Similiter meapte tuapte ſuapte noſtrapte ueſtrapte: ce etiam ut uiuſce hoſce antiquitus & hoccine.e.in.i.mutato cauſa euphoniæ:ũde quaſi cum duabus ce producitur hocce.
Metalepſis tropus dicta ab eo:q̃ precedit id quod ſequitur:ut ſcelus expendiſſe merentẽ.ſcelus enĩ pro pœna.Itẽ perſius. Vtq; manus chartæ nodoſaq; uenit arundo:per manum uerba: per arundinem litteræ ſignificatæ ſunt. Itẽ mirabor ariſtas: per ariſtas grana:per grana annos ſignificat.
Metamorphoſis græce tranſformatio interpretatẽ
Metaplaſmus græce tranſformatio dr̃: quæ fit in uno uerbo propter metri neceſſitatem & licentiã poetarũ.huius ſpecies ſunt. xiiii. proteſis. epentheſis. paragoge. aphæreſis. ſyncope. apocope ectaſis.ſyſtole.diæreſis. epyſinaleophe: id eſt ſynereſis.ſynaloephe:eclypſis.antitheſis.metatheſis.Barbariſmus uero in proſa uitium. In carmine metaplaſmus eſt.
Metatheſis tranſmutatio: cum rem a nobis remouemus alio.
Metatheſis ẽ quæ mittit animos iudicũ in res præteritas aut futuras:hoc mõ Recordamini malorum quæ fecit aut prouidete: quid euẽturum ſit cædes rapinæ.
Metatheſis eſt tranſlatio litterarũ in alienũ locum ut euandre pro euander metri neceſſitate.
Metangiſmonti hæretici iõ ſic dicti:qa αγγειον angios græce uas dicitur. Aſſerunt enim ſic eſſe filium intra patrẽ q̃ſi uas minimum intra maius
Metari:conſtituere.locare:mutare:
Metatur dictum:quia mutatur: unde eſt & caſtra metati ſunt: pro mutauerunt.
Metator qui locũ præparat aduentui poteſtatis.
Metator manſionis præparator.
Metator dictus quia caſtra deſignat a metiendo ſcilicet.
Metellus mercenarius a metendo dicit.
Metere:ſeccare.ſuccidere priſc.
Meto & metor idem ſignificabãt antiquitus.
Meto is ſui uel meſſem feci ſecundum quoſdam:
Metior tiris menſus ſum.
Metiri.perpendere.menſurare.
Metor aris terminũ pono cõe antiquitus.
Metor aris metatus.
Meticuloſus:timidus metu plenus.
Methymna ciuitas in leſbo abundans uitibus.
Metoche μετοχη græce.latine participium.
Methodus:diſciplina.remedium.
Methodici:medici aliquo oppoſito curantes.
Metonymia tranſnominatio ab alia ſignificatione ad aliam proximitatem tranſlata. Huius multæ ſunt ſpecies:aut enĩ per hoc quod cõtinet: id qd̃ continetur oſtendit:ut pateras libant:aut contra ut uina coronant: aut per inuentorem id quod inuentum eſt:ut ſine cerere & libero friget uenus. aut contra:ut uinum p̃catur. Item per efficientẽ id quod efficitur: ut pigrum frigus: quia pigros facit homines. Item contra: ut ſpumantia fræna. hoc exempli cauſa reliqua monſtrabit.
Metra dicta qa certis menſuris pedum terminentur.menſura enim græce metrũ dicitur.
Metra inſtituta ſunt pro delectatione aurium:p̃terea tam apud græcos q̃ apud latinos prius omnia uerſibus condebant. Primus autem apud græcos pherecydes ſoluta oratione ſcripſit. Apud romanos aũt appius. Omnibus autem metris hercicus prior eſt. hunc Atheſius mileſius fertur primus condidiſſe:uel ut alii putant pherecydes.
Metra uel a pedibus nominata: ut dactylica. iambica.trochaica a dactylo.lambo trocheo: uel a numero:ut exametrum pentametrum trimetrũ nam quos nos ſenarios a numero pedum uocamus:hos græci trimetros dicunt: quia geminos ferunt pro uno:uel ab inuentoribus ut anacreonticum ſapphicum archilochichum ab anachreõte ſappho archilocho.uel a frequentatoribus ut aſclepiadea.nã nõ ea aſclepiades inuenit ſed elegantiſſime uſus ẽ.uel a rebus quæ ſcribuntur: ut heroicũ elegiacũ bucolicum.
Metra uulua.priſc.
Metra græce matrix.
Metreta menſura liquidorũ hẽns ſextarios decẽ a menſura dicta μετρον.metron enim mẽſuram græci dicunt:licet amphora & quicquid plus minuſue capit mẽſura ſit:tamen hoc nomẽ ſpãliter ſibi aſſũpſit:q̃ ſit mẽſura pfecti numeri ideſt .x. Notãdũ mẽſurã hebræũ nomen eſſe.
Metræ uuluæ.
Metreos bithynienſiũ lingua october mẽſis dicit.

Methrydates rex pōti: qui inuenit antidotum methrydaticum: quoddā genus pigmenti est.
Metriasmos est medietas: quando rem magnam humiliato uoto dicit.
Metron μετρὸν græce mensura.
Metropolis: humilitas inanis: uel responsio inanis nuncupatur.
Metropolis ciuitas ideo dicitur ꝙ sit caput & quasi mater cæterarum sibi subiectarum.
Metropolitani a mensura ciuitatū dicti: singulis enim prouinciis p̄eminēt: quorum auctoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt: sine quibus nihil cæteros episcopos agere licet. Sollicitudo enī totius prouinciæ ipsis subiecta est.
Metuere: timere: uereri.
Metuor te & metuor a te in actiua uoce passiuam in passiua uim actiuam habet. Absolutū est cū nō iungitur accusatiuo sed datiuo: ut tibi metuo deficit futuro infinito sicut & timeo:
Metus est motus animi interior subitus factus ex aliqua tristi recordatione siue quolibet terrore.
Meuania: pars tusciæ.
Meuania: insula proxima hiberniæ.
Meus. a. um. a genitiuo mei deriuatur. a quo mea pte meaptim componitur.
Mutuum unde mutuo as.
Mia græce una & myia græce musca est.
Michael interpretatur quis ut deus. Quādo enim aliquid in mūdo miræ uirtutis fit: archangelus michael mitti perhibetur: & ex ipso opere nomē eius est. quia nemo ualet facere quod deus potest facere.
Micare: splendere: radiare: uibrare.
Mica dicta quasi minimū cadens de pane:
Micheas interpretatur quis ille quis iste: cōminatus est enim samariæ ob causam simulacrorum illo modo quo de helia dicitur. Quis est iste in uoluens sententias.
Miche: quis est iste.
Micenæ ciuitas græciæ: unde agamemnon pluraliter declinatur: dr̄ tamē mycena singulariter.
Micipsa rex fuit numidarum.
Miconus & gyarus nomina cycladaꝝ insulaꝝ steriles: quibus exulabant.
Microcosmus μικροκοσμος a græcis homo appellatur id est minor mundus. nam sicut mūdus ex eadem & diuersa & mixta natura: sic homo: & sicut mūdus ex quattuor elementis. sic homo ex quattuor humoribus & cætera.
Michronum unius temporis.
Micropsis: μικροψυχὸς: pusilanimis: parui animi.
Mictos μικτος græce mixtū uelut est poeta cū introductis loquit̄ personis.
Micticon uero imitatiuū: i quo poeta nusq̄ loqt̄.
Micturio & mictito a mictu deriuat̄. micturio mingere uolo:
Mictito: frequēter mingo.
Mida quidam rex fuit.
Midas quidam rex fuit.
Midra auri lamina.
Mifuus id est conscius.
Migale ignota bestia quæ tamē cameleon dicitur uel serpens.
Mygdon rex frygiæ: unde mygdoniæ opes.
Mygdonides mygdonis filius uel ex mygdonia.
Mygdonia regio est iuxta troiam. eadem mæonia uel bithynia post dicta.
Migma hebræum est: id est mixtura: palea minuta uel tritura frumento permixta.
Migma μιγμα græce cōmixtum latine.
Migrare. proficisci. ire. ambulare. exire.
Milago genus piscis dictus: qa euolat super aquā qui quotiens cernit̄ tempestas significat̄.
Mille a multitudine dicit̄: unde & millia: qđ græci mutata littera myriades uocant. pluraliter in declinabile per omnes casus. & est adiectiuū generis omnis. millia quoq; pluraliter declinat̄. Proprie neutrum.
Mille inde deriuat̄ millenus millesimus millenarius. Millies uero & milliarium a millia deriuantur.
Mille pro multis finitus pro infinito ponitur.
Miles dictus: quia mille ante i uno numero erant uel quia unus ex mille electus est. Romulus primus milites ex populo sumpsit & appellauit.
Miles aut ordinarius aut extraordinarius. pr̄sc. hic & hæc miles.
Millenarius dicit̄: qui mille militibus p̄est: quos græci chiliarchas uocant.
Milesia ciuitas uel insula: unde fuit milesius thales unus de septē sapiētibus.
Miletus ciuitas est asiæ: ubi lanæ optime tingunt̄: unde milesia uellera dicunt̄.
Milete ciuitas est iuxta siciliā: in quā descēdit sanctus paulus in tyrrheno mari.
Miletos ioniæ caput.
Miliaria nos dicimus mēsuras uiarū: græci stadia galli leucas: ægyptii signes: persæ persangas. miliarium uero mille passibus terminat̄ dictū quasi miliadum hēns pedes quinq; millia.
Miliſſæ apes.
Militare sub stipēdiis agere arma portare. milito militas.
Militaris castrēsis hostilis. uetus miles.
Militia dicta a multis quasi multicia: aut a mole rerum quasi molecia. huius tria sunt genera: sacramentum: euocatio: coniuratio.
Milimindrum uulgus uocat pro eo ꝙ alienationem mentis inducat: hæc hærba hyosciamus appellatur.
Milium genus sæminis minuti a multitudine fructus dictū: huiuſ farina cū ficca est restringit: cū caricis mixta fortiter medet̄. uolentes uero ipsū militū edere signat quidē & nō egerit̄: & replet: neq; restringit.
Miluius piscis genus.
Miluius pons romæ est.
Miluus dicit̄ a molli uolatu uel a moli uoce & est onomatopeion. i. nomē de sono factū.

Miluus dicitur quasi mollis auis & uiribus & uola tu rapacissimus: tamen domesticis insidiat̃ aui bus. significat rapacem elatum.

Mimi græce dicti: q̃ rerũ humanarũ sint imitato res: nam habebãt suum auctorẽ qui antecẽ mimũ agere fabulam pronunciaret: nam fabulæ ita cõ ponebantur a poetis: ut aptæ essent motui corpo ris.

Mimus iocularor.

Mimæ fœminimum ẽ.

Mimologus: qui mimos docet.

Mimographus: qui mimos scribit:

Mina quæ græce mna dicitur c. drachmis appen dirur: & habet. lx. siclos: qui faciunt obolos mille & ducentos.

Mina hebraice caldaice syriace computus dicitur.

Minas mons non longe ab epheso.

Minatur: īminet. promittit. pollicetur.

Minator cum nunciat aduersa. monitor uero cũ bo na pronunciat.

Minare: ducere: de loco ad locum promouere.

Minerua apud græcos athena dicitur. i. fœmina: apud latinos autem minerua uocata quasi dea & multar̃ artium inuentrix idest lanificii oliuæ & fabricæ. unde eam artem & rationem interpretat̃ ideo dicunt eam de capite iouis nasci: quia sensus sapientis qui omnia inuenit in capite est: in cuius corpore caput gorgõis fingitur: quia illi ẽ oĩs pru dentia. qui confundit alios & imperitos ac saxe os comprobat. hæc & titon dicitur propter titoni da africæ paludẽ: circa quam fertur habitu uirgi nali apparuisse: unde tanto procliuius dea credi ta est: quanto minus origo eius innotuit. pallas au tem dicta uel ab insula pallene in thracia: in qua nutrita ẽ uel ἀπὸτου πάλλειν apotoy pallei id est hastarum concussione uel q̃ pallantem gi gantem interfecit.

Minerua id est non moralis. Nam min græce non: erua moralis dicit̃.

Minæ terrores. clamor. uociferatio altitudines mu rorum: hæ minæ har̃ nar̃: unde minor naris mi nans: minitor: unde componitur miles miser inter minor.

Miniũ genus pigmenti plus in hispania abũdat un de nomen flumini dedit. huius distilatio argẽtũ liquidum gignit.

Mineus enim fluuius est galliciæ a colore pigmen ti dictus quod in eo plurimũ inuenitur.

Mineus rubicũdus.

Miniatus rubricatus.

Minyæ populi sunt thessali a quodam rege sic di cti uel a terra quæ dicit̃ minya: uel ab habitu sci licet a rubore: quia capillos rubicundos habebãt sicut est minium.

Minos iouis & europæ filius rex cretensium.

Mincius amnis italiæ mantuam preterfluit e bena co ueronensi lacu labens.

Mincius hericius.

Mingo is xi ctum mingere: urinam facere.

Minimus dicitur a nomine monadis q̃ ante eũ nu merum non sit alter.

Minime gentium: uilissime gentiũ omniũ id ẽ ho minum nusquam.

Minister minor in statione siue q̃ officiũ debitum manibus exequitur.

Ministrat: qui obsequium reddit. Subministrat ue ro qui subsidiũ prærogat.

Ministeriũ obsequiũ.

Minitari: frequenter minari.

Minos minoos græce minos minois rex cretensiũ: unde minoia regna.

Minotaurus monstrum dictum q̃ ex homine. i. pa siphe & tauro natus fuerit. caput fuit taurinum. per cætera ho mo fuit.

Minorarctos stella quæ bootes dicit̃.

Minores esse res aliquas aliis dicimus. mĩoris uero æstimatum uel emptũ subauditur prætii.

Minor iunior: posterior magis paruus.

Minorare: minuere.

Minor aris & mino idem significant antiquitus.

Minito uero & minitor similiter frequẽtatiuum a mino.

Mino as at uulgo significat ducit.

Minturnæ propriũ ciuitatis inde minturnẽsis.

Minuere minus facere. minorare.

Minuor eris minutus.

Minus nomen & aduerbium comparandi. quod ẽ deterius.

Minus aduerbiũ cũ põitiuo iũctũ: qñ significat cõ patiuũ cõtrariæ significatõis: ut mĩus stultus pru dẽtior & p nõ ponit̃: ut mĩus bõus id ẽ nõ bonus.

Minutatim paulatim. lente circũscripte.

Minutal dictũ quod fiat de piscibus oleribusq; cõ cisis.

Minutal species cibi: hoc nomine etiam fragmenta panis dicuntur.

Minutalia pluraliter modica.

Minutus quadrans id est unus nũmus.

Myoparo barcha scapha nauicula. nauis piratica.

Myoparo dictus quasi minimus paro: ẽ eni scapha ex uiminibus facta: quæ contecta crudo corio na uigium præbet.

Myrrha arbor arabiæ: unde mortuor̃ corpora cõ diuntur ne uermibus putrescant. habet enim gu tam nauantem.

Myrrhã unguẽtũ pigmẽtum uel genus odoramen tor̃: inde myrrhatũ.

Myrrha & aloe hærbæ sunt.

Miramur opera: admiramur uirtutes.

Miror illum illius & illo.

Miraculum ut suscitare mortuũ. Mirabile quero ut in aqua ignem accendi: auriculas hominem posse mouere.

Mirabilia audi. Apud garamantes est quidam fons tam frigidus diebus: ut nõ bibatur: tam feruidus noctibus: ut non tangat̃. lignum cuiusdam ægy ptiæ ficus in aqua prius mergitur & post aliquãtu lũ supnatat. poma in terra sodomor̃ gignunt̃ & ad maturitatis speciem pueniũt sed morsu pres suq; tẽptata in fumũ & fauillam corio fatiscente

uanescũt. In cappadocia equæ uento concipiũt & trẽnio seu decẽnio uiuũt. In tilo indiæ insula nulla arbor tegmine foliorum spoliatur. In epiro fõs ẽ in quo fasces ut ī cæteris extinguunt accẽsæ: sed nõ ut in cæteris accẽdunt extinctæ. Deasbesto. pyrete. adamante magnete.

Mirandina bithynia olim uocata est.

Mire: egregie excellenter.

Myrrhine μυρρινή græce myrtus.

Myrrheum amarum. myrrha perfusum.

Myrias græce una de decem sibyllis.

Myrias una hoc ẽ decem millia.

Myriades plura dena millia.

Myrrhinũ genus optimi uitri & saphyrini coloris inde myrrina uasa dicuntur.

Myrrhina potio diuina: quæ a græcis nectar dicit.

Myrica quam latini tamaritiũ uocant ex amaritudine nota. gustus enim eius nimis amarus ẽ. hæc in solitudine & humo amara nascitur.

Myricæ generis fœminini uirgulta humillima.

Myrites gẽma est dicta q̃ in ea myrrhæ color sit cõ pressa autẽ usq; ad odorẽ nardi spirat suauitatẽ.

Myrsylon quæ & balaustion id est centifolia.

Myrmidones gẽs græca dolopes dicti propter astutiam: quasi myrmicæ græce. i. formicæ. uel a myrmidone duce iouis & eurimenes filio.

Myrmidones: dolosi sunt.

Myrmicæ græce formicæ.

Myrmicoleon aial maius formica dictũ quasi formica & leo: uel formicarum leo. absc̃odit enim se in puluere & uenientes deuorat.

Myrmicites gẽma: quæ formicæ reptantis effigiem imitatur.

Myrones fantasiæ miratores.

Myroplasion græce in numeris unum uocatur.

Myropolion græce dicuntur stationes: ubi pigmenta uænundantur.

Myropola unguentarius: qui unguenta portat.

Myrobalanum incensum dictum: quia fit ex glande odorata uel ex grandi odoratu latine seplasũ dicitur.

Myrtus temperatiuæ uirtutis ẽ ut dissoluta mẽbra constringat: significat eos qui proximis compatiuntur per cõsolationem.

Myrtus species arboris boni odoris amari dicta eo q̃ sit magis littorea. hinc & a græcis myrene dicitur. medicorum uero libri appellatã eam dicũt a mulierum necessitatibus plurimis.

Myrta pluraliter. myrtum singulariter.

Myrteus de myrto. myrtetũ uero ubi myrti nascũt.

Myrtoum mare dictũ a mytili lapsu q̃ illuc absque nomao præcipitatus sit.

Myrteus. equus est pressus in purpura.

Myrtum bene olens.

Myrũ mirabile cõponitur quasi mihi rarum: uel multum rarum: inde miror aris unde mirabilis ior. liter: miraculum cõponit mirifico admiror.

Missa tempore sacrificii est: quando cathecumini foras mittuntur clamante leuita: Si quis cathecuminus remansit: exeat foras: & inde missa quia sacramentis altaris interesse non possunt: quia nondum regenerati sunt. Ordo autem missæ uel orationum quibus oblata deo sacrificia consecrant primum a sancto petro est institutus: cuius celebratio uno eodẽq; modo ẽ in uniuerso pariter orbe. Orationem dominicã iccirco mox post precem dicimus: quia mos apostolorum fuit ut ad ipsam solũmodo orationem oblationis hostiam consecrarent: & ualde mihi incõueniens usum est ut p̃ cem quam scolasticus composuerat super oblationem diceremus & ipsam orationem quam redemptor noster cõposuit super eius corpus & sãguinẽ non diceremus: sed & dominica oratio apud græcos ab omni populo dicitur: apud nos uero a solo sacerdote. Missæ totum officiũ id est ordo in q̃tuor diuiditur species. precationes. orationes. postulationes. gratiarũ actiones: quicqd enī agitur ī officio missæ anteq̃ oblatæ ponantur super altare precatio nomiatur: quia precantur bona populo'. quicqd ab hora fit: qua secreta canitur usq; ad agnus dei oratio dicitur: & orario quæ post agnus dei dicitur postulatio appellaur: quod autem ī fine missæ a populo respõdetur deo gratias: gratiarum actio nomiatur.

Misahel qui populus domini ipse & misach q ĩterpretatur risus uel gaudiũ.

Miscere: turbare: cõfundere simul fundere.

Misceo sces miscui mixtus sed melius secundũ regulam prisciani mistus.

Miscitare: frequenter miscere.

Miscillani cõmistiti.

Miscilaneum cõmistum cæna gladiatorũ.

Miser infelix dictus a miseret ipersonale: uel minus aptus. ide misereor. rimus miseria.

Miselus diminutiuum.

Misereor reris & misereor aris cõpõit misericors corditer. cordia.

Misereor tui & tibi dicimus deponẽs ẽ: actiuã uim habet: pro misereo: unde miseret & miseret impersonalia.

Misereor aris accusatiuo seruit: unde miseratus.

Misereor reris misertus indoluit. ignouit. misericordiam fecit.

Miseret me te se dicimus.

Miserabilis cui misereri debemus. Misericors uero qui miseretur corde: uel qui miserũ ideſt cõpatiens cor habet erga alium.

Misellus: qui miser: aut minor est: aut mortuus diminutiuum.

Miserandum: dolendum. timendum.

Miseratus: misericordiam habens doluit.

Miser dictus ppric: q omnẽ felicitatem amiserit.

Miseremur quantum necesse est. Misereſcimus uero rogati.

Misericors uero a compatiendo alienæ miseriæ dictus: hinc & appellata est misericordia: q̃ miserum cor faciat dolendo alienam miseriã: in deo uero sine cordis miseria misericordia est.

Miserere est bene uelle: miserationis uero bene facere est: miseratio enim dicitur quasi misericor

die affio. Nam miſericordia affectus cordis tantum eſt.
Miſeria calamitas, labor caſus aduerſus.
Miſerum adhuc uiuentem dicimus, miſellum uero mortuum.
Miſenus mons a miſeno uiro dictus.
Miſenum ciuitas ſiciliæ.
Myſius fluuius quidam.
Myſia prouincia eſt europæ quam danubius includit a meſſium prouentu dicta, unde horreum antiquitus dictum græce.
Miſſina græce latine mirifica.
Miſſus qui mittitur.
Miſſilia noſtilia tæla quæ mittuntur, hoc miſſile ab præterito miſi dicitur.
Miſi a mitto tis præteritum: unde miſſus ſa ſum: unde miſito tas frequentatiuum.
Myſterium græce dictum, q̃ ſecretam & recondi tam habeat diſputationem.
Myſticum græce ſecretum id eſt corpus & ſanguis chriſti.
Myſta græce myſterii auctor. Symyſta uero aliquis ab eo eſt. ſiue qui conſcius myſterii eſt.
Miſtra odia menſura.
Miſtum confuſum concretum.
Mittere, dirigere, ponere.
Mitte pro dimitte.
Mitto tis miſi miſſum.
Mitteſcere: qui ſcere. qui cædit improbitatibus & non deſiſtit mitis fieri.
Mittier pro mitti duæ breues pro una longa ſicut populariter pro populari.
Mychicon fabulare græce. mythos enim fabula.
Mitificat. mitẽ facit. mitigat.
Mitigare cõpeſcere. ſedare. miſericordiam facere
Mitis cõmunis eſt mediocris. humilis. hic & hæc mitis & hoc mite.
Mitis eſt q pierate non cõtradicit ſentẽtiis diuinis quæ in ſua peccata proferuntur. neq; illis dei ſermonibus: quos nondum intelligit: ſed tamẽ nullum beneficium præſtat ei; cui non contradicit nec reſiſtit. miſericors uero ita non reſiſtit: ut p̃ter eius correctionem ita faciat: quem redderet reſiſtendo peiorẽ.
Mitis maturus.
Mitis: lenis; & ad ſuſtinendam iniuriam patiens quaſi mutus.
Mitis mitior tiſſimus.
Miteo mites: ũde miteſco componit̃ mitis mitigo
Mitulus piſcis genus digeſtibilis.
Mythos græce fabula: hinc mytologia, liber.
Mitra frygium pilcum ideſt tiara cadem & citharis uel metalla.
Mitra funis eſt; quo nauis medio cingitur.
Mitre cappadocum lingua octuber menſis.
Mitridix lapis eufratræ ſole repcuſſus coloribus micat uariis.
Mixtum; confuſum concretum.
Mina græce latine mina dicit̃ quæ habet, lx, ſiclos qui faciunt obolos, ni, cc.
Mina habet libram unam & ſemiunciam: qui ſunt ſolidi, lxxv.
Mina duas libras & ſemis appendit.
Minaſiterna urna aquæ ideſt urceus.
Minema græce monumentum: dictum p̃pter recordationem defuncti.
Moeſtheus unus de principibus troianis.
Moab & Amon filii loth a quibus moabitæ & ammanitæ nati ex filiabus eius.
Moab interpretatur ex parte: amon filius generis mei: uel ut in hebræo eſt filius populi mei.
Mobilis motioni habilis.
Mobilitas motus celeritas q̃ſi mouilis a motu dr̃
Mocum: ſimile eſt fabæ albæ legumen eſt.
Moderare: temperare, cohercere. cõpeſcere.
Modero & moderor idem ſignificat antiquitus.
Moderatur: frænat. gubernat. ſub cõditiõe habet.
Moderatus: mediocris leuis cõmunis.
Moderatus tior tiſſimus.
Moderate modeſte, parce. æquo animo.
Moderatio irrephẽſio. auaritiæ fruẽs liberaliter.
Modeſtia. manſuetudo. uerecundia. Modeſtiæ p̃tes ſũt. frugalitas. pudor. caſtitas.
Modeſtus dicitur qui nec irascitur. moderatuſ uero a modo & tempore nec plus quicq̃ nec minus faciens.
Modi a motu dicti q̃ unus moueatur in alterum
Modi ſunt diuerſæ inclinatiões animi uarios eius affectus demõſtrantes. hos ſequitur uaria declinatio uerbi. Sunt aũt quinq;. indicatiuus. imperatiuus. optatiuuſ. cõiunctiuus. infinitiuus.
Modicus moderatus. a modo enim deriuatur: nã modicus pro paruus abuſiue dicitur.
Modicat uel modificat temperat.
Modius a modo dictus: eſt autem menſura librarum. xliiii. ideſt ſexta riorum uiginti duorum cuius numeri cauſa a moyſe ab hoc inuenta eſt: quia in principio deus uiginti duo opera fecit. i. materiam informẽ angelos. cælos ſuperiores. terram. aquam. lucem. & aerem prima die. Secunda firmamentũ ſolũ. Tertia die quatuor. maria fœmina. ſationes. & plãtaria. Quarta tria. ſolẽ. & lunã & ſtellas. Quinta tria piſces. reptilia aquarũ & uolatilia. Sexta die quatuor. beſtias. pecudes reptilia terræ. & hominem. Et quia uiginti duæ generationes ſunt ab adam uſq; ad iacob & uiginti duo libri ueteris teſtamenti & uiginti duo elemẽta; q̃uis. n. aliæ gẽtes huic menſuræ: uel adiciant ignoranter uel detrahãt. apud hebræos cõſtitutio diuina tali ratione ſeruatur.
Modius eſt cui arbor nauis inſiſtit ob ſimilitudinẽ mẽſuralis uaſis dictus.
Modi artis muſicæ ſunt octo. lydius. hyppolidius frygius. hyppofrygius. dorius. hippodorius: mixolydius. hypomixolydius.
Modix: chorus.
Modo pro nunc uel pro tantummodo.
Modditio quoddam aial in gãge maius elephãto
Modus. obſeruatio: finis uel terminus. tropus. τροπος græce dicitur.

Modus unde modius modulus: modulor laris. modulamen. Merula quasi modula.
Moderor raris moderamen componitur moderamen: moderatus: moderatim. Moderatio: moderatrix. moderatorius. moderatura. moderabilis. moderatiuus. moderatiuncula. moderatus. moderatissimus. moderatissime. moderatissimum. moderatissimi. moderatissimorum. moderatissimis. moderatissimos. moderatissimas. moderatissimo. moderatissima. moderatissimae. moderatissimarum. moderatissimis

Monachus græce ſingularis.monos enim ſingula/
riter.Monachorum ſex ſunt genera:tria optima
rei:qua teterrima:primū cœnobitarū κοινοβιτῶν id eſt commune uiuentium.Secundum he
remitarum qui deſerta inhabitant.Tertium ana
choritarū:quæ optima ſunt.Quartum genus te
terrimorum:qui ſe imagine anachoritaꝝ blan/
diuntur.Quintum circuncellionū :qui ſub ha
bitu mō achorū circūquaq; uaganť.Sextū qđ p
ananiā & ſaphyrā pullulauit :id ē ſarabartæ qq;
ab eo ꝙ cœnobiali diſciplina ſemetipſos ſeque/
ſtrent ſuaſq; liberi appetūt uoluptates.abuſiue
cænuitæ dicti ſūt lingua ægyptiaca.monachorū
quatruor.ſunt genera.primū cœnobitarū id eſt
monaſteriale militans ſub regula uel abbate.Se
cūdum anachoritarū id eſt heremitarū q diu/
turna pugna contra diabolū ſecūdū multorum
ſolatia docti pugnare ad ſingularē pugnā here
mi inſtructi ſine conſolatione alterius ſola ma/
nu uel brachio contra uitia deo auxiliāte carnis
uel cogitationū pugnare ſufficiūt.Tertiū eſt te
terrimū genus ſarabartaꝝ q nulla regula appro
bati adhuc operibus ſeruientes ſæculo fidē men
tiuntur deo per tonſurā q bini aut terni uel cer/
te ſinguli non dominicis ſed ſuis incluſi ouilibus
ꝑ lege eis deſideriorū uoluptas eſt.Quartū ge/
nus dicitur gyrouagū :qui tota uita ſua ꝑ diuer
ſas prouincias ternis uel quaternis diebus ꝑ diuer
ſorum cellulas hoſpitanť.

Monachus græce dicitť q̄ſi monos id ē unus achos
id eſt triſtis.

Monaſteriū:mōachorū habitatio:nā monos unus
ſteron habitatio dicitur.

Monarchæ ſunt qui ſingularē poſſident pricipa
tū :qualis alexander apud græcos & Cæſar apd
romanos.hinc monarchia dicitur unius princi/
patus.monas qppe ſingularis græce αρχη archæ
principatus dicitur.

Monedula auis quædā quaſi monetula dicta qa
cum aurū inuenit aufert & occultat.

Monet q præcipit :admonet uero qui quod exci/
derat ad memoriā reducit.

Monemus futura:admōemus præſentia:cōmone
mus præterita.

Moneo nes nui moneor monitus tor trix mōitio:
mōimētū mouimētū mouimē moneta moneta
rius.cōponitur admoneo præ.com.ſub.inde cō
monefacio.

Moneta eadē,& trutina dicta:ꝙ admonet ne qua
fraus in metallo uel in pondere fiat locus ubi de
narii fiunt inde monetarii dicunť.

Moneta ſimilitudo.

Monycus gigas q̄dam theſſaliæ:

Monile ornamentū ex gēmis:quod ſolet fœmia
rū pendere collo.dictū uel a munio uel a mune
re.plærunq; oē ornamentū muliebre ſignificat.

Mōnimen monitio.

Monimentū amoris pignus.

Monocerō græce latine unicornis dicitť:eo ꝙ unū
cornu habeat in media fronte.monos enim græ
ce unū κερατα cornua.

Monocerus ſignificat chriſtum uel ſanctos:q te/
nent unicū dei uerbum.

Monocētaurus nomē ſūpſit ex tauro & homīe.

Monocētaurus:hō caput habēs bouis.

Monodia græce cum unus canit:quod latine dici
tur cincinium.

Monogamus dicitur quia uni tātū uxori nupſit:
gamos.n.græce nuptiæ:inde monogama uidua ſe
mel nupta.

Monodian:longum carmen.

Monometrū:uerſus unius pedis.

Monoplima ſtatio ubi una res uēditur.

Monopolium:pigmentaliū.

Monoptota:nomina dicta ꝙ uno tantū caſu utun
tur:ut frugi.Nam monos græce unus.ptoſis ca/
ſus.Monoptota uero ſunt:q ꝑ oī caſu una tm̄ ter
minatōe funguntť:ut gumi.neq.quot.tot.& lit/
terarū nomina.a.b.c.uel numeroꝝ:ut quattuor
q̄nque.& barbara ut iob.monos græce ſolus.

Monois:ſingulis.

Monoſceniū:genus carnis.

Monoſticon:opus unius uerſus.

Monoſyllaba pars oratiōis ſi naturaliter longa fu
erit ut tres circunflectiť:ſi uero naturaliter bre
uis:ut uir aut poſitione lōga ut ars acutum accē/
tum habet.

Monoſyllaba præpoſitiua fere oia habēt grauē ac
cētum niſi dřia prohibeat.

Monotaſmon:luſcus.

Monotanus :rigidus.

Monſtrū eſt ꝙ extra naturā naſcitur:dictū a mō/
ſtrando.

Mōſtra dicta ꝙ nos moneant in futurum:abutiť
tamen.

Mōſtruoſum inuſitatum ſimile a mōſtro contra
naturam.

Mōſilicis urbs uenetiæ.

Mōſtranſelis:equus deteſtabilis.

Mōs dictus a mouēdo per cōtrarium:uel motum
nō habēs.inde monticulus.

Mōs ſignificat ſupeminētē charitatē chriſti uel iu
ſtitiam.

Mōs ſignificat dñium uel iuſtitiā uel eccleſiam.

Mōtanus na nū.cōpōitur mōticola.

Mōtigena:mōtiuagus.mōtuoſus.

Mōſtrare.oſtēdere.indicare.

Mōtana circūcaſtella in mōtibus poſita.

Mōtanus dř a mōte.uelut lupus de mōtibus.

Mōtani hæretici dicti ꝙ tēpore pſecutionis i mōti
bus latuerūt.uñ ſe diuiſerūt a catholica eccleſia

Mōtes ſunt tumores terraꝝ altiſſimi dicti: ꝙ ſint
eminētes:Colles uero iuga montium.

Montes ſignificant apoſtolos uel ſanctos in celſitu
dine uirtutū:& in mala pte hæreticos diabolos.

Montuoſa:arida.macra.aſpera.uel inculta:mon/
tibus plena.

Monumenta:memoria dicta:eo ꝙ moneant mentē
annales libri hiſtoriæ.

Monumentum nunc ſepulchrum:nunc hiſtoriaꝝ

geſtarū ordinē demōſtrat. Monumentū autē dictū ꝙ mentē moneat: uel ad recordationem rei ſcriptæ.
Mopſus nomen propriū.
Mora: poma ſunt agreſtia uel de arbore celſa.
Mora impedimentū uel tarditas.
Mora ē quæ ipedit, tarditas quæ ipedit: inde mora in re: tarditas in homine.
Mora ræ. unde morula diminutiuum:
Moror aris, componitur emoror demoror cōmoror īmoror. A mora mos moris. inde moſculus moratus moroſus morigerus ror. aris. moralis.
Morari: ptellare, differre. ꝑtrahere, morā facere
Morator. ceſſator: ſegnis. piger.
Morale ē ubi morū informatio cōtinet.
Moros græce μῶρ dicitur.
Moralis intelligentia ē quæ de moribus diſputat.
Moralis dicitur: ꝑ quē mos uiuendi honeſtus appetit: & iſtituta ad uirtutē tēdentia præparātur hic & hæc moralis & hoc morale. ūde moralitas
Moragiis: nutibus lōgis.
Moraſtin ūde moraſtitē ciuitas ueluicus palæſtiæ
Morbi generaliter oēs paſſiones corporis ſignificāt: dicti ꝙ ex eis mors naſcatur: unde morbidus ideſt morbo datus: & morboſus. i. morbo plēus:
Morbus regius: genus quoddam morbi: inde dictus quia potior & deterior ē cæteris: uel ut qdā putant qd' uīo bono & regalibus cibis facilius curetur.
Morho. i. homicidiū i abſcōſo: ī lege lōgobarda.
Mordere: rodere: detrahere. lædere. maledicere
Mordeo es. mordeſco.
Mordax. cior. ciſſimus. aciter. citas.
Morſus ſus unde mors: a qua mortalis mortalitas cōponit īmortalis: morticius: ide morior reris: unde moribundus. cōponit emorior cōmorior. A morte cōponit mortifico. a mordeo dī morbus uel cōponit mordēs mēbra uel mortis uia.
Mordicus: quaſi morſu tenens uel mordaciter.
Moreni: gens iuxta britānos.
Mores: uiuendi cōſuetudo.
Morhoſis: trāſformatio: morfe μορφή eni græce forma dī: hīc cumorfos. i. beneformatus.
Morgnicaph. i. q̄rta ps ī lege lōgobardoꝝ.
Moribundus: morīēti ſimilis.
Morigera: moribus cōcordans.
Morigerare: mores gerere.
Morigeror aris.
Morina quæ diuina appellat potio: a græcis faleruum uinum.
Morio amens.
Moron græci ſ atuū dicūt.
Moriones uulgo dicūtur fatui: non multū a pecoribus diſtantes: morio a morte uocatus: eo ꝙ nō uigeat intellectu.
Morior deponēs abſolutū ē: morior & orios ſcd̄m tertiā & quartā cōiugationē decliauerūt antiqui morior moreris & moriris: nūc autem ſecundū tertiam morior moreris.
Moror: morā facio. cōmune ē abſolutū aliquādo ut moror te. & moror a te: & ut quid moror.
Moroſus: difficilis. faſtidioſus. q̄rulus. tardus.
Mors dicta quaſi amara: uel a marte. uel a morſu primi hoīs: qa uetitæ arboris pomū mordens: mortē incurrerit.
Mors priuatio ē uitæ. Sicut autē tenebræ nihil ſūt ſed ubi lux nō eſt tenebræ dicunt: ita nihil eſt mors ſed priuatio uitæ hoc nomē accepit.
Mortariū dictū ꝙ ibi ſemina iam in puluerem redacta mortua condantur.
Mortariū dicit a morte & tero: qcquid enim ibi teritur ſæmen uel hærba. moritur.
Morticinū dī in quo aīæ ſanguinis īmortuus eſt.
Morticina de mortuis dicunt: moralia aūt uiuentium. Morticinū qd' ab hoībus nō utit: eo ꝙ nō occiſoꝝ ſed mortuoꝝ aīalium ē morbida caro: nec apta ad ſalutē corporis: cuius cā ſumit: prius qdem obſeruatū ꝓpter unitatē duoꝝ parietū Sed nūc quis chriſtianus obſeruat: ut turdos uel minutiores auiculas nō attīgat: niſi quaꝝ ſāguis effuſus eſt: aut leporē nō edat: ſi manu a ceruice percuſſus nullo cruento uulnere occiſus eſt.
Mortiferum dictū ꝙ ferat mortem: ut uirus.
Mortuus: defunctus.
Morunt pro mouerunt: ſicut moſſes ꝓ mouiſſes.
Morus a græcis uocata. quam latini rubrum appellant: eo ꝙ fructus uel uirgulta eius rubeant: cuius fructu fames paſtorum in deſerto fouetur cuius folia ſerpenti ſuperiecta feruntur interimere eum.
Morus ſpecies arboris cuius poma ſtomacho utilia ſunt: eo ꝙ refrigerent.
Morus arbor: mora uero eius poma ſunt.
Mos: lex quædam eſt uiuendi nullo uinculo aſtricta: ſiue lex non ſcripta: ſed tātū uſu æui retēta
Mos eſt uetuſta probata conſuetudo ſiue lex non ſcripta.
Mos quod in ciuitate ſolitum eſt fieri: hic mos moris.
Moſes q legē ſcripſit filiis iſrael: ūde moſaica lex
Moſoch filius iaphet. ex quo cappadoces perhibētur exorti. unde urbs apud eos moſocha dicit.
Moſilon empoꝝ: locus eſt in quo nilus emergere uidetur.
Moth aquæ ſunt ubi populus domino cōtradixit: & moyſes offendit dominū.
Motare: frequēter mouere.
Molire: conuertere.. uiolare. aut ſemitrūcare: uel ſine cornibus facere.
Motorium dicitur: quod in motu. ſicut menſorium quod in menſa: collarium: quod in collo priſc.
Mouere: uoluere: curare tractare.
Moueo ues moui motus ta motum actiuum eſt. i. de motus tus motio. unde mons cum ſuis derīuatiuis.
Monſtro monſtras monſtrum mobilis mobilior liſſimus liter. lītas: unde componitur immobilis. moto ās compōitur admoueo: per com. præ. ſub. re. di. am.

Mox:non multo poſt uel ſtatim.ex inde.aduerbium temporis.
Mozel moritanea.
Mozica quaſi modica unde mozus.z.pro.d.ſicut ſolent itali dicere hodie pro hozie:Nam antiqui hozie dicebant.
Mucales dactyli palmarum.
Mucida dicuntur fruſtra panis mucorem habẽtia & lãuginem propter uetuſtatem.
Mucor quædam lanugo quæ naſcitur ĩ uetuſto pane unde mucidus panis dicitur.
Mutius proprium cuiuſdam q omnia patiebatur.
Mucro non tm̃ gladius eſt:ſed cuiuſlibet tæli acumen:dictus a longitudine:nam μακρον macrõ græci longum uocant.hic mucro onis.
Mugillatio:tarditas.
Mugillaris mutus a mugio.
Mugire neutrũ.pprium bouis.
Mugillis piſcis uelociſſimus eſt inteſtina ingrediens.Mugillis ide dictus q multum ſit agilis.hic enĩ piſcis ubi ſenſerit inſidias piſcatorũ:ſtatim reſilit:ita ut uolare uideatur.
Mugiſſor.fallax.callidus.murmurator.
Mugitus tus:uox boum eſt.mu.adhuc in conſuetudine eſt:unde mugire dicitur.
Mulcare affligere.uexare.calcare.cædere.
Mulcator perẽptor qui corpora afficit uel cruciat
Mulco cas.cor aris unde mulcata.i.dãnata Virg.
Mulcator dictus q blãdis uerbis mulceat animũ tranſlatũ a mulſo:q ſolet fauces dolẽtes lenire.
Mulcere:lenire.placare.blanditi.
Mulceo & mulgeo mulſi facit q̃is quidã a mulgeo mulxi quaſi cauſa differentiæ protulerũt. mulſi uero mulctũ & mulſum facit.
Mulciber.iuppiter.mulcifer uero uulcanus dicit
Mulciber beris & mulciber bris a mulcẽdo ibrẽ.
Mulcifer a mulcendo ferẽdo.i.ignis q oĩa mulcet.
Mulctra:uas ubi lac mulget:uel hora qua mulget.etiam dicit hoc mulctrare & hæc mulctra: unde mulctrariæ pluraliter.
Mullei calciamẽti genus dicti a rubeo colore mullorum piſcium.
Mulgere:lac detrahere.
Mulgitur dicitur.
Mulgarium:uas in quo mulget:idẽ & mulctra.
Muliebria:ſupuacuus mulierũ ſanguis pluraliter
Mulierariũ.uiũ fæmelariũ antiqui dicebãt.
Muliebre dicit aliquid a mulieribus factum uel ipſis conueniens.
Muliebriariũ uero per mulieres ordinatũ & per uiros geſtũ.
Mulierioſus:adulter.
Mulier a mollicie dicta quaſi molier ſicut uir a uirtute propter diſcretionẽ.dicta eſt igitur ſecũdum fœmineum ſexum non ſecũdum corruptionem integritatis.Et hæc ex ſacra ſcriptura:nã ſtatim facta de latere uiri ſui nondum contacta a uiro mulier dicta eſt:& formauit eã in mulierem.
Mullio mullionis.onicus.Nam mullio piſcẽ ſignificat cuius pellis ſit.
Mulio dictus a mulis quoꝝ præſidet uehiculis.
Mulio ſeſſor muli.
Mulſum ex melle dictũ ẽ.Eſt enĩ potio ex aqua & melle:quã græci mellicratũ dicũt.
Mulctũ & mulſum idẽ ẽ a mulceo uel mulgeo.
Mulctare:cõdẽnare.lacerare.cõtaminare.
Mulctauit cõdẽnauit.
Mulctatur:cõdẽnatur.ſeducitur.
Mulctata:quaſſata:afflicta.multã uim paſſa.
Mulctatio & ſine ſanguine poteſt eſſe in dãno pecuniæ.ſuppliciũ autẽ cũ ſanguine.pœna uero & dolor in ſanguine.
Multicia ueſtes ſubtiles ſunt camiſiæ lucidæ ueſtes ex ſerico & lana:dicta q mulceant ſuauitate ſua.
Multiuida:multa uidens.
Multifariam & multifarie aduerbialiter utrũque dicimus:ideſt multis locutionibus.
Multico frequẽter mulceo.mulcere.n.blãditi eſt tranſlatũ a mulſo ideſt molle.
Multitudo fit numero:turba uero loco:poſſunt enim pauci in anguſto turbã facere.
Multipes uermis terrenus a multitudine pedum uocatus:q contractus in globũ cõplicatur.naſcitur ex humore & terra ſub petris.
Multiplex:ĩuolutus.uarius multas plicas habẽs.ge.omnis:unde multipliciter & multiplico as.actiuum.
Multiuolus:deſideria habẽs in multis.
Multiuolã:multis delectationibus auidam.
Multo p multũ aduerbiũ quantitatis.
Multus ta tum infinitum.ſatis longum.
Mulus a græco tractũ & dictũ q iugo piſtorũ ſub actus:tardas ad molendum ducat in gyrũ molas.ludæi aſſerunt nepotem eſau primum feciſſe equorum greges aſcendi ab aſinis in deſerto & contra naturã mulum naſci.
Mulus & mula ſpecies animalium ab equa & aſino generanf nec generant.
Mullus genus piſcis qui & ſtrigla dicit.
Mullus genus piſcis dictus q mollis ſit & tenerrimus:cuius cibũ tradunt libidinem inhibere:oculorum aciem hebetare:in uino necatus tedium uini dat bibentibus:inde.
Mundare:tergere.exuere.
Munda ciuitas uel fluuius in fine hiſpaniæ:ubi a cæſare uictus eſt filius pompei.
Mundus dictus quia ſemper ĩ motu eſt.Nulla enĩ requies eius elementis conceſſa eſt.
Mundus eſt uniuerſitas omnis:quæ conſtat ex cælo & terra:de quo apoſtolus ait.præteriit fuga huius mũdi.Mundus aũt græce coſmos κοσμος: hõ uero microcoſmos μικροκοσμος.i.minor mũdus uocat.Sicut.n.mũdus cõcretus ẽ ex q̃tuor elemẽtis.ita hoiem cõſtare ex q̃ttuor hũoribus uno tẽperamẽto uereres cõſtituerũt. Mundi formatio ita demõſtrat ſicut erigit in ſeptẽtrionem.ita declinat in auſtrũ.Prima pars mũdi quaſi caput & facies ẽ oriẽs.Secũda meridiana. Ter/

tia occidentalis:ultima uero ſeptentrionalis. In definitionem autem mundi circulos aiunt philoſophi quinq; quos græci paralellos id eſt zonas uocant in quibus diuiditur orbis terræ:de q bus uirgilius ait. Quinq; tenent cælum zonæ: has fingamus in modum deſtrenſem; ut polex ſit primus circulus id eſt arcticos frigore inhabitabilis. Secundus circulus temperatus habitabilis:medius himerinos torridus inhabitabilis.
Quartus exhimeros temperatus habitabilis: minimus circulus antarticus:frigidus inhabitabilis. Horum primus a latinis ſeptentrionalis uocatur:Secundus ſolſtitialis. Tertius æquinoctialis. Quartus hyemalis. Quintus auſtralis.
Mundus latine a philoſophis dictus: q; in ſempiterno motu ſit:ut cælum ſol luna aer maria. Nulla enim requies eius elementis conceſſa eſt. Græci uero de ornamento mundo nomen impoſuerunt propter diuerſitatem elementorum & pulchritudinem ſyderum. Appellat enī apud illos coſmos:quod ſignificat ornamentū. Mundus āt habet diſtantiam inter creationem & formationem: quia originaliter ſecundum materiæ ſubſtantiam ſimul cuncta creata ſunt. Secundum diſtinctionem uero rerum per ſex dierum alternationem formata ſunt:nam primum materies cæli & terræ confuſa facta eſt atq; informis: quam græci chaos appellauerunt:de quo poſt per ſpecies uarias formaſq; proprias prodiderunt: ſed materia facta eſt de nihilo: mundi uero ſpecies de informi materia. Proide duas res ante omnia condidit deus angelos & informem materiā: qđ quidem ex nihilo factum proceſſit; tamen ex ſe factas res non æternitate ſed ſola origine:ſicut ſonus cantum:itaq; non omnia ex nihilo condidit deus:ſed quædam fecit ex nihilo:quædā ex aliquo. De nihilo mundum angelos & animam:ex aliquo hominem & alias mundi creaturas.
Mundus da dum:terſus abſq; ſorde:innocēs.
Mundus quaſi munitus & terſus undis:inde mundo as munditiæ.
Mundū muliebre liniamentū mulierū dicit qđ tēpore ungere ſe debeant uariis pigmētis & iduiueſtibus regalibus.
Mūdiburdia:rgum uel principum ſunt p̄cepta.
Munera hoibus danť:dona uero offerunť.
Munera obſequia quæ pauperes diuitibus loco munerum ſoluunt: itaq; munus hominibus:donū deo datur unde in templis donaria dicimus: munera autem dicta quia manibus accipiuntur uel dantur.
Munera. dona:emolumenta præmia.
Munerarius q munera dat.
Mūerare p̄mia dare:mūero & muneror eiuſdem ſignificationis antiqtus.
Munia:officia. ciuitatum tributa.
Muniaci. i. regis conciliarii.
Muniacorum:aciei uox.
Munire:conſeruare:ædificare.
Munio is. inde munimen. mœnia componitur cō munio is. inde cōmunico as: ſecū dū quoſdam.
munitio:murus cōponitur ātemurale.
Munimen:firmamentum. munitio.
Munit:tuetur. molitur:inuenit. machinatur.
Munitiones quæ uallo ſunt munitæ uel muris operta.
Municipes:ſunt in eodē municipio nati. ab officio munerū dicti eo q; publica munera accipiāt. munia enim officia ſunt. unde immunes dicuntur q nullum officium gerunt.
Municipales originales ciues:& in loco officium gerentes.
Mūicipes ſunt curialium maiores:dicti eo q; fiſci munera publica accipiant. priſc. hic & hæc municipes:ſicut princeps parenſ;quæ tamen non ſunt adiectiua.
Municeps cipis dicitur mūera capiens:uel munia id eſt officia implens uel adminiſtrans: municipes uero quædam erāt gentes ſocii romāoꝝ q in omnibus eis cōmunicabant excepto in ſuffragatione idē fideiuſſione hic græce polites πολίτης dicturi ſicut paulus dictus ē de tarſo.
Municipatus. ius ipſius municipii.
Municipiū ē ciuitacula:quod manēte ſtatu ciuitatis ius aliquod maioris aut mīorisofficii a principe impetrauit. dictum a muniis ideſt officiis:qđ tantum munia ideſt tributa reddat & munera: nam liberales & rimoſiſſimæ cauſæ & quæ a principe ꝓficiſcuntur:ibi non aguntur:hæc enim ad dignitatem ciuitatū pertinent.
Munition:ſeptember menſis tenedū lingua.
Munifex muneratius:q munera facit uel munus ideſt officiū.
Munificus qui alicui multa munera dat: uel qui munus ſuum ideſt officiū quod debet implet. Sic & munifex dicitur.
Munificare:muneribus honorare.
Munificus:honorificus. largitor. liberalis. largus copioſus. Munificus:honorificus. tior. tiſſimus Nam munificēs nō utimur.
Munificentia:liberalitas. largitas. publica dōatio
Munifice. large. copioſe abunde.
Munilia:pectoralia equorū: uel ornamēta i ceruice mulierū. hoc ſerpentū dicit.
Muniū. munitio. munus. dictum quaſi māu factū
Muniū officium uel tributum.
Munimen uel munimentū dictum q; manu ſit factum. defenſio.
Munus donum uel officium.
Munus debitum eſt ut patrono:donū uero honorum eſt. Item munus hoīibus. dōum deo datur Itē donū dantis: munus accipiētis. munus a muniendo uel a mouendo:dōum uero dicitur a dā do. priſc. hoc munus eris:unde munero as. ſic ſimilia quæ in uerbo habent e i genitiuo quoq; habent.
Munus inde muneror aris. munuſculum cōponitur īmunis īmunitas. communis communitas. communio. communiter. emunis: emunitas. i munifico communifico componitur: inde mun

ceps.municipium.municipalis.municipo as.
Munuſcula:dona modica.
Murrha pro myrrha.græco.priſ. murrha lachryma eſt arboris arabica ſimilis ſpinæ. quam acanthum dicunt:a regione nomen accepit.
Murrha genus uaſis pro uitro ponitur. Myrrha nunc unguentum.
Murrhatum uinum amarum.i.cum felle mixtū
Murani omnes latinorum reges ātiquituſ dicebāt
Murcia deus a paganis dictus qui faciebat hominem murcidum.i.deſidioſū q nō ſe moueret.
Muræna genus piſcis.quam græci murinā uocant eo q cōplicet ſe in circulos uel genus ſerpētis.
Muræna ex auro & gēmis dicta uariis a ſimilitudine ſerpentis murenæ.
Muræmulæ ſunt cathenæ latæ & ſpiſſæ mire de auro factæ quæ a capite defluentes ad ceruicem ornandam aptantur.hæc auri & argenti texūtur uirgulis:dictæ a murena quæ capta uertit ſe i circulum uel quia diſtincta eſt.
Muræna fœminini tantū ſexus eſſe,tradunt: & cōcipere a ſerpēte, uñ aſpicatoribus tanq a ſerpēte ſibilo uocatur & capitur ī cauerna. fuſtæ diffi culter ītermitur.ferula ptinus.aiam ī cauda habere certū ē.Nam pcuſſa ī capite uix interimit in cauda autem ſtatim aiūt exanimari.
Murret:leuiter diſtillat.
Murex'herba murex ſorex uel eminēs ſaxum'uel regalis purpura color uel ſanguinis de conchiliis
Mures cochlea maris acuta quæ alio nomine conchilium dicitur ex qua purpura nobilis inficit & murices petræ in littore ſimiles muricibus uiuis acutiſſimæ & nauibus perniciosæ.
Murgiſſo:callidus murmurator,irriſor:illuſor.
Muria craſſitudo aqua ſalſa & pro liquamine de nomine maris dicitur.proprie autem aqua ſale cōmixta quaſi maris.
Murica cochea eſt maris dicta ab acumine & aſperitate quæ alio nomine conchilium nominatur p pter qđ circūciſa ferro lachrymas purpurei coloris emittit ex quibus purpura tingitur. & inde oſtrum quia hæc tinctura ex teſtæ humore eliicitur.
Muricæ arua tam fluminis q aſperi itineris ſaxa.
Muri a munitione dicti eo q muniant ītериora urbis:unde mœnia.Sed mœnia interdum omnia ædificia ciuitatis.
Murrhina:uinum myrrha cōditum.
Murina gēma.apud parthos gignitur. unde dicit quia uarietas eius in purpuram cādorēq; & ignē quaſi in cæleſti arcu conſpicitur.
Murio pro morio dicitur.ibi quere.
Murmur.ris.populi ſeditionis exordium ſtridor
Murmur dictum a mouēdo ora uel de ſono factū non enim eloquitur.
Murmurare:incondite.uel mala uoluntate aliqđ contradicere.
Murmuro & murmuror idē ſignificabat ātiqtus
Murna ſmyrna.
Murteta quaſi morteta:id eſt aquæ refuſæ a loco mortuorum ideſt inferis.
Murus a muniēdo dictus.uñ muralis &ātemurale
Murus ſignificat robuſtiores &eminētiores fāctos
Murus propter altitudinem dictus.
Muruſculum bellicum machinamentum. unde muri diſſoluuntur.unde & dicitur.
Mus terra dicitur:unde & humus appellatur.
Mus puſillum aial.græcū eſt:Nā græci mys μυς̃ latini mus. Alii dicunt mures:q ex humore terræ naſcūtur.nā muſ terra dr.hic ī plē'luuio creſcit priſc.ide muſculus dimiutiuū:muſ risa græco mys componit muſcipula: muricaps, muſtela
Muſare:murmurare.uirg.
Muſat:dubitat in loquendo.timet.murmurat'.
Muſaraneū animal pexiguum araneæ forma q ſo liſuga dicit q diem fugiat: in metallis argentariis plurima & ſuperſedentibus per imprudētiā peſtem facit huius morſus inſanabili.
Muſac ſabbati:locus quidam.fuit ædificatus in ueſtibulo templi domini ubi reges quando ad templum ibant in ſabbato cauſa orationis pecuniam pro elemoſyna immittebant.
Muſas pagani ipſas dicunt quas & nymphas id eſt deas aquarum.
Muſa uel ſapientia dea litterar:ſed nūc alias. Sūt aūt numero.ix.clio.euterpe:thalia:terpſicore. melpomene:erato.polyhimnia.urania.calliope ſed hoc pagani fingunt.
Muſa dicit a mos μος̃ ægyptiaco.id eſt aqua græce.qa muſicus ſonus maxime ex aqua & aere fit Quare ideo nouem fingunt qa uox hūana per nouem fit officia:ex plectro linguæ: pulſu q̄ttuor dentiū:repcuſſione duor labior: cauo gutturis adiutorio pulmonis ſicut follis.
Muſæ ſunt dictæ filiæ iouis & iunōis: quia omnis uox ex aere & æthere fit: ſecundū philoſophos autem muſa dicit q̄ſi moſis μωσις̃ id eſt aquatica:quia nulla ſonora uox poteſt eſſe ſine aqua: nam aquæ motus muſicam facit:priſc.
Muſam dicimus pro μουσα,υ pro ου græco ponentes.
Muſica in plæriſq; locis ſacræ ſcripturæ honorabiliter poſita inuenitur.Nā non ſunt audiendi gentilium errores qui muſas nouem eē:iouiſq; & memoriæ filias eſſe finxerunt:quos etiam uarro inter eos doctior refellit.nam omniū ſonorū quæ materies eſt cantilenarum: triformis eſt natura: aut enī uoce editur:aut flatu :aut pulſu. Sed cū hæc ut dictum eſt ſeſe habeant dicit uarro quandam ciuitatem tribus artificibus terna ſimulacra muſarum locaſſe q ī templo appollinis dono ponerent a quocunq; artifice pulchriora fierēt: ſed tamen cōtigit ut omnes tres artifices terna ſimulacra pulchra facerēt ut populo placerēt: omneſque nouem templo apollinis dedicarent: quibus etiā poſtea heſiodū nomen dediſſe dicit.
Muſca ex græco uenit ſicut & mus:necatæ in aqua aliquotiens poſt unius horæ ſpaciū reuiuiſcunt.
Muſciōes uulgo a muſcis appellant:iidē & bibiones ſicut & poeta ait.in oculis tuis bibiones uolāt

Muſciones uulgo a muſcis appellantur: iidem & bibiones ſicut & poeta ait: in oculis tuis bibiones uolant.

Muſcipula: pedica. laqueus. tentatio. quaſi mures capiens: uel muſcipulum.

Muſculi capita neruorū ex ſanguine & neruis co pulati: idē & mures: qa in ſingulis mēbris ſunt cordis loco: ut cor in medio totius corporis ita dicti muſculi a nomine ſimilium ſub terra deli teſcentium murium: iidem & laceeti uel chori.

Muſcerda: ſtercus murium.

Muſiuli pro tibiis & brachiis ponuntur.

Muſculus eſt curruum nauium.

Muſcus: genus hærbæ molliſſimæ: lanugo.

Muſæus poeta iſignis tpe orphei.

Muſæum: muſarum opus.

Muſeleum: idem quod mauſeolum.

Muſica eſt peritia modulatiōis ſono cantuq; conſiſtens: dicta p deriuationem a muſis. Muſæ aūt appellatæ: ἀπὸ τοῦ μώσασθαι moſai id eſt a quærendo: q̄ p eas ſicut antiqui uoluerunt uis carminum & uocis modulatio quæratur: quæ ide a poetis iouis & memoriæ filiæ confictæ ſunt. Niſi enim memoria teneantur: ſoni pereunt. qa ſcribi non poſſunt. Moyſes dicit repertotem fuiſſe muſicæ tubal: græci uero pithagoram: alii linum thebæum & zethum & amphion. Muſicæ partes tres ſunt ideſt harmonica quæ diſcernit in ſonis acutum & grauem. Metrica quæ menſuram diuerſorum metrorum probabili ratōe cognoſcit: ut uerbigratia heroicum iambicum elegiacum &c. Rithmica quæ requirit incurſionem uerborum utrum bene ſonans an male cohærceat. Ad omnem aūt ſonum quæ materies cantilenarum eſt hāc triformem conſtat eſſe naturam Prima eſt harmonica: quæ ex uoce cum cantibus conſtat. Secunda organica: quæ ex flatu exiſtit: Tertia rithmica quæ ex pulſu digitorum numeros recipit. Nam aut uoce editur ſonus ſicut per fauces: aut flatu ſicut per tubam: aut pulſu ſicut per citharum.

Muſica græce μουσικὴ dicitur huius tria ſunt genera: diatonicum grauius: cromaticum mediū: enarmonicum dulciſſimum. Muſicæ melodiæ tria ſunt genera: enarmonicum diatōum & cromaticum. Primum quidem propter nimiam ſui difficultatem ab uſu, receſſit. Tertium imfa me mollitie: medium id eſt diatonum mūdanæ muſicæ aſcribitur.

Muſici: modulatores cantus: q cantum nouerūt.

Muſicus: qui muſicam nouit.

Muſicum: dulce carmen.

Muſinat: mulcet. placat. lenit.

Muſio dictus q̄ muribus infeſtus ſit: hunc uulgo captum a captura uocant: alii dicūt catum eo q̄ κατὰ βιλᾶ: id eſt uideat græce.

Muſis: regula uel menſura.

Muſitat: leuiter in auribus loquitur. murmurat.

Muſium: muſeleum opus depictum.

Muſino uocat animal. quod ex capra & ariete naſcitur: eſt aūt dux gregis.

Muſino: monſtrum ſimile ſimiæ.

Muſtacia: mala uina. eo q̄ ſimilitudinē muſti non ſaporem habeant.

Muſtela dicta quaſi mus longus: nam τῆλον telō longū græce: huius duo ſunt genera: altera ſiluestris diſtans magnitudine quam græci iſtida uocant: altera in domibus errans.

Muela genus piſcis. Ambro. muſtela ſerpentes & ſtimures perſequitur.

Muſteum: mediū uiride uiſcidum.

Muſtum eſt uinum ex prelo ſtatim ſublatum dictum creditur q̄ in ſe limum & terram habeat mixtum. nam mus terra: unde & humus. muſtus & muſta & muſtum inuenitur. unde uidetur ad iectiuum pro nouus ua nouum.

Mutare: de loco in locum mouere: aut de tēpore i tempus: & uidetur a motu deriuari. o. in. u.

Mutabile uarium momentaneum.

Mutatorium. quod mutatur.

Mutatoria ſolēnia ueſtimenta aliis meliora.

Mutatoriæ mutandæ ueſtes & camiſiæ brachæ.

Mutificat: mitigat.

Mutilare eſt aliquid integrum detruncare: ut hominum manum amputare: uel partem ex arboribus auferre.

Mutilat: uiolat: truncat. debilitat. cōuellit. in mēbra diſpartit. retondit. mutat. murmurat: iminuit: exquirit.

Mutilū caput. tonſum caput.

Mutili: quadranguli qui minus habent ex aliqua parte ſic.

Mutina ciuitas italiæ.

Mutire: garrire. modice murmurare.

Mutua: uicaria. alterna. cōmunis.

Mutuari & cōmodare hoc differunt: qui dat mutuum aliud recepturus eſt: qui uero cōmodat utiq; id ſibi reddi deſiderat. Mutuatur omnis q̄ accipit: etiam ſi non ipſe ſoluturus eſſet.

Mutuo & mutuor eiuſdem ſignificationis, antiquitus.

Muthul & ſuthul propria oppidorum pœnorū maſculina.

Mutuo. alterno commode inuicem aduerbium ē.

Mutuum dictum quia, id quod a me tibi datur ex meo tuum fit.

Mutunus uel tutunus: priapus a græcis dicitur.

Mutus dictus q̄ mugiat: quia uox eius non eſt ſermōis ſed mugitus: uocalem enim ſpiritum emittit per nares quaſi mugiens.

Mutuſcæ ciuitas italiæ oliuifera.

Abal stultus uel insipiēs interpretatur.
Nabathæa regio a nabeth filio hysmael nūcupata ia cet iter iudæam & arabiā ab Eufrare usq; ad mare rubrū:pars tamē arabiæ inde nabathei dicti sunt
Nabam abscessio interpretatur.
Nabe interpretatur latratus.
Nabis quædam ciuitas unde nabathæi dicuntur.
Nabis autem dictus est quidam rex ditissimus.
Nabeth filius hysmael:a quo nabathæi.
Nablath uel nablam hebraice:psalteriū græce dr
Nabloth idola accola.
Nabuchdonosor ꝓphetiæ acunculæ angustæ interpretatur siue ꝓphetizās istiusmodi signū ꝓ sō mo.s.futurorū:qd uidisse narratur.& daniel interpretatus ē siue sessio i agitiōe āgustiæ pro his qui i captiuitatem ab eo ducti sunt.Duo autem nabuchdonosor fuere:unusq trāsmigrauit isrl. alius q misit holofernē: quem iudith iterfecit.
Naca cancer.
Nachorifrater fuit abrahæ,reges lumis interptat
Nagar: uacillat:huc illucq; fertur.
Nageum nugium pallium tenue.
Naiades deas maris in cōmitatu esse ueneris pagani dicūt.
Naid intepretatur fluctus uel commotio.
Nays ναῦς græce latine nauis.
Nais genus herbæ.
Naim ciuitas uel terra:interpretatur commotio.
Naalihel interpretatur ex deo.
Nam nāq;.n.cū sunt coniunctiones cāles gar γάρ signficant:ut cole pudicitiā,nā fundamentum ē uirtutū,inueniūtur cōpletiuæ cū significāt mē μὲν ut heu qa nam: quo nomine dicuntur coniūctiones;cum ornatus causa uel metri nulla necessitate significationis ponūtur.
Nanfure quod medici napton uocant.
Naaman decor interpretatur.
Nāciscor deriuatur a nancio cis: quod in usu fuit antiquitus prisc,nactus fecit absq;.n.
Nantes natantes aut nauigantes a no nas.
Naos ναὸς græce templum.
Naophylax templi custos græcum est.
Napeæ deæ florum agrestes.
Napta genus fomitis apud persas:quo icendia nutriuntur uel amurca.
Napta purgamenta lini uel cuiuslibet rei:ut Salustius dicit in historiis esse genus fomitis apud psas:quo maxime nutriuntur incēdia:alii ossa oliuaꝝ:quæ ꝓiiciūtur cū amurca naptā uocant
Napocaulis ex duobus oleribus compositum est: quia dum sic sapore napo similsnō in radice sed in thyrsum cōscēdit:ut caulis.
Napus a simili itudine rapæ dictus nisi ꝙ foliis est latior:utriusq; enī semen ī altez uicissim mutat
Nar:albus fluuius tusciæ.
Nar naris producit penultimā:nomē fluuii.
Narratio est præteritoꝝ: pronunciatio futurorū demonstratio præsentium.
Narrare:iudicare:referre.diuulgare.
Narbona & arrelatū & pictauium:ciuitas proprii collonii condiderunt.
Narbonēsis prouincia pars galliaꝝ aboriēte alpes scutias:ab occidēte hispaniam,a circio aquitaniā a septētrione lugdunensem:ab aquilone belgicā galli a meridie mare gallicū habet.
Narcissus gēus hærbæ odoriferæ purpureæ fabulose dicta a puero ciusdē nois:cuius membra in hunc florem dicūt trāsisse.
Nardus genus odoris optimi.generis fœminini.
Nardus est odor aromaticus:crassa & fragili radice paruoq; folio & denso: cuius acumina in aristas se spargūt fideles significat odore uirtutum fulgentes:crassos operibus bonis:tamen in carne fragiles:in suis operibus humiles & non in se gloriantes:sed densi & innocentes.
Nardus hærba est spicosa:cuius alia indica alia syriaca appellatur.non ꝙ in syria nascatur,sed ꝙ modus in quo nascitur alio latere indiam alio syriam spectat.
Nardum pisticum idest fidele:& sine impostura græcum ē: pistis enim græce fides dicit.
Nardū spicatū ab eo ꝙ species ipsa nardi ī modū spicæ sit:quæ infusa conficitur.
Nardū celticū a regione galliæ nomen traxit:nascitur enim sæpius in lygutiæ alpibus & in syria hoc ꝓpter odorē ꝓbatū est usui.
Nares dictæ: ꝙ per eas aer uel spiritus manat. In his tria sunt officia: unum ducendi spiritum: alterum capiendi odoris:tertium purgamentum cerebri deducendi:priscianus hæc naris ad nasū pertinet.
Narium recta pars:ꝙ æqualiter sit porrecta collūna uocatur,extremitas uero pyrula a forma pomi pyri:q̄ dextra leuaq; sunt pinulæ.
Naricia locus est:in quo abundant picæ.
Narria piscis.
Nario subsannans.
Narones hebraica lingua iunius mensis.
Naruſci locri a flumine locroꝝ.
Narus sum:cognoui didici.
Narus:peritus.sciens.
Nassa genus nauis uel caueæ.
Nasamonites gēma sanguinea & nigris uenis a loco.Nasamones enim africæ sunt.
Nascitur quod ab utero decidit.enasci fuero qd de terra aut aqua exurgit.
Nascor ris natus natura.Nascor deponens a te & tibi:passiuā uim habet.Nascor sceris: ide natus tatum:natura naturalis;naturaliter: naralis natalicū:natiuus a um.natiuitas natio onis: uñ cōponitur cognatus cognatio. Componit innascor innatum:renascor.Nepos,neptulus neptis:unde componitur,pnepos abnepos;trinepos.
Nasisterna;aquaꝝ uas.
Naason mons uel proprium hominis de tribu israel.

Naſterium modicũ oratoriũ græce.
Naſturciũ hærba ſapor appellatus. quod acrimonia ſui naſũ torqat.genus hoc calidũ ẽ & cõficit carnes ita ut cõſtingãt flegma & meatũ urinæ obduret.
Natare unde natatus a um:no nas naui natũ natu
Nathanael interptatur donum dei:quia dolus & ſimulatio dono dei in eo non fuit.
Natalis dies:in quo aliquis natus eſt:unde natalicius a um:hic natalis dicimus ẽt hoc natale dicitur in priſc.
Nathania donũ dei uel dedit dominus intepꝛtatur
Nathan interprætaf accipiẽs uel dediti ſiue dãtis
Nathanai.i.hũiles in obediẽ do in ueteri teſtamẽto:i nouo uero ſubdiacões appellantur.
Nathanai ideſt in humilitate domino ſeruientes.
Nathanai apud hebræos uocãtur qui obligatiões deo faciunt.
Nates dictæ q in ipſis nitimur:dũ ſedemus.unde & cõglobata ẽ in eis caro:ne pmẽtis corporis mole oſſa delerent:hæc uatica cæ etiam dicitur.
Nati filii.
Natæ filiæ.
Nationes ſunt:quæ propriis cognationibus termi natæ gentes uocantur.
Natio a naſcendo uocata.
Natrix ſerpentis genus maſculus ẽ. Lucanus Natrix uiolator aquæ:põt tñ uerbaliter accipi. fœminiñ quaſi ad ſerpentẽ per ſignificationem.
Natura dicta ab eo q aliqd naſci faciat .gignendi enim & faciendi potens eſt.Hanc qdam deã eſſe dixerunt:a qua oĩa creata ſunt.
Natura eſt creatura oĩum etiã inuiſibiliũ rerum.
Natura eſt nõ quod opinio inuenit:ſed quod quædam innata uis inſeruit.
Natura tribus modis dici poteſt.Cum de oĩbus rebus naturã dici placet.Natura eſt earũ rerũ quæ cũ ſint quoquo modo intellectu capi poſſũt. hic definiuntur accidentia & ſubſtantiæ. Quoquo modo ideo additum ẽt:quoniã deus & materia p fecto intellectu intelligi non poſſunt. ſed cæterarum rerum priuatione quoquo modo capiuntur Quæ cũ ſint:ideo adiunctum quia ẽt ipm nihil ſignificat aliqd ſed non naturam :non enĩ quod ſit aliquid ſed potius non eẽ ſignificat. De ſolis uero ſubſtãtiis ſic definitur.Natura uero eſt qd uel facere.uel quod pati uel facere põt:pati quidem ac facere:ut omnia corporea atq; corporeorum:ani ma.Hæc enim a corpore & i corpore: & facit & patitur : facere uero tm:ut deus cæteraq; diuina:hic autem ſubſtantiæ quoq; reddita ẽ definitio.Si autem ſecundũ, quoſdã: qui dicũt tm corporeas ſubſtãtias naturam habere.ſicut ariſtoteles & multimodæ philoſophiæ ſectatores natura ad corporales res tm contrahit:ſic definitur Natura eſt motus principiũ ſecundũ ſe & non p accidens:quoniam omne corpus propriũ habet motũ per ſe ut ignis ſurſum:terra uero deorſum & nõ p accidens:ut lectus qui naturaliter lignum eſt:lectus artificialiter.Nõ.n. quia p accidens lectus deorſum cadit:ſed qa naturaliter terra eſt Cũ aũt proprietatem reꝝ demõſtrare cupimus ſic dicim.Natura eſt unãquãq; rem informãs ſpecifica differentia: & hæc eſt ſignificatio naturæ: ſecundũ quã dicimus auri & argenti diuerſam naturã:id eſt proprietatẽ.ſecundũ hãc ultimam duas in xpo naturas cõſtituimus.Natura ingeniũ mores animus. Naturale eſt ptinens ad diuerſas cãs naturæ quæ uniuerſa continent.
Naturales dicunt ingenui cõcubinaꝝ filii:quos ſola natura genuit nõ honeſtas cõiugii.
Naturaliter illud eẽ dicitur quicquid agere:pati. naſci aut durare ſeu exiſtere ſine difficultate aut affectione poſſit.
Quanam uel qua. cur. quare. qua de cauſa.

Quanā parte: in qua pte. adiectio ſyllabica.

Quandam aliquā. m. in. n. mutatur ſequente. d. dam eſt adiectio ſyllabica.

Quando aduerbium tēporis eſt: & eſt interrogandi ut quando ueniſti. Eſt infinitum ut q̄n iuueniā faciā. pōt eſſe relatiuum: ut quādo erā iuuenis peccaui uel redditiuum ut quo tempore ueniſti quādo legebas. Accentu tamen diſcernitur quomō & nomina interrogatiua & relatiua. Nam interogatiuum acuit penultimam. infinitum uel relatiuum per omnes ſyllabas grauatur ab eo compoſita. Aliquando ne quando. infinita ſunt & ante penultimam acuunt. quando: ſæpe pro coniunctione ponitur cauſali: ut fabor enim quādo hæc te cura remordet.

Quandoq; aliquando ſaltem poſt tempus.

Quando: q̄n quatenus.

Quanta q̄ magna.

Quantuſ q̄ magnus qualis inde quantulus & quantillus.

Quantulum. modicum. minimum.

Quantulum: res modica.

Quantus & tantus ad menſuram.

Quot & tot ad numerū ſed tamen tanti & quanti pro numero ponūtur.

Quantus eſt interrogatiuū q̄n acuit penultimam: infinitū uel relatiuū quando ultimā: ſed ſepitur in lectione. Quātitatis ppriū eſt: q; æquale & inæqualedi cit. Quātitatis aūt aliud eſt continuū aliud diſcretū: & aliud ex habentibus poſitionē ad ſe inuicem ſuis ptibus conſtat: aliud ex nō habentibus. Eſt aūt diſcreta quantitas ut numerus: & oratio: continua uero ut linea ſuperficies: bicubitum: tricubitū corpus: præter hæc locus & tempus. Proprie aūt quantitates hæ ſūt: aliæ uero oēs ſecūdū accidēs. ad hæc. n. aſpicientes & alias dicimus q̄ntitates. multū. n. dr albū q; ſupficies multa ſit. & actio longa: q; tēpus longū ſit. & motus multus: ut q multo tēpore currit. Definitæ quātitati nihil eſt contrariū: niſi qs dicat multa pauciſ: uel magna puo cōtraria: ſed hæc magis ſūt ad aliqd.

Quātitas eſt menſura. per quam aliquid magnum minuſue oſtendit uel longo uel breui.

Quātocius: uelocius. celerius.

Quapropter: q̄obrem. propterea. quo pacto.

Quaqua uerſū: q̄libet ex parte.

Quaqua uerſum: in quālibet partem.

Quaquila: graculus genus auis. uulgo coturnix.

Quare: propter quod. ergo. pro quod. cur. itaq;.

Quartarium genus menſuræ: id eſt urna.

Quaſſat: uexat. corrumpit: frequētatiuū a quatio quatis.

Quaſſum cōmotū: fatigatū: attritū: a q̄tio tis.

Quaſi aliquādo pro ſimilitudine aliquando pro ueritate ponit. pro ſimilitudine: ut quaſi triſtes: ſemper autem gaudētes: pro ueritate: ut uidimus gloriam eius gloriam quaſi unigeniti a patre. Aliquando nihil differt utrum pro ſimilitudine an pro ueritate ponat: ut in Iob: quaſi impios percuſſit eos in loco uidentium.

Quaſi: ſicut. uti. tanq̄. uelut.

Quaſillum latinum eſt: quod græce calathum dicitur.

Quaſillum neutrum eſt diminutiuum a qualo maſculino.

Quatit: commouet: uibrat. coruſcat.

Quatitur: tremit. concutitur. formidat.

Quatio tis quaſſi ſed non eſt in uſu quaſſum facit: unde frequentatiuum quaſſo ſas. componit percutio incutio concutio diſcutio.

Quatenus: qua ratione. qualiter. quandiu. pro eo quod. hucuſq;. quouſq;.

Quatenus:qua ratione, qualiter. quandiu. pro eo quod hucusq; quousq;.
Quatinus pro ut ponitur.
Quatinus est coniunctio causalis:ut si dicas.quatinus hoc sine plaga non facis.quatenus uero loci aduerbium uel temporis ut cum dicimus quatenus ibimus.usq; quoq;.
Quatenus:qua ratiõe:quo ordine: quomodo:usq; ad quem finem.
Quatenus aduerbium loci uel temporis idest quousq; per e scribitur. Coniunctio causalis per i quatinus.
Quaternarius sacratus est propter quattuor flumina paradisi.uel quattuor euãgelia.seu quattuor partes mundi.uel.iiii.principales uirtutes.
Quattuor a figura quadrata nominatum.
Quattuor duobus tt scribitur & ideo producitur quater uero per unum:quod breuiatur.
Quattuor. inde dicit quartus. quater quaternus quadruplus.i.numerale ordinale:aduerbiale diuiduum uel distributiuum. Ponderale sicut & i cæteris numeris præter hæc.quartanus q̃dratus quadratura.quaternio quaternionis:quadrus q̃rturius. & uerbum quadro as componit quattuor decim & q̃draginta cũ suis deriuatiuis & compositis.componit etiam quadrãgulus & quaterdecimus quaterdecies a quater:componitur quadruplum.quadruplex. quadruplicitas. quadruplicíter.quadruplo as & quadruplico componit quadriptitus & quadrifariam.
Quaxat:pro rana dicitur:sicut pro coruo.crocitat ranarum est.
Que coniunctio copulatiua per e solum scribit & uidet fieri a græca coniunctione quæ est τε.
Quæ quando est nomen per æ diphthõgum scribendum & in singulari fœminino:& in plurali neutro:& est interrogatiuum:relatiuum & infinitum.
Que coniungit:ue distinguit.
Que cõiunctio est copulatiua postpositiua:& iclinatiua quæ græce τε dicitur. cõponit inde quiq; atq; neq; quoq;:nec a neque factũ per apocopam: quia non potuit q manere in fine.in c mutatũ est. syllabice quoq; addit in fine &;uim cõiunctionis amittit & encletice.ut ũdiq; deniq; itaq;.quando antepenultima acuto profertur coniunctio est rationalis:ut utraq; plæraq;:quæ acuunt penultimã propter maiculinũ & neutrum.prisc.
Que quando uim coniunctionis nõ habet.syllaba est pars orationis.ut utiq; itaq;.
Que copulatiua postpositiua:& non solum significat:sed etiam τε græcam.quandoq; repletiua ẽ ut alchandrũq; aliumq;.
Quælibet.quæcunq;.quæuult.
Quemadmodum.sicut.ueluti.
Quẽpiam.quẽcunq;.aliquem.
Quennam.quis igit.quẽnam interrogatiuum.
Quendam cum dicimus certũ aliquem uolumus significare.si non exprimimus nomen:quomodo dignoscat:ut illud.ite in ciuitatem ad quendam si enim dixisset ad quẽlibet uel ad quencunq;.nõ esset certus homo. Sciebat quippe dominus ad quem mitteret.
Quendam m mutat in n propter euphoniam.
Queo quis quit quiui quitum correpta penultima
Queo.possum.
Quæque.quælibet:uel quæ etiam.
Querela lamentatio.q̃stus.clamor querimonia
Querelatur.q̃ritat.clamat.testat.querelor ris.
Quærere.deprecaris cupere.iterrogare.
Quærens participiũ a quæro & quæror.
Querimus nota:inquirimus uero de qbus dubitamus.
Querimonia:querela grauis.
Queritat q assidue clamosus ẽ. clamat.interrogat
Querito & queritor idem significabat antiquitus
Quærit:rogat.pscutat.consulit.reqrit.per æ actiuum:q̃rit uero deplorat.accusat.
Querelat.iniurias suas uindicat p e solum scribitur & breuiatur. deponens.
Queror cõmune antiquitus questus facit.
Quero ris quæsiui quæsitum:unde quærito causa differentiæ uerbi quæsito quod a uerbo fit quæso quæsumus.
Quæro ris inde dicitur quæsitor.quæstus questus quæstio.unde quæstiũcula:quæstionator quæstionarius:quærito quæritas quæstor: ũde questura quæstorius.quæso quæsumus.quæsito sitas.componitur acquiro reqro conquiro pquiro requiro exquiro.
Queror ris:ũde dicitur questus tus querela querimonia quærulus la lum quærelor laris.
Quercus siue quernus dicta: q; ea soliti erant dii gentiũ quærentibus responsa dare. arbor multũ annosa:huius fructus galla dicitur.
Quercus dicta:quia antiqui in ea uictum q̃rebant idest glandem.
Quercus:laurus.cornus.ficus tam secũdæ q̃ quartæ declinationis inueniuntur. cætera nomina arborum secundæ erunt.
Quernus de quercu sicut colurnus de corylo.
Quercus inde deriuatur querceus cea ceum.quernus quercetum.
Quernus qui pertinet ad quercum.
Quercetum ubi sunt quercus.
Querulus:morosus.frequẽs in querela.
Querula.parua querela.
Quæstus lucri.questus uero lachrymarum.
Quæsito as.q̃so & quæsumus quasi frequentatiuũ
Quæso.satis rogo.postulo.
Quæstuosus q̃rimoniosus.
Quæstionare:perquirere examinare.
Quæstionarius.quæsitor quæstiono nas.
Quæstio: examinatio controuersia causa disceptatio.a quærendo p interrogando.
Quæstio.lucrum acquisitio:quasi ab acquirẽdo
Quæstio ẽ quæsitio cũ quæritur an sit: quid sit q̃le sit a quærendo dicta.
Quæstionum duo sunt genera finitum & infinitum. Finitum hypothesis græce latine causa

dicitur ubi cū certa persona controuersia.fit ut ī rethorica.Infinitum quod græce thesis:latine ꝓ positum nominatur:personam nō habet certam nec est ī aliqua certa circūstantia:ut in dialectica ideſt nec loco nec tempore.in causa uero cetta sūt omnia unde quasi pars causæ est præpositum.

Quæstor præpositus & consiliarius .qui pecuniā publicam progat.

Quæstores siue quæsitores uocamus auctores iudiciorum & præpositos.Iudicium enim olim inquisitio uocabatur:a quærendo dicti sunt.

Quæstores qui tributa romanorum colligebant.

Quæstuosum lucrosum acquisitum.

Quæstuarius qui quæstu corporis uiuit.

Quæstus aquisitio.lucrum.prisc.

Quæstus.geniriuo quæstus & quæsti.

Quæstus uenit ab acquirēdo.

Quæstus lachrymag:quæstus uero lucri.

Quæstus acquisitio lucrum.

Quæstus quærela uel quærelatus est.

Qui nomen est interrogatiuum:ut qui legit uel ī finitum ut qui dixerit fratri suo racha:uel relatiuum ut ille homo q dicitur iesus.prisc.

Qui pro quis ponitur.sed non econtra.

Qui quando pro interrogatiuo uel infinito ideſt pro quis ponitur circunflectitur.quando autem pro relatiuo acuitur per se ideſt non cum præcedēti:ut hic uero est.qui si cœpit amare.in lectione uero grauatur ideſt quando in legendo ita ꝓfertur ut neque relatiuum neque interrogatiuū ibi notemus tunc grauatur ideſt ad æqualitatē aliarg dictionum profertur.Similiter obliqui casus generalem accentum.ideſt circunflexum seruāt secundum regulam:quando sunt infinita uel interrogatiua.Quando uero relatiua acuuntur per se in lectione uero grauantur per omnes syllabas generalis regula est:Omnia interrogatiua:uel infinita circunflectuntur.qs uero pro relatiuo nunq̄ ponitur.

Qui aduerbiū:quid est a nomine substantiuo quis pro qualiter accipitur:sicut quis pro qualis qualiter uero pro qui non accipitur huius qui ꝓpria est significatio.ꝓpter qd ponit & pro quomodo

Qui apud nos est una pars & simplex:quæ relatiua est quod interpretatur græce oσ quod est subiūctiuus articulus cum nomine infinite apud illos. potest etiam loco subiunctiui articuli accipi:ut in diuidendo ut hominum hi sūt boni:illi mali uel alii sunt boni alii mali.

Qui per se acuitur in lectione grauatur inuenitur pro quis & circunflectitur . obliqui eorum casus quando relationem significant:grauantur.

Quia.quoniā Seruius Quianā.cur una pars est.

Quia relatiuū est:ut feci:quia promisi.quianā uero interrogatiuū quicq̄ : quantulūcunq; ex quid & quoniā d mutato in c quia sequitur q.

Quicquid quodcunq;.

Quid nomen est infinitū : cum pro aliquid ponit ut non audeo quid dicere & est fixum . Nā quod infinitum uel interrogatiuum magis est adiectiuum:ut si quod opus mihi præcipis facio. Nō autem possum dicere si quid opus: sed si quid per se.similiter si interrogatiue proferantur.ut quid mihi p̄cipis ? & quod opus mihi præcipis ? Quid enim infinitū est & interrogatiuū : relatiuū uero nō est:sicut ē quod:ut nō habeo opus qd' faciā nisi quis dicat.Nō habeo quid faciā. Quid esse relatiuū qd' tamen esse nō uidebitur.Si enim ita ꝓnunciatū fuerit:ut apte appareat relatiuum sic, Nō habeo opus aliquod : non poterit ad illud referre quid faciam:sed quod faciam. Sed quia de quid principali interrogatiuo dicere cœpimus; de cunctis etiam interrogatiuis aliquid ad communem utilitatem in medium proferamus.. Sūt igitur interrogatiua : an quid . quis . quantus . qualis.quot.utrum:quotus.quotenus : ideſt usq; ad quē numerū uel quotennis. Cuius ia ium: cur quomodo uel qualiter quare ideſt quamobrem: ubi:qua .quo unde. quando.usq; quo.quotiens. Quæ omnia aut sunt nomia.aut aduerbia:Quærendum igit cur interrogationes duag tantum sint ptiū orationis:& q̄re plura nomina & plura aduerbia:Dicit autem pris.ꝓpterea hoc fieri qa principales partes orationis sunt duæ: nomen & uerbum.Quæ quando in noticia non sunt:habēt de se interrogationem frequēter accipiendam & nominum qdem generales interrogationes ꝓ nomina fieri. Aduerbia quo mō. officio adiectiui funguntad significandā uerborū qualitatē:ut bene legi:uel quantitatē:ut multū legi:uel numerū ut bis legi:uel tempus:ut heri legi:uel locum : ut hic legi.Sic etiam ad generales eorum uerborum interrogationes eadem aduerbia accessisse.Dicendum tamen q; quinq; sunt partes orationis : quæ solæ integras habent significationes:nomen:uerbum.pronomen.participium.& aduerbium:qd' patet in responsionibus:cum solæ respondentur: ut quis ambulat petrus uel ego. Quid agis . lego uel legens sum.Quomodo legis:bene.quod non habent præpositio.coniunctio.interiectio.Fiunt igitur interrogationes per ea tantum quibus integræ significationis partes tantum respondeātur. Nam cum dicitur quis ambulat:potest.respōderi sicut diximus:homo uel petrus aut ego & similia quæ sunt nomina & pronomina. Cum uero dicitur quid agit:potest responderi legit uel scribens est & similia:quæ sunt uerba uel participia.At uero cum additur qualiter legit:responderi potest bene & similia.Sic igitur cunctæ interrogationes ad has quinq; solūmodo fiunt : ut respondeatur partes:nisi dicamus quæ est illa præpositio ; coniunctio.uel interiectio:& respondeaf in & cætera sicut quod est illud uerbum:& respondeaf lego: quod nō pertinet ad superiores significatiōes: sed magis ad uoces . Sed iam q̄re.plura sunt noia pluraq; aduerbia nitamur exprimere . Decē sunt p̄dicamenta uocū qbus fere oībus modis q̄libet res significatur. Substātia : q̄litas:q̄titas.ad aliqd.sitū eē ubi.qn.facere.pati.habere.Cū igit de existētia cuiuslibet horū dubitamus an sit interrogamu

uel non eſt reſpondemus. De omnibus enim iſtis ens uel eſt prædicatur. Rurſus ſi de eiſdem omnibus cauſa uel modus quæraſ cur fit interrogatur aut quō uel qualiter & qui q̄obrem :& cætera licet hæc proprie actionibus uerborum ſubdantur ut cur legis: quō uel q̄liter ſcribis & cætera. At uero cū de exiſtētia nil dubitamus: ſed quæ ſit eius eſſentia ſcire uolumus: per qd & eſt q̄rimus pōt que rñderi materies ſpecies & magis genus uel definitiuo alicuius horū prædicamentorū: ut qd eſt illud ferrū: eſt homo eſt uel animal eſt color uel ſubſtantia aīata ſenſibilis. aliqd etiā uel nihil hoc tamē ip̄roprie. Iam uero cū aliqd exiſtere ſubſtātiā q̄ eē ſcimus cū ēt aliqñ mānifeſtus actus ſit: ſed ſubſtantiam alicuius ſuppoſiti: q̄rimus quis mouef: qs ambulat: qſ loquiſ dicimus: cui poteſt rñderi ſpecies quælibet ſubſtantiæ ut homo equus uel ꝑprium ut tripho. uel pronomē: quod ꝑ proprio accipiſ ut ego. Si igitur homo reſpondeatur pōt adhuc interrogare qs hō: cui ſi reſpōdeſ ꝑprium: ut martinus. pōt egere alia interrogatione ꝑpter ſimilitudinē nominū: ut qs currit: aiax: qui aiax. relamonius: uel pōt reſponderi ꝑnomen ut iſte. Quando enim nomini qs adiungiſ ſubſtātiā definitam in aliqua certa ꝑſona quærimus ſuppoſiti. hanc enim ſola oſtendūt ꝑnomina quorū demonſtratio ſibi quoq; accidentia cōſignificat. Si igitur ꝑnomē reddiſ: non ſemp eget altera interrogatiōe. Eſt tamē quādo eget & pronomini quis adiungitur: cū ſubſtantiam quidem itelligimus aliaq; quædam accidentia non ramē omnem qualitatis proprietatem: quæ proprio nomīe ſolet explanari: & tunc addiſ interrogatio pertinens ad ꝑprietatem nominis ut ſi dicam qui eſt ille romanus & famoſus: uel quis es: & tūc debet reſpōderi aliquod notum nomen. Sed quia ipſum per ſe quis ſubſtantiam ſolam proprie quærebat: cui reliqua accidentia de nouem prædicamentis accidebant excogitata eſt. etiam de his iterrogatio primūq; de quantitate ut quantus & quot. Simul enī ut aliquid fuerit cadit in numerum nondum tamē in qualitatē ſicut materia. poſtq̄ uero numerum habere cœpit ſimul ad alium aliquē ſe habebit: qualitatemq; ſuſcipiet: alicubi erit & quolibet modo ſitum erit & in tempore erit: aliquid quoq; aget uel patietur: habeat quoq; aliquid neceſſe ē. Ad q̄ omnia reſpondenda tot inuentæ ſūt interrogationes. Si quis enim interrogat quis eſt ille: pōt reſponderi oīs ſubſtantiæ ſpecies: ut homo: equus. coruus. piſcis. Similiter ſi dicam quis inuenit litteras: qui natat ī mari: qs legit: poſſunt rñderi proprie uel pronomina. ut cadmus. ægo. ſed magis generalia aut ſpecialia: ut homo piſcis ſed uidetur hic quoq; res indiuidua ꝑpria eē: cū de ipſo animali generaliter ē interrogatio: uelut ſi dicam multis pñtibus. Quis eſt de uobis grammaticus: & reſpondeaſ ego uel ille loco proprii accipiſ. Cū uero dico quid eſt animal uel homo & reſpondeaſ ſubſtantia animata. uel cōtra qd ē ſubſtantia animata: & reſpondeaſ aīal: & in oībus ſimiſiter definitionibus hæc quoq; propria poſſunt eſſe quantū ad generales & ſpeciales formas rerū: quæ in mente diuina intelligibiliter conſtituerunt: anteq̄ in corpora prodirent: ex quibus genera uel ſpecies naturæ rerum demonſtrantur. Si autē dicam qualis. omnis ſpecies qualitatis bene reddūtur. bonus. malus. albus. niger: & ſimilia. Similiter quantus cum dico omnes ſpecies quantitatis. longus breuis. magnus. paruus. Sic quoq; ſi dicam. quot numeri ſpecies omnes reſpondentur tres decem mille. Similiter poſſunt ifinita cuius ia ium ad omnes ſpecies poſſeſſiuorū ptinere ut cuia eſt filia: mea. tua. ſua. illius uel euandri. Necnō etiā infinito gentili cuius opportune reſpōdetur: noſtras. ueſtras. græcus. romanus & ſimilia: Sic etiā aduerbiorum ſupradictorum interrogationes ad omnes ſpecies ſibi ſuppoſitas intendere poſſumus: ut cum qualiter interrogas: reſpondeo bene uel male: cito uel tarde &cætera. Quotiens uero iterrogāti. ſemel. bis. centies. & ſimilia ſubiicio. Sic etiam localia ſi interroget quo: reſpondeo huc. illuc. domum. militiam. Si uero ubi reſpondeo. hic. illic. domi. militiæ. romæ. uel in italia. Si autem unde: reſpondeo roma domo. At ſi per qua ſimiliter per ablatiuum reſpondeo domo roma tranſiui: Eodem modo temporalia: ut quādo non ſolum aduerbia: ſed nomina temporalia bene reſpondemus: ut hodie heri cras: ante decem dies & ſimilia. Sicut autem quando nominis ſubſtātiam quærimus: quis dicimus. ſic etiam uerbi actum uel paſſionem quærentes dicimus: quid agit: quid patitur. loco enim deficientium aduerbiorum ſubeunt nomina. uidemur autem ſubſtātiam ipſius actus quærentes dicere. quid agit cū reſpondeatur nihil uel currit uel loquitur. quomodo & quantitatem quærentes dicimus quantum currit. multum parum. cauſam quoque quærentes interrogatiuis utimur: ut cur quare. Numerum etiam per quotiens quærentes ex omnibus numeris ad uerbia reddi poſſunt: ut ter quater & reliqua. Præterea totiens & multotiens ſæpe ſæpius ſæpiſſime: quæ ſunt infinita. Referunt quoque aduerbia ad ignotos uerborum effectus uel qualitatem: ut cum dicimus qualiter legit reddimus ei aduerbium quod fungitur uerbo uice adiecti uī: legit bene rhetorice ſapienter. Notandū uero q; nō ſolū aduerbia ſed etiam nomina cum uerbis poſita loco aduerbiorū frequentiſſime iueniūtur: ut quid agit uel quid patitur :& quomō ſupradicta nomina generalia ſunt infinita uel interrogatiua uel relatiua uel redditiua & ſic aduerbia quoq; inueniuntur: ut nomen infinitum quis & aliquis. Sic aduerbium aliquo alicunde alicubi aliqua: & nomen interrogatiuum uel relatiuum qualis: & quot. Similiter aduerbium interrogatiuum & relatiuum qualiter: & quotiens. Nomen relatiuum uel redditiuum talis & tot & aduerbium taliter & totiens. Et ſciendum quod omnibus pene dictionibus poſſumus interrogatiue uti: quibus eiſdem ſufficienter reſpon/

demus uel aduerbio negatiuo uel confirmatiuo: ut homo eſt ille? & reſpondetur homo eſt uel non uel etiam. Et legit: legit uel non uel etiam. Præterea notandum ꝙ tam nomina infinita q̄ aduerbia ſi generalem habent pronũciationem: quæ uniuerſitatem de quibus loquimur: colligat: geminantur uel aſſumunt cũq; ut quiſquis quicũq; qualiſqualis qualiſcunq; quantuſquantus quantuſcunq;: quotquot quotcunq;: utut utcunq; ubi ubi ubicunq;: undeunde undecunq;: quaqua quacunq;. Si quis igitur de ſubſtantia quærat per qd uel quis interrogabit. De quantitate uero p quã tus uel quot. De qualitate per qualis. De quando per quando uel quo tempore & ſimilia. De ubi p ubi quo unde qua. De ad aliquid uel ſitum eſſe per quomodo uel quale: ut quomodo te habes: ad patrem me habeo: quia filius ſum. Quomodo ſitus es Sedeo. De habere facere &: patip qd cum ipſis uerbis: ut quid habes: facis: patens. Album. lego. diligor. quibus ſuperiora quædam tamen mutata & multa alia interrogatiua ſuperadduntur aduerbia. ut quantum uel quotiens legis qualiter uel quomodo pateris? Cur es pallidus.

Quotenus uel quouſq; facies & ſimilia. In principio quoq; uniuſcuiuſq; libri hæ fiunt a quibuſdam. interrogationes: ut quis. quid ubi. quibus auxiliis. cur. quomodo quando.

Quiddam: aliquid modicum neutrum eſt.

Quidam uero per unum d maſculinum.

Quidam non dicimus niſi de eo quidem quem. exprimere aut uolumus aut non ualemus.

Quid attinet? quo pertinet? aut quid ſibi uult.

Quid ita: quam obrem. propter quid.

Quid ita: quapropter. quocirca quamobrem.

Quid interea. quid tamẽ fecit. cur. quid ſibi uult quo pertinet.

Quid iſtic aduerbium affirmatiuum.

Quidnam aliquid uel namquid.

Quidne: quid igitur.

Quidni. quid niſi. hoc magis. quare non uidelicet quid niſi.

Quidni. duæ partes pro uno confirmatiuo aduerbio. ſic quoq; cur nunquid iſtic.

Quid niſi porro: quid deinde. quid quare. quid ſibi uult. quid attinet.

Quid quidem: quodcunq; idem.

Quidue uel quid uel aliquid. aut quid.

Quid aliquando pro cur ponitur: ut quid iſtud mihi dicis.

Quid ſibi uult: ad quid ſpectat.

Quies: requies tranquillitas pax.

Quies quietis: uetuſtiſſimi tamen quies quiei dicebant. unde cõpoſitũ quoq; abeo requies: quod in eodem manſit genere. & tam quintæ q̄ tertiæ inuenitur requiei & requietis. Nam inquies cuius extremam corripi dicit probus inquietis facit: qd' trium factum é generum. cuius etiam ſimplex in uſu inuenitur trium generum: hic & hæc & hoc quies quietis.

Quieſcit: ſine perturbatione eſt. ceſſat. expectat. refugit.

Quietus. trãquillus. ſecurus: dictuſ ꝙ ipſe ſibi aio ſecurus neminẽ tangat.

Quietor aris & quieto tas idem ſignificabat antiq tus ideſt quietem facere.

Quietudo. ſecuritas. pax.

Quinimo magis. quinõ potius. ſi uero quominus

Quin componitur a qui & ſignificat qui nõ & cur non & nec. non & quid non.

Quinetiam. ergo. quod. quia. immo. aut. uero. inſuper. magis. autem.

Quinimo ideſt cur non potius. componitur quinimo magis: etiam hoc potius.

Quin igitur: immo etiam. Remigius.

Quin pro utnon ponitur.

Quinam: qui ſunt.

Quinus quina quinum a quinq; deriuat ſicut a ſex ſenus.

Quinoclauſa. lingua canina ideſt lapella.

Quinoſis dicitur cõmunicatio conſilii cum iudicibus uel aduerſariis: ut ſi dicas: uos cõſulo iudices uel aduerſarii qd me facere cõuenerit: aut quid uos facturi eſſetis.

Quinoroda: roſa canina.

Quinoſbarum: ſacrum apuliæ

Quin potius magis. magiſq;.

Quinquatria qnq; portiorum ambitus.

Quinquatria. feſta qnq; dies x. tres ante lunæ accẽſionem: & duo poſt.

Quinquatria dicta quaſi quinq; atri dies qbus romani a gallis obſeſſi auxilio mineruæ liberati ſibi hos conſecrauerunt: pluraliter declinantur.

Quinq; ñ ſecũdũ naturã ſed ſecũdũ placitũ uoluntatis dictũ é abeis q noia numeris impoſuerunt.

Quinquageni qui in capite ſunt qnq̄gita militum

Quinq; ide qntus quinus quintuplus qnquies qnarius: cõponit quinq̄ginta: unde qnquageſimus qn quagetuplus: quinq̄gies qnquagenarius a quinq; etiã & centũ cõponit quingẽti. mutat. n. c in g cũ p̃cedit n ide qnq̄gẽteſimus quingẽtena quingentuplũ qngẽties. cõponit etiã quindecim: qntuſdecimus qnq̄gulus qnquẽnis. hoc qnquẽniũ. ſic quo q; i cæteris numeris deriuatiua & cõpoſita uidebis

Quinquẽnis: quinq; annorũ.

Quinquẽnium. quinq; annorũ ſpacium.

Quinquẽnale tẽporis eſt. quinquẽne uero ætatis.

Quinquãgulus: quinq; angulos habens ſic.

Quincunx: quiq; unciis cõſtat. quiq; ſic ſcribit. dd.

Quiquefolium a numero foliorũ dictũ: uñ græci eã hærbã pentaphylon πεντάφυλλον uocant.

Quinqn: immo.

Quinqueuir: quinq; uiros habens: uel quinq; uirorum uim.

Quintana: pars plateæ: qua carpentum progredi poteſt.

Quinta ſabbati: quinta a ſabbato. dies iouis: ſicut prima ſabbati: prima a ſabbato.

Quintilis iulius menſis dictus ꝙ quintus ſit a mutio qui eſt primus apud hebræos.

Quinubi. poſtq̄.

Quiparum a græcis uocatum: q habeat uirtutem feruentem radix est iunci triangulis foliis porri similibus radicibus nigris siue contiguis. Traditur alia species i india: quæ lingua eorum zizibet uocatur.

Quippe confirmatiuum aduerbium est: sicut scilicet profecto.

Quippe: nimiū. sine dubio. certe.

Quippiam: aliquid modicū.

Quicq̄. ullus. aliquis.

Quiq; quicunq;.

Quiritis sabinorum lingua hasta dicitur: unde postea romulus dictus quirinus. inde quirites populi romani dicunt.

Quiritis sabinoꝝ lingua hasta dicit: qua utebat romulus: unde dictus est quirinus: quia semper hasta utebatur: uel quia sabinos subegit.

Quirinalis mons in urbe.

Quire: posse.

Quiritat: populum alloquitur.

Quis & qui: qualis & talis: quantus & tantus. infinita sunt uel interrogatiua uel relatiua.

Qui pro quis ponit sed non econtra. Deriuatur cuius a um: quæ sunt possessiua & infinita & hic & hæc cuias & hoc cuiate: quæ sunt gentilia infinita Quis infinitum ad unum per se intelligendum pertinet: ut qualiter quis edat pro aliquis. Quis quis uero uel quicunq; ad uniuersos dicitur. Sed quis potest & interrogatiuum esse. Aliquis uero componitur ab eo & tantum infinitum. similiter & aduerbia: quo ubi unde qua quando. possunt & interrogatiua & relatiua esse & infinita. Quis quod est substantiæ infinitum pro qualis & quā tus inuenitur: sed non conuertit.

Quis. q̄magnus uel qualis.

Quis pro quibus.

Quis interrogatiuum uel infinitum sed nunq̄ relatiuum sicut qui.

Quis componit aliquis. siquis nequis. quiuis qui libet quicunq; quisquis quandocunq; cuiusmodi usque quousq; quoad quoadusq; usquequaque quisnam quippiam quisputas quidam: quin dicitur quot unde quotus quotiens quotiēscunq; aliquotiens. quantus quantitas quantitatiuus: unde componitur aliquantus aliquantulum aliquantisper: componitur quorsum quodāmodo quo modo.

Quies quiesco: unde componitur trāquillus.

Quo quis.

Quis cōmunis generis fuit apud uetustissimos obliquos tam secundum tertiā q̄ secundam declinationē terminabat: ūde nūc quoq; accusatiuus masculinus in m pfertur secundū tertiā: ablatiuus quoq; nō solū i o secundæ sed ēt in i tertiæ a quo uel a qui a qua uel a q. Nominatiuus pluralis nō solū qui quæ. sed etiam ques actūs etiā quos quas uel ques. Datiuus & ablatiuus nunc quoq; tā p is q̄ per bus profertur quis uel quibus.

Quisibet. quicunq; placet quiuis.

Quisquam interrogatio de persona.

Quisnam: ullus aliquis:

Quispiam. aliquis. quicunq;

Quisq̄: aliquis ullus.

Quisq̄ omnium dicitur: cū non pro nullus.

Quisq;: quisq̄. quicunq;.

Quisq; deriuatur per additionem quæ syllabæ sicut uterque: ubique: undiq;: plærunque: utrunq;.

Quisquis & quicūq; ad uniuersos dicitur: qs uero ad quis.

Quisquis: quicunq;.

Quisquiliæ purgamenta terraꝝ uel de sūmitate corticibusq; pomoꝝ.

Quisquiliæ: purgamenta frumētoꝝ uel paleæ crea ntatæ: uel scopilia uel imundiciæ hærbarum.

Quitinas: flores malorum punicorum. græcū est.

Quiuis: quilibet. quicunq; placet.

Quiuit: potuit. a queo quis.

Quo interrogatiuum est ad quem locū: ut quonā Relatiuum ut montem ascendo: quo tu non potes ascendere. Infinitum ut quo ego iero: tu non potes uenire. Sic quoq; ubi qua unde quādo quomodo & similia i terrogatiua & relatiua & infinita possunt esse.

Quo pro ut ponitur.

Quo ad quem locum uel ad quam rem: ubi i qua re sed tunc subauditur in quo loco uel re prius.

Quo pro quanto.

Quoad accipitur tunc pro quousq;. pro quandiu pro qñ & est interrogatiuum: ut quoad hæc spectatis: & relatiuum. ut quoad iussisti parui: & infinitum ut quoad liber scribo. Similiter quousq; usq; ad quod tempus: & usq; ad quem locum interrogatiuum relatiuum & infinitum potest esse Videtur igitur relatiuū de p̄terito. infinitum de p̄senti uel de futuro magis esse.

Quoaspis: persarū fluuius eorū lingua dicitur: q miram aquæ dulcedinē habeat. Ex hoc quidam cydnū ciciliæ fluuiū existimant deriuari.

Quocirca: quamobrem: qua decausa: iccirco.

Quocula: omnis res coquendi composita. uel planctus.

Quod nomen substantiale: & est relatiuū & infinitum: ut feci quod iussisti: faciā qd̄ libuerit. Est etiam interrogatiuum sed tunc est adiunctiuū: ut quod opus facis? Non enim possum dicere per se quod: sed quid.

Quod pro quale: quod pro quia: quod propter quod.

Quominus: ut non aliter. ideo minus: qualiter.

Quo deinde: postquam. denique.

Quominus: aliter non. quod i aliquo minus hēt.

Quonam. quo uersum: quandiu.

Quondam: olim: antea.

Quondam præteriti temporis: ut fuit hæc uirtus: quōdam futuri: ut quondam tua dicere facta tēpus erit. instantis etiā: ut quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Sic quoq; olim dudum quando: & ex eo composita communia sunt diuersorum temporum.

Quoniam præponitur: & sic sequentem sensum

alligat. Qua uero postponitur: superiorem sen sum alligat.
Quoniam coniunctio causalis uel subcontinuatiua. Causalis quoniam prodest tibi legere. Subcontinuatiua: qm̃ ambulat mouet sic quoq; quia.
Quo pacto: qua uia: qua ratione. quapropter.
Quoq; est coniunctio copulatiua, accipit enim pro & uel etiam, tamen etiã loco aduerbii inuenit: ut multa quoq; & bello passus. quoq; p similiter. qa sequit &: uel melius é cõplectiua, i. sepuacua: cõponit ex corrupto & integro. Quoq; pro quocũq; sic quaq; pro q̃cunq;. quandoq; pro quandocunq; relatiuũ est cum grauatur.
Quoquina a coquendo dicta: fercula enim quælibet ibi coquũtur. Quoquinæ enim apparatum Apicius quidam primus composuit: qui in ea cõ sumptis bonis morte uoluptuaria periit.
Quocytos κώκυτος græce luctus dicitur: qui tamen luctus fœminæ uel infirmantium solet intelligi. Sapientes uero huius sæculi a luce ueritatis excluſi quasi umbras quasdem de ueritatis inquisitione tenere conati sunt: unde cocyton fluuium currere apud inferos putauerunt: uidelicet designantes q; hi qui digna doloribus opera faciunt in infernum ad luctum decurrunt. Sed nos despiciamus umbras carnalis sapientiæ: & cognoscamus ex libro beati Iob. Cocyton luctum infirmantium dici.
Quorsum. in quam partem? quousq;. quo pertinet. quo pacto.
Quorsum cõponit ex quo & uersum: aduerbium interrogatiuum: relatiuũ & infinitum est.
Quot quanti cui respondentur cardinales numeri unus duo tres quattuor & cætera.
Quot nomen monoptotum uel indeclinabile: hi quot tot hoc quot tot.
Quot per aduerbium esse monstrat.
Quot interrogatiuũ relatiuũ & infinitũ est: Infinitũ uel relatiuũ acuit. Relatiuũ i electione grauat.
Quot infinitum certum numerum designat: quot quot uero uel quotcũq; ad uniersos.
Quotenus a quot. idest usq; ad quem numerum: uel terminum.
Quottidie: per quot dies idest per unum quenq; diem aduerbium temporis.
Quottidie scribendum per q non per c.
Quotus a quot ordinem petit: ut primus secũdus tertius & cætera.
Quotennis: cuius ætatis quot dierum: uel quot annorum: cui respondetur biennus triennus uel bimus trimus & similia.
Quotiens: quot uicibus: cui respõdetur: semel bis ter & similia. Aduerbiũ enim numeri est: unde si bi aduerbia numeralia respondentur. Est autem interrogatiuũ, infinitũ uel relatiuũ.
Quotiens, frequenter. multotiens.
Quousq;. quandiu. ad quẽ finem: cui respondetur usq; ad tres annos uel q̃ttuor & similia uel eo usq;
Quousq; interrogatiuũ infinitum & relatiuũ usq; ad tempus & locum.
Quulina: coquina.
Quum per q scribit cũ est aduerbium.
Quumprimũ: festinanter. citius.
Quur per q scribit.
Quamobrem: quare.
Quuriales: officiales. publici habebãt: Quurulis uero erat sella: in qua magistratus sedens iura dabat: dictæ quurules quia apud ueteres consules & prætores propter longum iter curru per forum ꝓuehebãtur: quibus sedentes iura dabant a curru currules nominatæ.

R Littera communionem habet cum s. Iraq; antiquitus honos labos arbos: nunc uero honor labor arbor dicitur.
R sine aspiratione põitur in latinis nominibus: i græcis uero principalis uel geminata in media dictione aspiratur. ut rhetor rhetnus rhodus pyrrhus tyrrhenus. Transit in. l. ut niger, nigellus. umbra umbella. in s ut arbos pro arbor: odos pro odor: uertor uersus. in duas etiã ss. ut uro ussi. in u consonantem: ut sero seui. in n ut æneus pro æreus.
Raab: meretrix fuit in iericho: quæ abscondit speculatores de filiis israel.
Raab: latitudo uel superbia interpretatur.
Raab: latitudo uel fames siue impetus interpretatur.
Rabdos ῥάβδος siue rabdon græce uirga.
Rabbi: magister meus interpretat. syrum est.
Rabies: furor. insania. decursus cum impetu.
Rabiosus. insanus discurrens cum impetu.
Rabidus: furore plenus: furiosus. iratus. insanus.
Raboni. domine.
Rabolatus proprie altercatio cum ira.
Rabula. rabiosus.
Rabula: calũniator. raucus. uel in malis cũ aliqua exercitatiõe promptus.
Rabula etiã patronus causarum: de quo Seneca in prima tragœdia hic clamosi rabiosa feri iurgia uendens improbus iras & uerbo locat.
Rocha dicit κῆρος idest inanis. aut uacuus quem uulgata iniuria absq; cerebro possumus dicere hebrãũ est proprie.
Racha: affectum indignationis ostendit sicut sunt latinæ interiectiones. ut cũ dolemus heu: cum delectamur dicimus uah.
Rachana: genus uestis.
Rachel interpretatur ouis: pro ea enim iacob pauit oues laban soceri sui.
Rachel interpretat ouis: uel uisum principiũ.
Rachel interpretatur ouis. uel munda. uel uidens deum.
Racemus: uuæ modicus ramusculus: cũ acinis uua parua.
Racemus est botryonis pars. & botryo græcum est.

Racemus:grana uuæ & pars. Quidã dicunt uuam totam econtra.
Rachilium, oppidum hiſpaniæ.
Rachina:ſtrata lectorum.
Radagne:bibliace.
Radere:abſtergere.ſcopare.
Radii in ortu ſolis apparent. hic radius.
Radii ſunt quibus telæ texuntur dicti quia fiunt ad radendum.
Radii:genus oliuæ a longitudine dicitur.
Radium:uirga geometricalis. Virgilius. Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem.
Radiat.micat.coruſcat.fulgurat.
Radices:fundamenta arborũ uel germinantium.
Radicitus.a radice.a fundamento.ex toto.
Radicula,lanaria ſtructio ideſt cycocacia.
Radiolum.fidicina.
Radiolæ uel radix:oliuarũ ſpecies ideo dictæ. qa oblongæ ſunt in modũ radiorũ.
Radit.protent.ante tranſit.uolat uel navigat:ut radit iter liquidum.
Radit.tergit.mundat.limat.quaſi radendo polit.
Rado radis.raſi.raſum.
Radix:origo.
Radix appellatur q̃ quaſi radix quibuſdam ſixa terræ in profundo demergitur. Nam phyſici dicũt parem eſſe altitudinẽ radicum & arborũ:uel dicta quia ſi eradatur non pullulat.
Radicare:radices mittere.confirmari. fundare.
Raen uiſum participium ſignificat.
Rama uiſum nomen ſignificat.
Rafaca interpretatur ſanitas.
Raphaym gigantum.
Raphael interpretatur curatio uel medicina dei: ubicunq; enim curandi & medendi opus neceſſarium eſt.hic archangelus a deo mittitur.
Rhaphnũ græci:nos radicem uocamus: eo q̃ totũ deorſum mittit dũ reliqua olera in ſumma magis proſiliant:cuius ſemine macerato quiſquis manus ſuas infecerit: ſerpentes impune tractabit. Ex ipius radice etiã ebur albeſcit. In cibo quoq; uenenis reſiſtit:calidiſſimæ eſt uirtutis.
Rafidin interpretat laus iudicii.uel ſanitas iudicii.
Raſimenta. interamenta.
Raganæ dicuntur eo q̃ ſciſſuræ ſint rugis collatæ circa orifidum: hæc & æmoroides: a ſanguinis fluore.
Raguel interpretatur paratula dei.
Raia id eſt ariſtologia.
Ralla ueſtis eſt:quæ uulgo raſilis dicitur.
Rama:excelſa interpretatur. eſt tamen uiculus iuxta bethleem in quo ſepultus fuit ſamuel:ſed nũc tranſlatus eſt in thraciam.
Ramalia:rami arborum uel frondes: hoc ramale: perſius.
Ramenta.raſuræ.cuiuſcunq; rei ærramenta.
Ramentũ:puluis qui radit ex alia ſpecie.fulis.
Ramentum:purgamentum.
Ramentum tenue:ramum tenuem uel aridum.
Rameſſe noſtra lingua commotio turbida dicitur
Ramix:hernia.
Ramicoſus:hernioſus.
Rami ſunt:qui de trunco arboris manarunt. inde ramale.
Rami ſignificant ſucceſſionem in bono uel in malo
Ramuſculi:rami modici.
Ramnes:quidam nobiles romani.
Rhamnis ciuitas eſt euboica:ubi colitur fortuna.
Rhamnuſia fortuna dicitur a rhamnuſio oppido ubi colebatur.
Ramnus:ſpina alba uel lignum ſpinoſum.
Rhãnus:genus ſpinarum denſiſſimum:quæ in hærba eſt mollis & pulchra: ibi tamen ſunt ſpinæ poſtea:unde eſt illud:priuſq̃ intelligerent ſpinæ uetræ rhamnum.
Ramnus in pſalterio non rubus eſt:ſed ſpinarum genus ſentibus permoleſtum:uel lignum de quo ſpinæ oriuntur. Ramnus genus eſt rubi quoniam uulgo ſenticem urſinam dicũt & aſperum nimis & ſpinoſum.
Rancet:rancidum eſt.amareſcit. Ranceo ces cui.
Rancidum dictum. quod rancos faciat aliquos.
Ranciduſum:amarum.
Rancor:dubietas.mentis amaritudo inuidia. dolor.odium.
Ranæ a garrulitate uocatæ:eo q̃ circa genitales ſtrepunt paludes. Ex his quædam aquaticæ: quædã paluſtres:quædã ſublatæ:quia in uepribus uiuũt. grandiores cæteris: quædam calimites: quædam agredulæ. Significant dæmones uel hæreticos in cœno garrulos. Rana fœmininũ: hic ranunculus tamen diminutiue a rana.
Rana hærens in paludibus decora in aquiſ omnibus fere præſtat animentis.
Rapa a rapiendo id eſt comprehendendo dicitur. eſt aũt radice napo amplior dulciorq;. Semen eius ex uino tritum contra ſerpentium morſus ualet.
Rapulum:quod fit ex rapis.
Rapax:auidus.ſpoliator.rapidus:qui aliena uiolẽter rapit.
Rapacitas.cupiditas.ſpoliatio.
Rapidus:uelox.uel rapax.cum impetu currens.
Rapinæ.ſpolia.exuuiæ.prædæ.
Rapit:uiolẽter aufert.inde rapina rapinoſus rapacior ciſſimus.raptim.ptor trix.raptum ti compo nit arripio ob.per.præ.ſub.dir.corripio.
Raphium gigantium.
Raptare frequenter rapere trahere.
Raptatio.ex pondere.rapinæ prædæ.
Raptor.corruptor.inde rapta.eo q̃ corrupta ſit.
Raptus proprie eſt illicitus concubitus.a corrumpendo dictus.
Raptim:celeriter:ſummatim.leuiter.
Rareſcunt.pauci fiunt.
Rarenter aduerbium raro.
Rari.pauci.
Rarum:magnum pretioſum.
Rarum non ſæpe:contrarium ſpiſſo a ſe inuicem diuiſum.
Rarus rior ſimus iſſ.raro & rarenter.

Raſtri ferramenta culturæ a raritate dentiū dicti hoc nomine & aratra dicuntur.
Raſtri a radendo terram dicti.hi raſti & hæc raſtra dicuntur.
Raſum.mundatum.politum.
Raſile:acutum uel bene raſum.
Raſura:cuiuſlibet rei purgatio.
Rata:acceptabilis.firma.arbitrata:a reor reris.
Rates primū ātiquiſſimū genus nauigii radicibus aſſeribuſq; contextum:ad cuius ſimilitudinē fabricatæ ſunt naues.hæc ratis.Ser.
Rates abuſiue naues.Nam proprie ſunt inuicē connexæ trabes in flumine.
Ratariæ rates:connexæ inuicem trabes.
Ratiocinatio.ē rōnabilis diſputatio: quando ex eo quod ſcriptū eſt:aliud non ſcriptū inuenitur.
Ratiocinatio eſt cum id de quo eſt quæſtio comprobatur:cuius modi duo ſunt.Enthymema qui eſt ſylogiſmus imperfectus atq; rhetoricus.Secūdus epicherema qui eſt latior.
Ratus rati ratio.
Ratio ponitur pro ratiocinatione.
Ratio uis animæ.
Ratio computandi.
Ratio naturæ ipſa ſimilitudo naſcentium.
Ratio:quæ in definitionibus uel deſcriptionibus redditur.
Ratio diuidendi cauſas uel dicendi.
Ratio:ordo gerendorum.
Ratio.ſcientia uel ſententia uel immutabilis firmitas dei.
Ratio.diſcretio.
Ratio.eſt quidam motus animi.uiſum mentis acutus:ueraq; a falſis diſtinguēs.
Ratiocinatio ſubtilis diſputatio:atq; a certis ad incertorum indaginē nitens cogitatio uel quando aliquid ex eo quod ſcriptū nō eſt reperit.
Rationale eſt homo.rationabile uero qđ rōnabiliter dictū uel factum eſt.
Ratio diuidit i intellectū & opinionē. Intellectus i ſcientiā uelut de idea:& recordationem uelut de natiua ſpecie.Opinio diuiditur in æſtimationem uelut de ſēſibus:& ſuſpicionem uelut de qbuſdā coniecturis.Tria ergo conſiderantur:Idea a ſolo intellectu.Natiua ſpēs recordatione.Sciētia adulterina quadam perceptione.
Ratio:eſt aſpectus animi:quo per ſeipſum non per corpus ueꝝ intuetur.aut eſt ipſa ueri contemplatio:non per corpus.aut eſt ipſum uerum quod contemplatur.
Rationale eſt quod de ſublimioribus diſputās dominum omniū patrem confirmans eſt.
Rationalis homo uel angelus.
Rationale uero eſt:qđ ratione dicitur uel agit.
Rationale:ueſtimentum ſacerdotale: quod græce logium dicitur.
Rationalis eſt:quæ græce logica dicitur. in qua ratio intelligendi uerſat.
Ratiocinator dicit uir magnus qui de omnibus rebus naturalibus poſſit rationē reddere
Ratiocinari.ē rationabiliter ſubtiliterq; diſputare & a certis ad incertoꝝ indaginē niti.
Rithina uiſio conſumata interpretat.
Ratum:firmum.ſtabile.imutabile acceptū. a reor reris ratus.
Ratum quaſi rationabile & rectum: ūde is qui pollicetur dicit:ratum eſſe profiteor & perpetuum id eſt firmum.
Ratus:arbitratus:æſtimatus.firmus a reor reris.
Raua.niger color.mixtus fuluo:uel rabida.
Rauca:grauiter ſonans.
Raucedo: amputatio uocis.hæc arteriaſis dicitur
Raucio cis ſi ſum.inde raucito tas taui tatum.
Raue:id eſt noxium.
Raucit.rauce loquit.
Re uidetur a retro factū. per apocopam quidem eſt.ut reſpicio ideſt retro aſpicio. uel ex hoc retro natum:ſicut ab ex extra.
Reatus tus.culpa.crimen.quaſi rei actus.
Rea quæ etiam illa uocabatur filia numitoris regis:quam amulius frater eius ueſtalem uirginem fecerat.hanc uolunt de marte concepiſſe Remū & Romulum hoc modo ſtuprum eius argumentantes excuſantes q; infātes expoſitos lupa nutrierit:quod hoc genus beſtiæ marti ptinet:q̄is non deſint qui dicunt a neſcio qua meretrice ſuſceptos quæ lupa uocabatur:unde & loca eorum lupanaria dicuntur.
Rebar:arbitrabar.putabam:a reor reris rebar.
Rebeccha interpretatur patientia;ſiue quæ multū acceperit.
Rebellat:contradicit.contendit.
Rebelles dicuntur:qui pace facta bellum mouentes ſunt.
Rebellio:qui pace facta reintegrat bellum.
Reblata nunc antiochia dicitur.
Reblata:interpretatur multa habeo.
Reboat:reſonat.remugit. Ser.uerbum græcū eſt.
Reboo reboas.
Rebus:genus uitis eſt.
Recedit:refluit.ſeparatur.retrouadit.abſcedit.recedo receſſi.
Rechedipua:ueſtis paraſitica.pluraliter.
Recaluaſter:retro aliquantulum caluus.
Recens:quod paulo ante euenit.
Recens naſcitur:nouum uero fit.
Recēſet:numerat.retractat.recognoſcit.
Recenſeo ſes ſui recenſeot recenſitus in diuinitate uel a recenſeo ſis antiquitus.
Recepit ſe: rettulit ſe:reuerſus eſt.
Receptus:ſumptus.denuo acceptus. unde receptotas frequentatiuum.
Receptaculum:recipiēs locus.profugiū cubile.
Receptus:reuerſus.ſublatus. periculo liberatus. honeſtus.celebris.
eceptus dicuntur:quos exercitus recipit:unde ſigna receptui canunt.
Recipit.ſuſcipit.ſpondet.
Reciperatus:reuocatus.receptus.
Reciperandus:recuperandus.

Recidit:ĩcidit:deuenit.
Recidiuare:renouare.
Recidiua:ex ruina reſtaurata iterum naſcentia.
Recidiua:reparata.pullulata.rediuiua.renouata.
Ricidiua arbor ſunt: quæ aliis ſectis repullulãt.a cedẽdo ergo recidiuũ ubi mors aut caſus.
Recinit.reſpondet.retro cantat.
Reciproca:redditiua.rediuiua:quod datur & accipitur.
Reciſum:ſucciſum.
Recido recidis recidi:ualde incidi.
Reclamat:recuſat.contradicit. inficiatur. abnuit.
Reclauſit.aperuit.incluſit.
Reclinatorium:fulcrum capitis.
Recogitat.repetit.animo.
Recognatus:filius patris.
Recolit.reminiſcitur.recordatur.iterum cernit.
Reconciliat:repacificat.reamicat. ad amicos pertinet.
Reconciliatio eſt quæ poſt complementũ pœnitẽtiæ exhibetur.Nam ſicut conciliantur deo a gentilitate conuerſi: ita reconciliantur poſt pœnitentiam.
Recondit:abſcondit.rẽponit.
Recordor illius & illam rem.Virgilius. Si rite audita recordor.
Recordatur.reminiſcitur.repetit animo.
Recordatio uelut de natiua ſpecie.calis.
Recta dicit ueſtis:quã ſurſum uerſus ſtãteſq; texũt
Rectus:ordinatus.probus.bonus honeſtus.firmus
Recte.rite bene.
Rector:nauis gubernaror: uel aliarum rerum.
Rectitudo & rectitas:iuſtitia & æquitas.
Recuperat:reſtaurat.recipit.
Recuſat.refugit.refutat.
Recuſat:redit.reuoluit.denuo tractat.
Recurrit.redit.reuertitur.
Recurſus:percurſus.
Recutitus:circunciſus.a cute dicitur.
Rhædæ:genus uehiculi ẽquattuor rotarum: dicitur q̃ roras habeat.
Reclamat.mutuo diligit.
Redarguit:repræhendit.caſtigat.
Reddere.reſtituere remittere:ipſi cuius erat.
Redigere:in prãtẽ ſubiicere.legẽ ponere.reducere
Redigo redigis.redegi.redactus.
Redhibere.reſtituere.reſẽtare.redimere.reddẽ
Redimire:coronare.ornare.præcingere.
Redimo redimis redimiui redimitus.i.coronatus.
Redimicula:ſunt uittæ mulierum dicta q̃ redimiant frontem.
Redimicula ſũt:qbus mitra ĩ capite mulier̃ ligat
Redimiculum eſt:quod per ceruicẽ a lateribus colli diuiſum deſcendens hinc inde ſubcingit.
Redimiæ res quæ redimuntur a prædonibus.
Redimere ꝓprie eſt id qd' ſuũ fuit ſibi reſtituere.
Redimit.eripit.ſaluat.
Redinſerabit:denuo inſerabit:renouabit.
Redintegrat.reſtaurat.reſtituit.
Redit.recurrit.remeat.
Reditus:regreſſus.
Redditus:lucrũ.merces.fructus. uectigal p̃ſtatio.
Reddere.reſtituere.ipſi cuius fuerat dare.
Redditiua ſunt.talis.tantus.totus.tot.relatiua qualis.quãtus.quotus.quot.relatiua his poſitis: quæ ſecundam cognitionem ſignificant: etiam antecedentia uel redditiua intelliguntur. licet non ſint dicta.ut qualis homerus fuit talis ſcilicet Virgilius.inuenitur etiam per eclypſim aliarũ partium ita diſcedo ab illo:ut qui ſe neget filiam daturũ & eſt apud Horatium occurrunt animæ: quales neq; candidiores terra protulit pro animæ tales q̃ libet candidiores & cætera.Relatiua autẽ niſi ſint poſita:reditiua non poſſunt intelligi niſi in demonſtratione. ut ſi oſtendentes Virgilium dicamus talis fuit homerus.
Rediuiua:renaſcentia.denuo uiua.
Rediuiuus:qui redit ad id quod fuit.
Redius:uerſor.præco.
Redolet:bene olet:ſpirat ſuauiter.
Reduces:reuerſi.incolumes: hic & hæc redux reducis.
Reducere.reuocare ad ſe.ſeſtituere.
Reducta:concaua & depſſa quaſi retro ducta:
Redundat:exuberat.abundat.
Redubiæ:induuiæ.ſpolia ſerpentum.exuuiæ.reliquiæ teſtarum.
Refectus:obſtinatus.obluctans.durus. rigidus.indocilis.
Refectus:repletus.recreatus:releuatus a reficio is refeci cior refectus.
Refellit:impugnat.refutat.redarguit.reuincit.
Refellere.falſa eſſe.conuincere.
Refello refelli s. refelli.
Refercit:replet.conſtipat.inſpiſſat. compõitur ex re & farcio cis farſi.
Refert:narrat.repſẽtat.reportat.dicit.p̃dicit teſtat
Refert mea tua ſua noſtra ueſtra dicitur:id eſt pertinet ad me.mea res agitur.
Referta:plena.benefacta.obeſſa.craſſa.
Refertor: auctor pulmentoꝝ a refercio refercis refersi.
Referbuit:iterum caluit.uel defecit.
Reficere:refocillare.recreare.conſtipare.
Refixum:euulſum.detortum a refigo gis.
Reflagrauit:reuixit.
Reflexa.retroconuerſa uel flexa.
Reflexit:conſenuit.languit.defluxit.ceſſit.
Refloratio: deliberatio.
Refluit:exuberat.abundat.
Refocillare:reficere.recreare.
Reformat:in priſtinam formã reddit.
Reformidat.qui poſt timorem accipit ualitudinẽ
Refragat:repugnat.diſſentit.repellit. Refrago refragas.
Refragauit:efregit.conuicit.recuſauit.
Refractiua:reciproca quæ in ſe franguntur.
Refragatur:contradicit.recuſat.
Refragor aris atur:repugnat.
Refrenat:cohibet.conſtringit.abſtinet.

Refricare:inſtaurare renouare.iterare.repetere re
ſcindere.recuſare.gelcere.refugere.
Refrigerium:ſolatiū.requies.leuamen.
Refrigerare:releuare.conſolari.refrigeriū dare.
Refugit recuſat.ueretur.timet.retrocedit.
Refundit:refluit.abundat.reſoluit.
Refunditur.redit.recedit.reſoluitur.
Refutat:reprobat.refellit.reuincit.extenuat.
Regalis:regius.dignus regni uel regis.
Regelatum.plumbū liquefactū.
Regerit:reportat.relegit.in abditā partem ponit.
Regeſtum. relatum.
Regere:recte agere.
Reges a regendo dicti.ſicut ſacerdos a ſacrifican/
do.Non autem regit q nō corrigit.recte igit facie
do regis nomen tenetur peccādo amittitur.
Regiæ uirtutes proprie duæ ſunt: iuſtitia & pietas
plus autem laudatur pietas. Nam iuſtitia res ſe-
uera eſt.iccirco reges græce baſilei dicuntur:q rā
q baſes populum ſuſtinent.λαος uero laos græ
ce populus interpretat: baſileos baſis populi.re/
gnum autem a regibus dictum ſicut reges a regen
do.regnū uniuerſæ nationes ut aſſyrii medi pe-
quoq; ſuis temporibus habuerunt.quorum uices
ſors temporis ita uolutauit:ut alterę ab altero ſol
ueretur.Primi uero reges gētium hi fuerunt.pri
mus aſſyriis Belus.Scythis thanus.Sicyoniis agya
leus.Aegyptiis thores.Argiuis inachus.Athēien-
ſibus cecrops.Medis arbages.Perſis cyrus Lacede/
moniis ceranus:Babyloniis ſeleucus.Alexandriæ
Alexander.carthaginenſibus Dido.troianis Tros
Porro primum duces imperauerunt a moyſe: po
ſtea reges Saul & Dauid.
Reges ſignificant iuſtos qui bene ſe ſubiectoſque
regere ſatagūt:uel apoſtolos & cæteros prædicato
tores propter regimen eccleſiæ.
Reges ſignificant bonos prapoſitos: ſicut in mala
parte malos.
Reges ſpiritualiter ſunt regēres in ſe quicquid ſer
uile & beſtiale eſt & pugnantes caſtigāteſq; & ſer
uituti corpora ſubiicientes.
Regia domus in qua rex ſtat id eſt domus regis.
Regalis uero rege digna.
Regidium:diuinitas.
Regificus:regalis.
Regillum:eſt amictus in planctu reginarum:unde
& dicitur.
Regimonium:regimen.
Regiones partes ſunt prouinciarū: quas uulgus cō
uerſus uocat ſicut in phrygia troia regio phrygiæ
in galatia cantabria & aſturia.A rectoribus autem
regio dicta:cuius partes ſunt territoria.
Regionarii a pontificibus ſunt conſtituti in ſchola
notariorum & ſubdiaconorum quos licebat per
abſentiam pontificis in conuentu ſedere clerico
rum & cæteros habere honores.
Quod idem ſtatuimus defenſoribus.
Regeſter.liber qui rerum geſtarū memoriam con
tinet:unde & dicitur quaſi rei geſtæ ſtatutio.
Regit:corrigit.gubernat.fulcit.adminiſtrat.
Regium eſt.quod eſt ipſius regis.regale uero di/
gnum rege.
Regius morbus inde dictus putatur q ui no & re/
gālibus cibis facilius curetur.
Regius morbus:cancer.
Rhegium ciuitas eſt.unde rheginus patrium.
Rhegium: fretum dicitur:quia diuiſit italiam &
ſiciliam.Nam rhegium grace abruptū dicitur.
Regnum a regno as:ſicut ſtagnum a ſtagno as.
Regnum ſæculi huius bellis acquiritur: uictoriis
propagatur.inter plurima regna terrarū per quat
tuor mundi cardines regna eminentiora fuerunt
babylonicum ab oriente.a meridie carthaginēſe.a
ſeptentrione macedonicum.ab occidente romanū
inter primum & nouiſſimum.id eſt aſſyrium &
romanum:africanum & macedonicum ueneruntq;
itaq; romani imperii anno ab urbe condita.d.cclii
Cæſar auguſtus immo uero deus diſpoſita regna
& tempora cunctis per orbem poſitis firmam ue
riſſimamq; pacem compoſuit.Chriſtus igitur eo
tēpore natus eſt: cius ortu angeli cecinerunt: Glo
ria in excelſis deo:& in terra pax hominibus bōæ
uoluntatis.Regna duo cernimus longe cæteris p/
ueniſſe clariora:aſſyriorum primum: deinde ro
manorum temporibuſ & locis deſtincta.illud
prius:hoc poſterius.Nam in illius fine:iſtius fuit
principium. Cætera regna uel reges appendices
iſtorum dexerim. Aſſyriorum primus rex Be/
lus cui ſucceſſit Ninus filius eius.Tūc in terra chal
dæorum natus eſt habraham.Erat tunc regnum
ſicyoniorum parum:a quo undecunque doctiſ
ſimus Marcus uarro ſcribendo de gente romana:
uelut antiquo tempore exorſus eſt a ſicyonibus
regibus ad athenienſes peruenit:a quibus ad lati/
nos inde ad romanos.iſte ninus totam maiorem
aſiam præter indiam rexit:cui ſuccedens Semyra
mis eius uxor in regnum:eos quoq; ſubiecit. Ob
hoc autem reges aſſyriorum memoramus:ut ap
pareat quo modo babylonia quaſi prima. Roma
cum peregrina in hoc mundo ciuitate dei pro/
currat & ipſa Roma a babylonia ſecūda eſt.Apud
Sicyones primus agyalæus:Secundus cecrops.Ter
tius telexio apud aſſyrios. Quartus Ninus filius
Nini.Quintus artius.Tunc nati ſūt de iſaac eſau
& iacob anno abraham adhuc uiuente. clx.anno.
Apud aſſyrios xerxes ātiqor qui & baleus.apud
Sicyonios turimachus.Tunc regnum argiuorum
exoritur.ubi primus regnauit inachus: poſt pho
roneus: eius filius apud aſſyrios bellocus nonus
apud ſicyonios leocipus: apud aſſyrios decimus
beleus:apud Sicyonios nonus meſapus: qui & cy/
phiſos.apud argiuos tertius apis.Tunc ſtetit ante
pharaōem loſeph.mortuo api in ægypto ſucceſſit
ei filius eius argus ex cuius nomine argiui apella
ri cœperunt.apud Sicyonios erato. Tūc mortuus
ē Iacob:apud aſſyrios duodecimus amitus: Apud
Sicyonios plemeus. Tunc mortuus ē loſeph.apud
aſſyrios quartus decimus ſaphrus. Apud Sicyoni
os duodecimus artopolis. Apud argiuos quintus
ciriacus. Tunc moyſes natus eſt. Tunc a quibuſdā

prohibetur fuiſſe prometheus & frater eius atlas Multa quoq; alia dei his & aliis ex illis temporibus fabuloſa conficta ſunt uſq; ad cecropem regē athenienſium quando permoyſen deus eduxit populum ſuum ex ægypto Tunc fuit Mercurius. poſt hercules antiqor minerua temporibus ogygii quādo poſt illud tempus maximum diluuium factum eſt nō illud Noe quod nec græca nec latina nouit hiſtoria. ſed illud deucalionis: ubi maximum fuit tunc regnātis: cum apud aſſyrios atcatades apud Sicynios marathus: apud argiuos triopas apud athenienſes phoroneus poſt ſuceſſit Moyſe mortuo ſucceſſit Ieſunaue regnantibus apud aſſyrios. xviii aracynthora. apud Sicyonios xvi. corace. apud athenienſes quarto ericthonio. Tunc fabulæ factæ de filio Neptuni buſiride de triptolemo de Minotauro de hippocentauris de cerbero de phryxo & helle de gorgōe de bellero phonte. de amphione. de dædalo de œdipo: Anteo. & alia uſq; ad troianum bellum. his temporibus latona peperit apollinem. non illum cuius erant oracula; quanuis a quibuſdam iratus creditur. Tunc & liber qui a perſeo dicitur peremptus: cuius uxor Andromeda fuit. Tunc poetæ qui & theologi dicti ſunt Orpheus muſeus linus & q̄is de uno deo colendo inter multa eorum falſa canerent: non ei tamen rite ſeruierunt. Tunc finitum eſt regnum argiuoꝝ tranſlatum ad Mycenas unde fuit Agamēnon. Et exortum eſt regnum laurentium. unde dicitur origo romana euidentior poſt græcos. Nam a quibuſdam dicitur ibi ſaturnus regnaſſe. i. ſtercutius: ubi Saturni filius picus regnum primus accepit iudicante apud hebræos fœmina debbora prophetiſſa: & tamen adhuc erat apud aſſyrios xxiii. rex lampe res. Ianus Saturnus picus faunus latinus: Picus genuit faunum & laurentiun ſecūdum regem. Poſt latinus fauni filius regnauit. a quo latinitas cœpit Eo tempore Italiam uenit æneas regnante ibi latino. apud athenienſes Myrthoo apud Sicyonios pilithide & poſt pelaſgo: apud aſſyrios antane: apud hebræos iudex labdō: poſt quem Sampſon. Mortuo latino regnauit æneas poſt filius eius Syluius de lauina de quo Syluii reges. Nam Aſcanius ter regnauit Apud athenas codrus. poſt magiſtratus habet apud aſſyrios xxviii. oneo & melāto. Apud hebræos finito tēpore iudiciū reges icipiūt a ſaule cui reprobato dauid ſucceſſit: huic uero ſalomon: cuius tempore a latinis condita eſt alba: ex qua deinceps reges albani dicti ſūt. Salomoni ſucceſſit filius eius roboam. latium poſt æneam. xii. habuit regem Auentinum ſepultum in monte qui ab eo nominatur, quanuis alii ob aduentum auium nominatum dicant: poſt hūc procas: cuius tempore quia Roma iam parturiebat illud omnium maximum aſſyrioꝝ regnum finem tandem accepit: ad medos quippe tranſlatum eſt poſt annos ferme. M. ccc. v. In latino poſtq̄ procas deceſſit. amulius ſucceſſit frater Numitoris. cuius filiam Rheam quæ & illa Romuli & Remi matrem ueſtalem uirginem fecerat Virgilius Capys Numitor Syluius æneas Romulus ſocius aui Numa tullus ancus tarquini ſuperbi ultor brutus conſul primus decius druſus torquatus Camillus Amulio ſucceſſit Numitor frater auus Romuli cuius Numitoris primo āno condita eſt Roma: at p hac cum ſuo nepote Romulo deinceps regnauit. Ne multis morer condita eſt Roma quaſi altera babylon & prioris filiæ: per quam deo placuit orbē debellare terraꝝ. Tunc in iudæa erat rex Achaz uel Ezechias: in iſrael uero oſeæ. eodem tempore Sibyllam Erytream uel ut quidam dicunt cumæam uaticinatam ferunt iudicii ſignum & cætera. Tunc Thales myleſius fuiſſe perhibet unus ex illis ſeptem: qui σοφοι ſophoi ideſt ſapientes appellati ſunt. Poſt Romulum Numa regnauit. tūc apud hebræos Manaſſes regnauit. a quo Eſaias occidi phibet. Tunc & Simia Sibylla apud hebræos Sedechia: apud romanos ſeptimo Tarquino priſco. qui ſucceſſerat ancho martio. Tūc ductus eſt captiuus populus iudæorū in babylonia euerſa hieruſalem & templum. Eo tempore Pittachus mitylenæus alius e ſeptem ſapientibus fuiſſe dicitur. & alii quinq; Solon athenienſis. Chilon lacedæmonius. Periander corynthius. Clebolus lydius. Bias prienæus. hi præter Thaletē & Solonem nullas libros reliquerunt. tūc Anaximender & Anaximenes & Xemphanes phyſici claruerunt. Tunc & pythagoras: ex quo cœperunt uocari philoſophi. per idem tempus. Cyrus rex perſarum qui etiam chaldæis & aſſyriis imperabat. aliquantam captiuitatem iudæorum. L. milia adinſtaurādum templum relaxauit: & protellatum eſt opus hoſtibus occurſantibus uſq; ad Darium. tunc Tarquino a Roma expulſo etiam iudæi ſoluti ſunt captiuitate ſub Dario: uſq; ad hoc tēpus primæ reuerſionis prophetas habuit populus iſrael: qui cum multi eſſent paucorum apud iudæos uel nos canonica ſcripta retinent. Tempore igitur prophetarum & multo magis poſt eos fuerūt philoſophi nam Socrates Atheniēſis moralis uel actiuus poſt eſdram inuenit. Non multo poſt etiam Plato natus eſt. quibus ſi addamus etiam ſuperiores ſeptē qui nondum philoſophi uocabant: ac deide phyſicos. qui Thaleti ſucceſſerunt: nec ipſi uniuerſos noſtros prophetas præcedunt: quando quidē thales poſt quem cæteri fuerunt regnante Romulo fertur. Prophetæ uero a diebus Oſeæ Ioathan & Achaz & Ezechiæ fuiſſe perhibent. Theologi uero orpheus & cæteri: licet ante hos ſed nō ante uerum theologū Moyſem fuerunt. Non ſolū autē in græcia ſed in barbaris uelut ægyptiis licet quædam ſapientia fuerit: qua dicitur Moyſes eruditus: præceſſit tamen hanc Abrahā propheta. Poſt captiuitatem uero quando cœpit nō habere prophetas gens iudæa deterior facta eſt. multiſq; clādibus afflicta ab alienigenis: ipſiſq; romanis. Nā non multo poſt inſtaurationem templi ne prophetia aggei putaretur impleta adueniente Alexādro ſubiugata eſt. licet ſine uaſtatione: quoniam non

ſubiugata ẽ. licet ſine uaſtatiõe: quoniam nõ ſũt auſi reſiſtere. Tunc immolauit diis in templo: poſt hũc ptolomeus lagi filius ægypti rex capti uos in ægyptum inde tranſtulit: quos eius ſucceſſor philadelphus beniuolentiſſime inde dimiſit: per quẽ factũ eſt: ut. lxx. interpretum litteras haberemus: deinde contriti ſunt bellis: quæ in machabeorum libris explicant: Poſt hæc capti a rege alexandriæ ptolomeo: qui eſt appellatus ephiphanes. Inde ab Antiocho rege ſyriæ grauiſſimis malis ad idola colenda compulſi ſunt quibus tamen dux eoꝝ ſtrenuiſſimus iudas qui & machabeus templum poſt emũdauit. Nõ multo poſt tempore alchimus a genere ſacerdotali alienus: quod nefas erat pontifex per ambitionẽ factus eſt. hinc iam poſt annos fere. L. primus apud eos Ariſtobolus aſſũpto diadæmate & rex & põtifex factus eſt. Nam poſt captiuitatem uſq; ad hũc non reges: ſed duces uel principes habuerunt. huic Ariſtobolo ſucceſſit alexander etiam ipſe pontifex & rex crudeliſſimus in ſuos. poſt hunc uxor eius alexãdra regina iudæorum fuit ac deinceps huius filii ariſtobolus & hyrcanus de imperio dimicantes uiros aduerſum iſrael prouocauerũt romanos. Nam cum hyrcanus a romanis aduerſus fratrem popoſciſſet auxilium. Pompeius dux romanoꝝ ciuitate capta temploq; reſerato non ut uenerator: ſed ut prophanator accedit: confirmatoque hyrcano & cuſtode antipatro poſito generi quos tũc procuratores uocabant uictum ſecum Ariſtobolum ducit. Tunc iudæi etiam tributarii romanorum eſſe cœperunt. poſtea caſſius etiam templum expoliauit. deinde poſt paucos annos alienigenam herodem regem habere meruerunt: quo regnante natus eſt chriſtus. Secundũ illud. Non deficiet princeps de iuda nec dux de femoribus eius: donec ueniat cui repromiſſum ẽ: & ipſe erit expectatio gentium. Regnãte ergo herode in iudæa apud romanos iam mutato reipublicæ ſtatu imperante Cæſare auguſto & per eum pacato orbe: natus eſt chriſtus ex uirgine ſecundũ prophetias. fuit nãq; quidã primus herodes aſcalonita edituus templi apollinis: habuitq; filiũ antipatrem quem irruẽtes idumæi latrones captiuauerũt: qui antipater latronũ dux uita & moribus inſtitutus poſtmodũ Hyrcano cuidam iudæorum pontifici familiaris efficitur: ex quo naſcit iſte herodes: qui in ſaluatoris natiuitate fuit: cuius põ idumæus: mater uero arabica fuit hic propter nimiã crudelitatẽ in ſaluatorẽ & eius coæqueuos ultione diuina urgente nimio morbo affectus cũ ponũ purgaret: ſolus ſe interfecit interfectis quibuſdam de filiis ſuis primitus ac iudæis maioribus ad mortem dandis comprehenſis. hic uero priuſq; moreret adiudicante eum Auguſto Cæſare Archelaus filius eius extitit ſucceſſor poſt decem annos ĩperio deuoluto. Tunc Philippus maioris Herodis filius Herodes minor cũ Lyſania in tetrarchas ſucceſſerunt cũ etiam duodecimo anno Tyberii Cæſaris Pilatus iudææ ſuſcepit procurationẽ per. x. annos: quãdo ſaluator xxx. annorũ baptizatus eſt. At tunc eius prædicatio incepit a põtificatu. ſ. Annæ ad initiũ Caiphæ uſq; protenſa tribus interpoſitis Hiſmaele eleazaro Simone: omnibus pontificio deturbatis: ac per hoc tempus doctrinæ Saluatoris uix. iiii. totis cõpleꝝ annis: tunc ſaluator noſter paſſus eſt. tũc ioãnes ab Herode punitus. Tyberio circa. xxii. annos mortuo Caius ſuſcepit regnũ ſtatimq; tradit principatũ iudæoꝝ Agrippæ q herodes ſimul & philippi & Lyſaniæ Tetrarchas & paulo poſt Herodis fratris ipſo herode excruciato & ꝑpetue exilio dominato. hic uero Agrippa q & Herodes filius fuit Ariſtoboli filii maioris herodis ſub quo xp̃s natus eſt: qui Ariſtobolus cũ fratre ſuo Alexãdro a patre ſuo interfectus eſt. Caio uero regnãte uix per quattuor annos claudius ſuccedit: ſub quo fames ſatis dura uniuerſum obtinuit orbẽ. quam noſtri prophetæ ante prædixerant. uelut Agabus. Tunc herodes qui agrippa qui & fadus dicitur qui Theodan interfecit cũ regnaſſet quattuor annis ſub Caio. tribus autem totius iudææ rex ſub claudio apud cæſaream cũ uoce dei actamaretur: nec deo honorem dediſſet. ab angelo percuſſus interiit. Claudius conſtituit agrippã filiũ agrippæ poſtmodum iudaoꝝ regem. fœlicem uero totius paluſtriæ ſamariæ & galileæ & regiõis quæ dicitur tranſiordanem procuratorem miſit Poſt claudium. xiii. annis & octo menſibus imperantem Nero ſuccedit. a quo feſtus in iudæã mittit ſuccedere fælici: quo mortuo ſuccedit Albinus. Tunc & Florus procurator erat iudææ anno duodecimo Neronis quando iudæorum ſtatus turbabatur nouis rebus. Poſt Neronem qui. xiii. annis romanum obſedit impium Galba & Othuno anno & menſibus ſex imperauerunt. qui defuncti Veſpaſiano regnum relinquunt. poſito p idem tempus in pcinctu belli cum exercitu: quo iudæã oppugnabat ubi ab ipſo exercitu ſubrogatur imperio. Iſq; confeſtim romam tendens Tito filio ſuo curam belli & hieroſolymæ oppugnationis iniungit. Vepaſiano decennio obeunti Titus ſuccedit duobus annis: qui fratri ſuo domitiano imperium reliquit. Ruffus iudææ præſidet. Regulæ tychonii. quibus intelligendas ſcripturas Auguſtinus ſtudioſus plurimum dicit adiuuari. Prima de domino & corpore eius eſt: in qua ſciꝝmus capitis corporiſq; id ẽ chriſti & eccleſiæ unã perſonã nobis intimari: ut fidelibus dicitur Abrahæ ſemen eſtis: cum ſit unum ſemen abrahæ: qd̃ eſt chriſtus. Nõ ergo hæſitemus quando a capite ad corpus uel a corpore ad caput trãſitur: una eademq; perſona manente ſicut etiam hic: Sicut ſpõſo impoſuit mihi mitram: & ſicut ſponſam ornauit me ornamento. Secunda de domini corpore uero atq; permixto id eſt ſimulato hypocritarũ unde dici poteſt hæc regula de permixta eccleſia quando ſcriptura ad ipſos uel de ipſis: de quibus loquebatur adhuc loqui uideat: cum de aliis ad alios iam loquatur: quaſi utrorũq; unum ſatscor

pus proprer temporalem cõmixtionem & cõmu nionem ſacramentoꝝ:ut in cãticis cãticoꝝ. Fuſca ſũ ſed formoſa:ut tabernacula cedar: ut pelliſ ſa lomonis Nõ. n. ait fuſca fui ut tabernacula cedar qd' ptinet ad Iſmaælem:q non erit hæres cum fi lio liberæ:& ſpecioſa ſum ut pellis Salamõis qd' pertinet ad bonos:ſed utrunq; ſe eſſe dixit pro/ pter temporalem unitatem malorum & bonorũ intra unum ræte piſciũ quos tamen cũ uenerit do minus diuidet. Tertia regula eſt de ꝓmiſſis & lege quæ alio modo dici poteſt de ſpiritu & litte/ ra uel de gratia & mãdato de qua tychonius licet plene ſed non bene diſſeruit:diſputãdo enim de fide & operibus; opera dixit nobis a deo dari me rito fidei:ipſam uero fidẽ a nobis .nec a deo eſſe cũ apoſtolus dicat. Pax frĩbus & charitas cũ fide a deo pr̃e & dño ieſu chriſto. Quarta regula ty chonii eſt:de ſpecie & genere uolẽs intelligere par tẽ & totum: ſicut unaquæq; ciuitas uel regio pars eſt uniuerſitatis gentiũ. unde etiam uulgo intelli gitur cũ ſpecialiter uel generaliter aliqd inſtitutũ dicatur. Fit etiã hoc de hominibus: ſicut quæ de Salomone dicuntur excedunt eius modum & po tius ad chriſtum & ad eccleſiam cuius ille pars ẽ relata clareſcũt nec ſpecies ſemp excedit. Sepe. n. talia dicuntur quæ uel ei fortaſſe tantummodo congruãnt. Sed cũ a ſpecie tranſit ad genus quaſi adhuc de ſpecie loquente ſcriptura:iuigilare de bet lector:ne quærat in ſpẽ qd' in genere: certius poteſt inuenire. ut illud Ezechielis domus Iſrael habitauit in terra:& polluerũt illã in uia ſua. i. in idolis & peccatis ſuis & cætera. Quod de illa do/ mo iſrael quã carnalẽ uocat apoſtolus. facile ẽ in/ telligere. Sed cũ cæperit dicere & ſanctificabo no men meũ illud magnũ. & cætera quæ ſequunt & cõgregabo uos de uniuerſis terris & inducã uos in terrã ueſtrã & dabo uobis cor nouũ & ſpiritũ no uum. facile itelligit hoc de nouo teſtamẽto eſſe dictũ:ad qd' nõ ptinet ſolũ illa gens in reliqs ſuis ſed cæteræ gẽtes. q̃ ꝓmiſſæ ſunt patribus eorum:

Quintã regulã de tẽporibus appellat q̃ tẽporũ quantitas in ſcripturis ſacris latens conici poſſit: hãc duobus modis dicit uigere aut tropo ſynecdo che cũ a toto pars uel parte totũ intelligitur ſicut qd' unus euãgeliſta poſt. viii. dies alter poſt ſex di cit eſſe factũ ille a parte. viii. hic autẽ ex integro vi. dies intelligẽs:& ſicut dominus. poſt tres dies reſurgã. Aliomodo ꝑ legitimos numeros illos ui/ delicet quos diuina ſcriptura cõmemorat ſicut ſe ptenariũ:denariũ:duodenariũ & alios:hi. n. plæ runq; pro uniuerſo ponunt tẽpore ſicut ſepties in die. i. ſemp. Tantundẽ ualent q̃ multiplicant. ſi ue ꝑ ſe ipſos:ſiue ꝑ denariũ ſicut ſeptuaginta & ſe ptingenti &. x. p. x. ſunt c. &. xii. p. xii. c. xliii. quo numero deſignatur uniuerſitas ſanctoꝝ in apoca lypſi. Sextã regulã uocat recapitulationẽ i obſcu ritate ſcripturarũ ſatis diligẽter inuentã. Sic. n. di cunt quædã quaſi ſequãt in ordine tẽporibus. cũ ad priora quæ prætermiſſa ſunt latẽter narratio reuocet ſicut in geneſi. Plantauit dñs deus paradi ſum in eadẽ & poſuit ibi hominẽ quẽ formauit: & produxit deus adhuc de terra omne lignũ præ cioſum. Ita uidet hic dictũ. tanq̃ id ſit factum: poſtq̃ hominẽ factũ poſuit in paradiſo cũ breui/ ter utroq; cõmemorato paradiſum plantatũ & ho minẽ ibi poſitũ recapitulãdo redeat & dicat qd' prætermiſerat, quomodo ſcilicet paradiſus fuerit plantatus & cætera quæ ſequunt. Septima regu la eſt. eadẽq; poſtrema de diabolo & corpore eius quorũ ipſe eſt caput, ſicut chriſtus caput eſt ec/ cleſiæ. Sicut igit in prima regula uigilandũ eſt ut intelligat cũ de una eadẽq; perſona loquat ſcri/ ptura. quid conueniat capiti:qd corpori:ita & in iſta nouiſſima aliquando in diabolũ dicitur:qd' non in ipſo ſed potius in eius corpore poſſit agno ſci qui ſunt in manifeſto uel adhuc in occulto ſi/ cut in Eſaia. Quomodo cecidit de cœlo lucifer mane oriens &cætera:quæ ſub figura regis Baby/ loniæ de diabolo intelliguntur:& tamẽ qd' ibi con tritus eſt in terra qui mittit ad omnes gẽtes: nõ to tũ ipſi cõgruit capiti. Nã & ſi mittat ad oẽs gentes diabolus angelos ſuos:tamen in terra corpus eius non ipſe cõterit. niſi quia ipſe eſt in corpore ſuo.

Hæ oẽs regulæ aliud ex alio faciũt intelligi:quod eſt propriũ tropicæ locutionis:excepta una quæ uocat de ꝓmiſſis & lege:hæc locutio latius patet ut poſſint uniuerſa compræhẽdi. Nam ubicunq; uelut aliud dicit ut aliud intelligat:& ſi nomen ipſius tropi non inuenitur:tamen tropica eſt lo/ cutio.

Regula quaſi regẽs menſuram dicit.

Regula dicta q̃ recte ducit:nec aliqñ ſeorſum tra/ hit:alii dicunt q̃ regat:uel q̃ normã recte uiuen di præbeat:uel q̃ diſtortum prauumq; corrigat: uel q̃ ſit recta quaſi rectula.

Regulare æs dicit:q̃ ab aliis ductile appellat q̃le omne, cypriũ ẽ. Ductile uero dr̃ q̃ malleis ꝓduca tur. ſ: cut cõtra fuſile quia tñ funditur: Omne æs purgatis in igne excoctiſq; uitiis regulare fit.

Regulus diminutum eſt a rege.

Regulus dictus q̃ ſit rex ſerpentiũ. unde a græcis baſiliſcus βασιλισκος uocatur. Nam baſileus βασιλευς græce rex dicitur.

Regulus quidam romanus:qui cum afros uiciſſet ab eis uictus eſt.

Regumen & regimen idem eſt.

Reiicit. ſpernit. dedignatur. componitur ex re & iacio.

Relatio criminis eſt cum ideo iure factũ qd dicit q̃ aliquis ante iniuriam laceſſitus ſit.

Relatio eſt quæ refertur ad aliquid:ut pater ad fi lium & contra.

Relatiua noĩa dicta q̃ ad aliã perſonã raferant ut dominus.

Relatiua noĩa uel aduerbia in fine acuunt. i. poſt/ poſita:ut Virg. ſcripſit bucolica: q̃ ſcripſit geor/ gica. ſed in cõtextu oꝝonis præpoſita ipſũ quoq; acutũ in graue conuertũt ut q̃ ſcripſit bucolica. Virg. ſcripſit georgica. Interrogatiua uero genera lem accẽtuũ regulã ſeruant:ut quis cuius cui qua

lis q̃ irritus: ſic qualiter & quotiens & cætera.
Relatũ: reportatum. ad aliud datum. a refero refers.
Relegat: exilio dat.
Relegatus quem bona ſua ſequũt̃: deportatus quẽ non ſequũtur.
Relegatus: humanius trãſigitur: deportatus uero in inſula aſperrimas: paulominus ſummo ſupplicio comparatas.
Relegit: ſublegit. tranſit renauigat.
Releo les leui: iterum deleo.
Religio dicta perhibetur a relĩgendo deum: amiſeramus enim eũ negligẽtes: Auguſtinus.
Religio appellata q̃ per eã religemus uni deo animas noſtras ad cultũ diuinũ uinculo ſeruiendi: & uidet̃ religo dici ſicut religio: in cuius cultu tria pquirunt̃: fides. ſpes. charitas.
Religioſum ad iuſtos hoies: ſacrũ ad deũ ptinet.
Religioſa græce anaſtaſin.
Relinquit: excedit. puenit.
Reliquatum metaphoricos dictũ liquatum.
Reliquit: componit̃ ex re & liquit: quod tamen q dam uolunt a retro uel rurſus eſſe.
Relictio & relictus quartæ declinationis: hinc reliquus reliqua reliquum & reliquiæ. in quo poetæ ſæpe metri cauſa interponunt l. relliquiæ dereliquo quoq; p linquo: uñ & delictũ p peccato: qa qui peccat officium ſuum linquit.
Reliquiæ cineres oſſa animæ Virg. troas reliquias danaum.
Relinere: diſiungere. aperire. uel iteꝝ linere.
Relino nis leui relitum.
Reliquum: reſiduũ. poſtremum.
Reliquum eſt: reſtat. ſuperat.
Reluctatur: retardat. contradicit.
Reluctans: incertus. hæſitans. pendens. uel compugnans.
Reluere: reſoluere. luere enim ſoluere eſt.
Rema ῥῆμα latine dicitur uerbũ.
Remanet: ſuperat. reſtat.
Remaſcelata: uirili uirtute.
Remeare: regredi. reuenire.
Remedium: compendium. lucrum. medicamentũ leuamen.
Remedio eſt: expedit. utile eſt.
Remedior deficit præterito teſte Capro. Remedior aris.
Remedior antiquitus a medeor componitur.
Remenſio: renauigatio. Nam remex nauigator eſt.
Remenſum: renauigatum. receptum.
Remetior: reconſidero. iteꝝ menſuro.
Remex nauigator dictus. q̃ remum agat uel gerat. priſc. hic remex gis a remigio gas ſic faciunt i gis q̃cunq; ueniunt a uerbis deſinentibus in go.
Remiges: gubernatores nauis.
Remis. ciuitas franciæ.
Remi a remouendis & decutiẽdis aquis dicti.
Remigiũ: gubernatio. uel remigium numerus.
Reminiſcitur: recordatur. redit in memoriã.
Reminiſco & ſcor illã rẽ & illius rei. Virg. & dulces moriens reminiſcit̃ argos. idem ſignificabat antiquitus.
Remittit: ignoſcit. reuocat. parcit. ad ꝓpria mittit
Remiſſus ſeſſus. benignus. ſiplex idulgẽs dimiſſus
Remonſtrare: excelſa interciſio interpretat̃.
Remorat̃: refrænat. retinet. retardat.
Remordet: cruciat. ſollicitat. ſæpe monet.
Remouet: de medio tollit. ſeparat.
Remotum: ſublatum.
Remotio criminis eſt: cum id crimen quod infert̃ a re & a ſua culpa ui & poteſtate in alium reus dimouere conatur.
Remultũ: funis quo delegata nauis trahitur.
Renale dictum q̃ renibus alligetur idem & lumbare.
Renes dicti quaſi rienes a riuis obſcœni humoris.
Renes ſignificant delectationes terrenas ubi carnalis generationis eſt uoluptas.
Renes ut ait uarro q̃ ab his riui obſcœni humoris naſcũt̃. Nã uenæ & medulæ tenuẽ liquorẽ deſudãt in renes: qui liquor rurſus a renibus reſolutus calore uenereo decurrit: poſiti aũt ſũt i ſeptima uertebra ſpinæ. ubi lumbi ſũt & ſunt natura muſculoſi. Et his q̃ exeũt uenæ quaſi fiſtulæ cõtinentes has ambas ueſicã. teſticulos quibus calorem uel ſemen adimplauſtrant. Poſiti ſunt iter adipem & carnem oblongam inter ſpinã in uiſcera: quæ eius calorẽ & uirtutem præſtant.
Ren uel rien huius rienis maſculinum eſt ſicut liẽ & ſplen.
Renidens interdum lætus & hilaris ſplẽdens: & florens.
Renidens pulcher.
Renidere: redolere. a nidore.
Renitere. refulgere recuſare.
Renitit̃. contradicit. impugnat. reluctat̃.
Rhenões ſunt uelamina humeroꝝ ex pectore uſq; ad umbicũ atq; tortis uilis: adeo hiſpida: ut imbrem reſpuant quos ulgo reptos uocant: eo longitudo uilloꝝ quaſi reptat dicti a rheno germaniæ flumine: ubi frequentantur. unde Salu.
Rhenones ſunt ueſtes de pellibus.
Renouat: reſtaurat. iterat.
Renuo is nuit. recuſat. reſpuit.
Renunciat: recuſat. denegat.
Rhenus fluuius diuidens galliam & germaniam.
Rhenus fluuius a rhodani ſocietate fertur dictus quoniam cum eodem ex una prouicia oritur. eſt autem germaniæ fluuius & in tres europæ maximos computatur.
Reor: ſuſpicor. credo exiſtimo priſ. Reor cõmune antiquitus. Reor eris atus ratio: ũde rationalis rationabilis litas liter. Cõponit̃ ſecundum quoſdã uereor a ratus ratum. unde irrito as. Compõitur contra ratũ ratio. inde irritamentum.
Repagula quæ ad impedimentum oponuntur: retinacula introitus obices. oſtia carcerum in circo euntibus. unde equi cũ quadrigis egrediuntur.
Repandum recuruum reaptum. repanſum.
Repaſcor inuentor auctor.

Repatriat.ad patriam reuertit.
Repeta:lapis ex celsus.
Repedare:reuerti.remeari.retro pedem dare.
Repelit:ppulsat.a se tollit.
Rependit.reddit.repensat.
Recenset.uicem reddit.retribuit.
Repens:subitum.
Repente:subito.
Repens autem aduerbiũ & nomen põt esse.
Repẽtinus:subitus.improuisus a repente.
Repere est iuxta terram ire:sicut serpẽtes & quæcunq; in brachiis non eleuãt sed corpore repunt sup terram unde & dicit.
Repo pis repsi reptum:inde frequẽtatiuum repto tas & reptile.
Repentia siue reptilia non est dubitandum scripturã diuina oẽs serpentes tielligi uoluit. quanq; & bestiæ dici possunt.
Repentia terræ sunt:reptilia uero aquæ.
Reperire.ultro occurrentia:inuenire uero quæsita ideo proprie locutus est Naso i metamorphoseos oquitur Inachus ad Io filiam:Tu non inuentare Iperta es.
Reptor:auctor inuentor.
Repetit.iterũ petit reposcit.
Repetundarũ iudicio accusatur qui pecunias a soci's cepit.In hoc iudicio reus si ante moriatur in bona eius iudicium redit:unde ab antiqs res eius res bona dicebatur.
Repit uentre & pectore uadit serpentium est.
Repignerat.pignus recipit.
Replet confercit complet.
Replicat:reuoluit repetit.
Repluit:exundat.
Reponit : collocat. competenter statui in remoto ponit.
Repotia sunt dies secundi a nuptiis:uel quando solet nupta redire ad parentes.a repetendo dicta.
Reportat.refert nunciat.
Reposcit.repetit expectat.
Repositus.in remoto positus.
Repostum:absconditũ pro repositum:
Reprehendit.arguit increpat.detrahit.
Repræsentat assimilat.efingit.figurat.
Reprimit.refrenat.compescit.
Reptilia sunt:quæ uentre & pedibus reptant.
Repungo gis.repũxi de ratione lunæ.de uice uero reddita repupligi.
Repudiat:respernit.respuit dedignat.
Repudium est quod sub testimonio triũ testiũ uel a præsenti dimittit.
Repudiũ disidium diuortium.
Repugnat obsistit.oppositum est.
Repulsa.repulsio iniuria. qua repelluntr hoies ab honoris petitione.
Repulsus.separatus ab honore expulsus:a repello repellis.
Requies.refrigeriũ.solatiũ.pausa.
Requieuit.cessauit.quietem habuit.
Requiesco scis requieui.
Requirit.inquirit.consulit scisciatur in memoriã uocat.
Reris arbitraris.sentis existimas.
Reor.reris ratus.
Rerum scribendarum sollertiam primus humanis studiis Hesiodus contulit:deide Democritus ampliauit.Magnus quoq; carthagineus i.xxviii.uoluminibus studiũ agricolationis cõscripsit:apud romanos autem primus Cato constituit quam deinde Marcus terentius expoliuit. Mox Virgilius laude carminum extulit.
Res est quicqd sentit uel intelligit uel latet:quæ si non cogitentur non minus sunt. prisc. hæc res huius rei. Tria sunt quintæ declinationis quæ penultimam corripiunt rei spei fidei.
Res proprie icorporalis licet pro corporali ponat.
Res quidam grammatici dicũt incorporales:tñ uera ratiõe corporalia & icorporalia omnia res possunt nominari. Est igitur generale & primitiuũ. deriuatur inde regula reus.
Res sunt quæ in nostro iure consistunt.Iura autem sunt quæ a nobis iuste possident: nec aliena sunt. dictæ res a recte habendo
Res credita est:quæ in obligationẽ ita ducta est: ut ex tempore quo contrahebatur certum sit eam debere.
Ressa quod apud nos dici potest uisibilis uel laudabilis tentatio.
Rescindere:soluere;rencuare.separare. retractare
Rescissa:soluta.discreta.succissa.
Rescisit;competit.cognoscit.
Rescisuit:præcognouit.
Res diuinæ:cærimouiæ.a re:templa sacra. numis. cultus.
Respublica res patriæ res populi. hæc respublica huius reipublicæ.ex utraq; parte declinatur:quia ex duobus integris nominatiuis compõitur sicut cætera.prisc.
Ressei græce rumpit:
Resedit:uires resumpsit.surgens sedit.a resideo resides.
Referat:aperit.pandit.reclaudit.
Resides:otiosi.pigri.quieti.
Resides proprie sunt qui militiã detractant agere
Residet:remanet.supersit.
Residuus.reliquus.fatigatus.ultimus.
Resíduum est:extat ultimum.tardum.
Resignat:signis probat.
Resinam græci rhetina m ῥητίνην uocant. ῥεῖν Rein enim dicitur græce quicqd manat. Est enim lachryma sudore exalata lignorum. Prima est resina terebinthina.secũda lẽtiscina quæ mastix dicitur.tertia pinalis:quarum alia pityna alia peucina:alia liquida;alia arida:& afferuut ex terra colophonia:unde etiam colophonia resina dicitur.
Resina terebinthina naualis est.
Resina peucina non frixa.
Resinatus:resina unctus.Iuuenalis: resinata uẽtus.
Resipit:iterũ sapit.recordatur.uenit ad salutem ad se reuertit.fit sui conscius.

Reſipiſcit: amiſſam recipit ſapientiam.
Reſipiſcor deficit præterito.
Regnymi ῥήγνυμι rumpo uel ſcindo.
Res iudicatæ ſunt.quæ inter eos qui ſub aliqua re ambigunt ſententia iudicium fuerint conſtitutæ quoꝝ exemplo cæteræ iudicentur.
Reſiſtit:contradicit.repugnat.
Reſiſto & reſto reſtiti facit:ſicut conſto & conſiſto conſtiti.perſiſto & perſto perſtiti.
Reſis ῥῆσις græce locutio.
Reſoluit:aperit.liberat. diſſipat.
Reſpectat reſpicit expectat.
Reſonat:modulatum cāticum reddit. murmurat
Reſpectat:iteꝝ expectat.
Reſperſit.aſperſit.
Reſpergo gis ſi.
Reſpicit:conſiderat.aduertit.retroaſpicit.cognoſcit.
Reſpondet:congruit:ſicut cū cōgrua adinuicem opa redimus:reſpondere dicunt.
Reſpondet:compenſat.conuenit.
Reſponſum eſt qd datur.reſponſorium uero uerbum aut uerſus:qui ſæpe iteratur.
Reſpōſorios itali tradiderūt;anteq̄ græci ātiphonas.inde dicti q̄ alio canere deſinente:alter reſpōdeat:& hoc differūt ab antiphonis:quia in reſpōſoriis unus uerſum dicit.In illis autem uerſibus chori alternant.
Reſponſoria ſunt:quæ iuriſconſulti reſpondere dicunt conſulentibus.
Reſpuit,aſpernat:repudiat.deſpicit.
Reſtat:remanet.reſiſtit:reſiduū eſt repugnat. ſupereſt ſubſiſtit.
Reſtaurat:renouat;redintegrat.
Reſtes dictæ ſiue q̄ rates cōtineāt:uel q̄ his rætia tendant.
Reſtis. funis.
Reſtinguit:recuperat: uelut lumen. Nā extingue re eſt delere.
Reſtinguere:ſopire.defluere.
Reſtinguo is xi reſtinctus.
Reſtincta eſt:expirauit.deleta eſt.elanguit.
Reſtituere.redintegrare: ī propriū locū reducere
Reſtitit:repēte uel retro ſtetit.abnegauit.contradixit.recuſauit.Nā deriuant a reſto & reſiſto.
Reſtringit.refrænat.cohercet.
Reſtulit:accidit.uſus dedit caſús portauit: factū eſt.
Reſultat:cōtradicit.
Reſilit reſonat.reluctat.reclamat.
Reſultatio:reluctatio cū qs renitit & cōtradicit. Itē reſultare dicunt uocum ſonitus. i.reaudri.
Reſupinus retro ſupinus.
Reſurgit:iteꝝ ſurgit:creſcit.renouat.
Reſurrexit chriſtus primo quidem de monumento.demū abinferis.
Rhœſus rex fuit thracū.auxiliarius priami.
Retardat:moratur.cohibet.
Retegit.diſcooperit.
Retectū:nudatum.
Rethea:troiana a rheteo promontorio eius.
Retentat.retinet.retro detinet.
Rætes dicti ſiue a retinendo aues uel a reſtibus q̄bus tenduntur.
Ræte retis antiqui hæc rætes retis & hæc rætia tiæ.
Retexere:omiſſa denuo referre.aperire:declarare
Rætia:a retinendi piſcibus dicta.
Rætiarius qui pinnam.i. manicam rapit ab humero gladiatoris occiſi.
Rætiarius ab armatura & genere gladiatori ludi Contra enim pugnantē ferebat occulte ræte qd iaculum appellatur:ut aduerſarium inſequentē cuſpide operiret:implicitū q̄ uitibus ſaperaret: quæ armatura Neptuni tridentis cauſa fuit.
Rætica genus uitis a retinacula dicta.
Rætica ligna:a quibus uitis retinetur.
Ræticere:ſuperſedere.tacere.diſſimulare.
Reticulata,concancellata.
Retineo nes inde ræte retinaculum rætiaculum. componitur irætio irætis.
Rætic u lum,calliculus paruū ræte.
Rætilat:aperit.demonſtrat.
Rhetina ῥητίνα:pini reſina.
Retinacula a retinēdo dicta:quia his quorum impetus tenet:deſt habænæ.
Rætiolum eſt quod colligit comas: dictum ab eo q̄ retinet crines capitis.ne effundant.
Retorridus,igneus.horridus.uel nō ualde decurrens.
Rhetor orator a theſi dictus:qd locutio græce dr
Rhetorica,eſt ratio dicendi: & iuriſperitorū: quæ propter nitorem & copiam eloquentiæ maxima in ciuilibus quæſtionibus neceſſarium eſt.
Rhetorica eſt benedicendi ſciētia in ciuilibus quæſtionibus ad perſuadendum iuſta & bona: dicta uero græce.α τῶ τοῦ ρτορεῖν ἡ ἐν ῥ ἰδεſt copia locutionis.ῥῆσις enim græce locutio dicitur rhethor orator. Cōiuncta eſt autem grammaticæ arthi.In grammatica enim ſcientiam recte loquendi diſcimus:in rhetorica uero percipimus qualiter ea quæ dicimus proferamus:hæc diſciplina a græcis inuenta eſt a gorgia Ariſtotile hermagora & tranſlata in uſum latinum a Tullio uidelicet & Quintiliano & Ticyano.Sed ita copioſe:ita uarie ut pro ſcientia uel loquacitate græcorum quā admirari impromptu ſit lectori compræhēdere impoſſibile.
Rherotos græce inde rhetoricus:ſicut grammatos grammaticus.
Retortum: ualde tortum.
Retractat:renouat.repetit. recogitat. moderatur. negligit reprimit.
Retractus:repetitus. Nam retractare eſt repetere omiſſa.
Retrudere.recludere.
Retulit:narrauit:reuocauit.reſtituit.
Retundere:repcutere.uerberare.
Retus.arbitratus.
Rhetus:quidam gigas thæſſaliæ.
Rhetus choris coronatus.

Rethus choris coronatus.
Reu barbarum ſeu reu ponticum illud qđ tranſ danubium in ſolo barbarico eſt uel circa pontū collígitur reu nominatum: qđ radix eius uocet reu quaſi barbarica.
Reuctat: reportat.
Reuehit. reportat. reducit. refert.
Reuelat. aperit. demonſtrat publicat.
Reuelatio. dicitur manifeſtatio eorum quæ abſcõdita erãt.
Reuelatio põt myſterium dici.
Reuelit: ſpargit a loco remouet. cõuicit recuſauit:
Reuereri: timere. priſc.
Reuereor. & reuereo idem ſignificabat antiqtus.
Reuerentia: honor qui cum pauore exhibet.
Reuerti: regredi. abire.
Reuertit replectit reportat. conſtipat.
Reuertiſtis: reuerſi: eſtis.
Reuehere. reportare.
Reueho. is. xi.
Reuincit. refellit. redarguit infirmat.
Reuinxit: religauit. poſt tergũ manus ligauit.
Reuincio: cis xi.
Reuiſit: uiſitare repetit. reuiſo ſis.
Reuiuiſcere: reſurgere.
Reuma ῥεῦμα græce eruptio ſiue fluor dicit.
Reumatiſmum autem & Rheumaſin ita cognoſcimus: ex humore oris ex ſputo fluẽti lingua os buccã coctionem uelut ſcabiem patiuntur: ita ut difficile cibum uel potum ſumant.
Rheuma. reuolutio gurgitis.
Reuocat: reſtituit reclamat reſumit.
Reuocatũ. a morte ſubtractũ. retractum.
Refocillat. reficit: humane fouet.
Reuola. calũniator. calumnioſus.
Reuoluit: repetit. retexit ſubmouet.
Reuoluta. aperta.
Reuulſus. eradicatus.
Reuello: lis. reuulſi.
Reus. debitor. obligatus. priſc.
Reus a re uel a reatu dicitur.
Reus a re qua petit nuncupatur. qui q̃uis ſceleris conſcius non ſit: reus tamen dicitur quandiu in iudicio pro re aliqua petitur.
Reus maieſtatis prius dictus: qui aduerſus rempu. aliquid egiſſet: & quicunq; hoſtibus conſenſiſſet dictus reus maieſtatis: quia maius eſt lædere patriam q̃ ciuem unum. Poſtea etiã ille qui aduerſus maieſtatem principis egiſſe uidetur: uel qui leges reas publice detulerat: uel utiles abrogauerat
Rex dictus eo q; regere debeat rem populi & ſalutem. Inter regem & tyrannum nulla prius erat differentia. Nunc in uſu accidit reges uocare modeſtos & temperatos: tyrannos uero impios: i. ẽ & reges.
Rex a recte regẽdo dicit: qđ nomen peccãdo amittit. Nam uiri ſancti proinde reges uocant in ſcripturis ſanctis: q; recta agant.
Rex dicit a rego gis. a rege uero fit regno as regius & regalis. Sed hoc diſtat: quia regius poſſeſſiuũ eſt. regalis uero ad claritudinẽ pertinet. i. dignus rege: & diminutiuũ regulus regillus.
Regula quaſi menſuram regens. componit interrex regificus.
Ricinus uermis caninus dictus: q; hæret in auribus canum. Cynos enim græce canis.
Riciniũ eſt matronale operimentum: latine dictũ q; dimidia eius pars retro abicitur: quod uulgo mafortem dicũt. idem & ſtola a græcis uocat.
Ricinium acus ſiue ſpinula quo uirginei crines diſcriminant.
Rictus: oris poſitio. extenſio oris. a ringo gis xi rictum.
Rictus dicit omnis apertio oris uel patefactio oſcitantis. tam feræ q̃ hominis. dicit & os ipſum. Priſcianus.
Rictus caninus eſt.
Rider. gauder. lætat.
Rideo des ſi ſum.
Ridiculus iocus. lepos. urbanitas. cachinus.
Rien pars illa ubi ſũt lumbi. priſc. hic rien uel ren huius renis.
Riphen filius Gomer nepos Iaphet: a quo paflagonas exortos putant.
Riphæi montes in capite germaniæ ſunt a ppetuo uentorum flatu nominati. Nam ῥιπὴ græce impetus dicit.
Rigat. riuos agit: cõponit irrigo.
Rigantes. fulgentes.
Rigeo es gui: inde rigor goris. rigidus da dum. iorſimus rigiditas & rigeſco.
Riget: friget. torpet. ſtuper. ſenſu caret. infrigidat dureſcit.
Rigidum: durum reſiſtens: ualidum ſeuerum. immobile.
Rigeo algeo. græcum eſt.
Rigor uel rigiditas rectitudo ſinceritas. frigiditas gelu.
Rigula. mitra uirginalis capitis.
Rigula: terra fœcunda. optima. fertilis a rigo gas.
Rima: fiſſura tabularum: ubi fit iunctura.
Rimare: ſuere.
Rimo & rimor idem ſignificabat: antiquitus.
Rimari diligenter exquirere. perſcrutari.
Rimor ris. rimo rimoſus. rimula rimator.
Rinatrix ſerpens aquam ueneno inficiens. In quocunq; enim fonte fuerit: ibi ſuum miſcet nenenũ
Ringere: murmurare.
Ringit indignat iraſcit. murmurat.
Ringo gis xi rictus tus.
Rhinoceros animal cornu in mare hẽns: ſignificat fortes in bono uel in malo.
Rhinoceros fera indomitæ naturæ: ita ut ſi capta fuerit: nullatenus teneri poſſit: quippe ut ferit illico morit: unde in iob nominatur.
Rinoceros græce latine interpretatur in mare cornu idem & monoceros unicornus eo q; unum cornu in media fronte habeat ita acutũ & ualidum ut quicquid impetierit: aut uẽtilet aut penetret nam & elephantem proſternit: tantæque eſt forti

tudinis.ut nulla uenantium uirtute capiatur.Sed ſicut quidam aſſerunt uirgo proponitur: quæ ſi num ſuum aperit uenienti:in quo ille omni fero citate depoſita caput ponit:ſicq; ſoporatus uelut inermis capitur.

Rhinoceros paruum animal ſimile hædo acerri mum.

Riocolaphon hærba camimilion. utraq; græca.

Ripa fluminibus loca proxima a rapiēdo dicta:qa ab aqua quottidie diſſoluaſ. Nam ripæ ꝓprie ſunt fluuiorū ſicut littora maris.

Ripæ pinnacula terræ iuxta fluuium.

Ripatim per riparū loca:ſicut hoſtiatim.

Riparius eſt qui ripam tenet.

Rhipeſtes græce flabellum.

Riſcus feneſtra parietis: uas ex iuncis & uimīnibus.

Rite.recte.iuxta morem legitime probe.

Rite ꝑ recte a ricto uerbo uel a ritu:qa qđ ritibus traditur rectum eſſe credit.

Poſtroo inde rhœterus troiæ promontorium.

Ritides rugæ quaſi rectæ dictæ.

Rythmica pars muſicæ eſt:q̄ reqrit incurſionē uerborū:utrū bene ſonus an male cohæreat.

Rythmus græce numerus.quia in eo ſyllabæ numerantur uel ipſa cantilena:quæ cum numero fit notarum:ſonus cantilenæ:de quo eſt illud. Memini ſi uerba tenerem.

Rythmus græce latine modulatio.

Rythmizo ρυθμιζω modulor.

Rito as antiquitus id eſt rectum duco:inde irrito tas cōtra rectum.

Ritron:riuus.

Ritum latrocinium.

Ritus mos.inſtitutum.ſequela.exemplum.

Ritus publicus:mos uero populi ſermo eſt.

Ritus ad iuſtitiam pendet quaſi rectum ex quo pium æquū ſanctumq; cōſpicimus.

Riuales:duo qui una muliere utuntur: qui quaſi de uno riuo.i.uno amore bibant.

Riualis uxoris proprie mœchus.

Riui dicti q̄ deriuentur ad irrigandum.i.inducēdum aquas in agris:Nam irrigare inducere eſt.

Riuus ſubito fit celeriterq; decurrit ac deficit:fōs uero eſt caput aquæ decurſus:in quem naturaliter manat. Torrens autem ē repētinis imbribus factus. magnum impetum habēs:aduenīēte autē æſtate torreſcit:ūde dicitur fluuius aquæ decurſus naturaliter.

Rixa dicitur quæ inter multos cōmittitur:& iniuria conſtat.

Rixoſus a rictu canino.Semper enim ad contradicendum paratus eſt:& iurgio delectatur. Rhiza ριζα græce radix.

Roboam interpretatur latitudo populi per ātifraſim:q̄ decem tribubus ab eo ſeparatis duæ tantū ei relictæ ſunt.

Robora:robuſta ligna.uigores firmitates.

Roborat:firmat.confortat.

Robor:genus ligni.

Robur uirtutis uel arboris.

Robur uirtutis: conſtātia.firmitas.magnitudo animi Robur generaliter dicitur ex omni materia Rquicquid firmiſſimum eſt.

Robuſtus:fortis.ualidus:a fortitudie & robore arboris dictus.

Rhoda:græce roſa.

Rodantes.flos roſæ.

Rhodanus fluuius in burgundia iuxta ſāctū mauricium.

Rhodanus galliæ fluuius dictus ab oppido.q̄ rhodii coloni collocauerunt qui rapido concitatus curſu tyrrheni æquoris fretum ſcindens non modicū ſæpe nauigantibus facit periculum.: dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decertant.

Rodit,lædit.detrahit.dentibus atterit.

Rodo dis roſus.

Rhodiæ leges nauaļium cōmmertiorum ſunt ab inſula rhodo nominatæ.in qua ātiquitus mercatorum uſus fuit.

Rhodiæ & lybicæ uuæ a regionibus dictæ.

Rhodicis gemma roſea eſt ex eo dicta.

Rhodetus græce roſeo colore.

Rhodopes fluuius.

Rhodopeia thracia.

Rhodope mons thraciæ porrectus in orientalem plagam ideſt reflexus in ſeptentrionem.

Rhodor græce thus roſeo colore.

Rhodos inſula cycladum:prima aboriente in qua roſæ capulum dicitur inuentū dū ibi ciuitas cōderetur:ex quo urbs & inſula eſt appellata.In hac urbe ſolis coloſſus fuit æreus longitudine cubitorum.lxx.ferunt & alii centum.fertur hæc olim adeo terræ mōtu fuiſſe concuſſa:ut labēntibus uulgo tectis,ingens ille coloſſus rueret.

Rhodum ciuitatem cecrops condidit.

Rhodus inſula:ophicax ante dicebatur.

Rododaſne lorangrum græce.

Rogat pulſat.precatur.

Rogitat frequenter rogat.

Rogatarius.petitor.diſtributor.

Rogus eſt compoſitto lignorum. Pyra uero quotiens corpus compoſitum eſt. Funus mortui apparatus: buſtum corpus concrematum. Sepulchrum ubi oſſa conduntur. Tumulus congeſtio terræ i religiōe ſancita:quia & ſine oſſibus poteſt eſſe. Monumentum uero eſt cuiuſcunq; rei memoria:q̄ moneat mentem.

Roma a Romulo condita eſt ſiue nominata. Nam cum interfecto idem Romulus poſt albam amulio: auum ſuum numitorem i regni in reſtituiſſet in eum locum ubi nunc eſt Roma deuenit. ibi q̄ mœnia cōſtruxit quam Romam nominauit: hanc antea Euander dicitur condidiſſe.Sola Roma urbs.cætera oppida dicūtur:unde qui ibi habitāt olim urbani dicebanť In cæteris oppidani

Roma poſt excidium troiæ āno.cccc.xxvii cōdita eſt.De hac multi diſſērūt.Nā Salu. Troia nos abænea hic cōdidiſſe dicit q̄ ſedibus ſcertis uagabā tur.Alii ab euādro ſicut Virg.ibi At pr̄ euandrus romanæ cōditor arcis. Alii a romulo. Eutropius

manæ conditor arcis. Alii a Romulo Eutropius quoq; in libro hiſtoriaꝝ ſic loquit. Romulus cū inter paſtores latrocinaret. xxviii. annos natus urbem exiguam in palatino monte conſtituit: quam ex ſuo nomie Romā uocauit. Poſt hūc Tullus hoſtilius ampliauit adiecto Cœlio mōte. Deīde Ancus Martius Auentinū montē adiecit & lanículū. Poſt hunc Seruius Tullius montes tres quirinalem uiminalē & eſquilinū urbi adiecit. & foſſas circa murū duxit: Ad extremū uero Aurelianus imperator eam muris firmioribus cinxit: ac templū ſolis ædificauit.

Roma urbs italiæ & nūc princeps gentiū a Remo & Romulo geminis cōdita fert. Itaq; Romulus interfecto prius auo Numitore de hinc Remo fratre arripuit regnū. urbemq; cōſtituit. Regnū auit: muros fratris. templū ſoceri ſanguine dedicauit.

Roma ſeptem ſedet montibus: qui ſunt Tarpeius. Auētinus. Viminalis. Quirinalis. Cœlius. Eſquilinus. Palatinus.

Romani a romulo uel a roma dicti. hi antea a ſaturno ſaturni: a latino latini noiati ſūt. hi & quites

Romani interpretant ſublimes uel tonantes.

Romæ ῥώμη robur uirtus græcum eſt.

Romulidæ: romani.

Romulea: romana.

Romani reges ira ſucceſſerunt. Romulus. Tatius. Numma. Tullus hoſtilius. Ancus: Martius. Tarquinus. Seruius. Tullus. Tarquinus Superbus.

Romus: inde romulus. unde roma: hinc romanus a quo romanizo as componitur romuleus romulea romuleum.

Rombus. genus piſcis.

Rombos eſt figura: quæ in contrarium collatas lineas atq; angulos hēt ſic.

Romphea græce latine gladius. Nam ubi in genesi dicitur: gladius flammeus atq; uerſatilis: i græco romphea habetur.

Romphea gladius eſt ex uraq; parte acutus quem uulgo ſpatham dicūt: ipſe eſt & framea.

Ropalicus hexameter ē q ab unius ſyllabæ uerbo ad quinq; ſyllabaꝝ incrementa ꝓcedit ut eſt. Rē tibi quam feci dulcis doctiſſime noram.

Rorat. diſtillat humore quaſi ros pluit.

Roſmarmus dicitur q eſt uirgulti genus ſi deſt roradaſne.

Rorigenæ: rore geniti.

Rorſus inſenſatus.

Ros græcum ē: quod illi droſor dicunt: alii putāt dictū: quia rarus eſt: & nō ſpiſſus ut pluuia. Tūc autem largior ros fertur arua perfundere cū ſerenior nox eſt: & luna clarior lucet: & humorem terræ quem tota die ſolis calor ſiccauerit eundē exiguo noctis tempore ros deponat: & plæriq; ſub aere quieſcentes: quo magis ſub lumine ſunt lunæ eo magis humores ſe capite collegiſſe ſentiūt unde in canticis cincinnimi plēi guttis noctum.

Ros roris īde roſa roſeus a um. ruſetum. roſarium roſula roſidus da dum. roro. as. Componit irroro & ploro. i. per lumina roro: unde īploro & explo-

ploro.

Roſa ſpecies floris dicta q eius color rubeat.

Roſata tunica quam græci fœniceam: nos coccineā dicimus. ad celandum colorem ſanguinis.

Roſeum per ſe. Roſaceum mixtū.

Roſea rubea. purpurea ſpecioſa. roſa enim rubet.

Roſeus ipſe color.

Roſacea corona.

Roſetum ubi ſunt roſæ.

Roſcidum rore infuſum.

Rocidulum rore madidum.

Roſcum: lignum foliis ſpinoſū.

Roſmarinus quē latini ab effectu hærbam ſalutarem uocant: folia eius feniculi ſimilia atq; aſpa.

Roſmarinus qui & libanotes: naſcitur in locis marinis & hortis ante uſum thuris. de hac hærba homines placant deos.

Roſtra prima pars nauis initia.

Roſtra dicuntur loca in campo martio: quia roſtris nauium eſſent inſtructa.

Roſtratæ naues uocatæ q in fronte roſtra aurea habeant ꝓpter ſcopulos: ne feriantur & collidantur hæ liburnīnæ dicunt.

Roſtrum os proprie dicitur: q eſt in cornu ut uulturis & reliquarū aurium.

Rota dicta q ruat: & rotundum a rota uocatum.

Rora: farculum.

Rota dicta q quaſi ruat. Eſt enī muſcida de qua e flumine aqua extrahit eadem & hauſtra ab hauriendo aquam.

Rorabulū dictū a proruēdo ſtercora: ſiue ignē coquendi gratia.

Rotat gyrat. circuit. circunducit.

Rubea uirga ex arbore rubi facta.

Rubea dicta q radix eius ſit rubra: unde & colorare lanas perhibetur.

Ruben primitius interpretat.

Ruben unus ex filiis iacob: interpretatur uiſionis filius. Sic enim quando peperit uocauit eum mater.

Ruben interpretat uidens filios nel uidēs i medio

Ruber rubra brum a rubeo rubes.

Rubellum diminutiuum a rubeo

Rubeta: ranæ genus: bruſcus dicitur uulgo.

Rubet: colorem habet: unde erubeſco rubeus rubicundus.

Rubeo deficit ſupinis: & q̄ ab eis ſunt: ſicut plæra q; ſecūdæ coniugationis.

Rubidus: panis recoctus & rubefactus.

Rubigo: obtrectatio. inuidia. liuor.

Rubigo erugo: uitiū: quo pereunt culmi: ſed ꝓprie ulcus: obſcænæ libidinis.

Rubigo uitiū rodens ferrum uel ſegetes quaſi rodigo: hæc & erugo.

Rubiliana uua dicta q eius materia rubet.

Rubicon fluuius eſt italiæ: de quo lucanus: parui rubiconis ad undas: cuius aqua rubet: inter italiā galliamq; fluit.

Rubor rubedo. rubꝝ rubicundū: fœniceum.

Rubrica uocata q ſit rubra & ſāguini ꝓxima hæc

optima ponto gignitur:unde & potentia dicitur tertia eſt.
Rubrica terra rubea.roſea tinctio.lineola ad diri/gendum aliquid.
Rubrū:uermiculū.quē græci coccū dicunt.
Rubrum oppidum:unde rubrenus.
Rubus:italiæ oppidum.unde rubea.
Rubus:ſpina.ſentis.agreſtis minor maiore genus ligni ſpinoſi.
Rubum græci batos uocant:cuius folia plagas re/centes mire iungūt.
Rubus incōbuſtus Mariæ ſignificat.
Rubū latini appellant eo q̄ fructus uel uirgulta eius rubeant.hæc a græcis morus dicitur.
Rubi folia ſupiecta ſerpēti interimūt eum.
Rudentes ſunt funes nauis ex nimio ſtridore dicti
Rudera.ſunt ſterqlinia.ubi fimus eſt.
Ruder dictum:q̄ rus inde mouetur.hoc ruder ris cementa ideſt ruinæ & ſordes materiarū.
Rudes noui.
Rudis:inordinatus.neophitus.nihil ſciēs.quaſi ru ri datus dicitur.
Rudis dicit uirga ceſſātiū a gladiatoria poſt.lx.an nos hanc accipiebāt priſc.hæc rudis pro uirga:hic & hæc rudis & hoc rude ſignificat recentem.
Rudimēta quæ infantiæ dicunt cunabula initia.
Ruditus aſinorum proprie eſt .
Rudio dis dit aſinus.dum.inſonat.
Rudos artifices appellant:lapides cōtuoſos & cal/ce admixtos:quos in pauimentis faciendis ſupfū dunt:quorū reliquiæ rudera ſūt.
Ruere.cadere.deuenire.proſternere.eruere.
Rufa:rubra.uermicula.
Rufa:inſula tyrrheni maris in qua ferri fodina ex ercetur.
Rufatus ſanguine cruentatus.
Rufus:uermiculus.rubeus.
Ruga:collectio cuiuſcūq; rei in unum.
Rugata: contracta.rugis collecta.
Rugæ:romæ ſemitulæ.
Rugitus:uox leonis:ſonus ſtrepitus a rugio gis:
Ruina:interitus.caſus.incendium.
Ruit patientis eſt & facientis.& tria ſignificat.i.ca dit deiicit aut feſtinat.
Rumā ueteres mammā dixerunt.
Ruma eminens pars gutturis qua potatur.
Rumē.pximum ē gurguliōi quo cibus & potio de uoratur: unde beſtiæ ruminare dicuntur.
Rumbus figura quilatera:ſed non rectiangula.
Ruminat:remandit.reguſtat.
Rumo & ruminor idem ſignificabant antiquitus.
Ruminatio dicta a ruma eminente gutturis parte per quam dimiſſus cibus a quibuſdam & certis animalibus reuocatur.
Remigerulus:rumoris inuentor: famā renūcians.
Rumor.fama.opinio.aura popularis.auditio.
Rumpit:diuellit.ſeparat.
Rumpo pis rupi ruptus facit:
Ruma:pugna.
Rūcare:a terra hærbas diu inatas uel arbores euel lere.Nam rus terra:unde rūcatio.
Rūcare:extirpare.
Rūcinam pagani deā plecerūt:cū ſegetes rūcātur ideſt a terra euelluntur:ſicut florentibus florā.
Runcare a rure aliquid inatum occare ideſt extir pare :unde etiam runcinare.
Runcina:remota rura.
Rūcones ſunt quibus uepres ſecantur a runcando dicti.hi & falchaſtria a ſimilitudine falcis dicūt
Runcina:inſtrumentum fabrog.
Ruo actiuū:ruor paſſiuū:abſolute quoq; per ſe ponitur ut ruo pro cado.
Ruo is rutum corripit penultimā. ut erutus uel ruitus. Nā ruiturus participium facit futurū & uidet per ſyncopam fieri erūtus eruitus.
Ruo ruis ruina ruinoſus.Cōponit obruo eruo:un/de ærūna:proruo.irruo.ſubruo diruo corruo.
Rupes.lapis præruptus.ſaxū exaſperatū a rupi p/terito deriuatur.
Rura antiqui incultos agros dicebant ideſt ſyluas & paſcua.agrum uero qui colebatur. Nam rus eſt quo uel lac uel pecus haberi poteſt: unde & ruſtici nominant.hæc agreſtium prima & otioſa felicitas:prædia agri.
Rurigena rure natus uel habitans.
Rurſum:iterū denuo.rurſus.deintegro.
Rus ruris componitur ruſticus ca cum r uſticitei ruſticanus.ruricola.rurigena.
Ruſata ueſtis eſt quam græci fœniceā uocant nos coccinum:reperta a lacedæmoniis ad celandū co lorem ſimilitudine ſanguinis quotiens quis uul neraret ne contemplanti aduerſario animus au/geſceret.hac ſub conſulibus romani uſi ſunt mi/lites:unde etiam ruſati uocabantur. Solebant etiam præponi dimicantibus:
Ruſante pallio.roſeo palio.
Ruſeus.ſordidus.
Ruſina.ruri præpoſita.
Ruſino ruſinonis urbs hiſpaniæ.
Ruſcus fruticis genus ſpinoſum uel ut alii dicunt hærbæ aſperæ:alii lignum foliis ſpinoſum.
Ruſcus genus uirgulti:unde uites ligant.
Ruſci arbores duræ.aſpera uirgulta.
Ruſticus operarius.uel incultus.
Ruſticus dictus q̄ rus tenendo cuſtodiat.i. terram operetur.Ruſticanus uero pater familias.
Ruſticitas eſt morū.
Ruſticatio eſt operis cultura terræ.
Ruth interpretat feſtinās. alienigena gentilis erat: & feſtinauit ire in terram iſrael cum ſocru ſua:ex huius nomine liber ruth dicit.
Ruth interpretatur uidens uel deficiens.
Rutha dicta q̄ ſit feruentiſſima.huius duo ſūt ge nera. hortenſis quæ nec nimium uirtutis caliqæ omnia uenena expellit:& cū uino potata torſiones uentris tollit. Alia agreſtis quam græci peganon uocant:quæ calida eſt hærba.
Ruteni flaui ideſt flandrenſes populi.
Rutilū:rubicundū.fulgidū.clarū.coruſcum.
Rutilat fulget.rutilo fulgore micat.

Littera ſuæ cuiuſdam poteſtatis eſt: quæ in metro plærunq; uim cõſonãtis pdit. quod quæras in priſc.
Saba Arabia uocaſ regio quæ nũc ſabæa.
Saba: prouincia eſt interpretatur captiuitas ſiue conuerſio.
Saba filius remma.
Sabaa filius chus nepos cham: a quo geniti & appellati ſũt ſabæi.
Sabaa appellata a filio chus q dictus eſt ſabaa: ipſa eſt & arabia.
Sabaa: ræte interpretaſ.
Sabana ſabania.
Sabanũ græce dicitur. iuxtã ſyriã & arabiã eſt.
Sabæi interpretantur captiuati: uel quaſi demões gens orientalis.
Sabæi dicti a προσκυνεῖν: quod eſt ſupplicare & uenerari: quia diuinitatem per ipſorum thura ueneramur: quæ ibi colligunſ. Ipſi ime ſunt & arabes: quia in monte arabiæ ſunt: qui dicitur libanus & antelibanum.
Sabac ſyrioꝝ lingua februarius menſis.
Sabarim interpretaſ circuire montes.
Sabaoth: nomen dñi apud hebræos. quod latine uertitur exercituũ uel uirtutũ. Sunt enim huius mundi ordinatione multæ uirtutes: ut principatus & angeli & cæteræ: quaꝝ tamẽ ille ẽ dominus.
Sabatheni: qui nunc caſtabari dicuntur. orti ſunt a Sabaa filio chus.
Sabbatum ſeptimus a dñico die: quẽ gẽtiles Saturno dedicauerũt: & ſaturnũ nominauerunt.
Sabbatũ autẽ dictũ priori iſraelitico populo ĩ otio celebrandum: ut figura eſſet in requie: unde ex hebræo in latinũ interpretaſ requies eo q dominus in eo requieſſet ab omnibus operibus ſuis. Si quidem & eo die requeuit dominus in ſepulchro: ut quietis illius myſteriũ confirmaret: qd iudæis obſeruãdũ in umbra futuri præceptum erat. Sed poſtq in ſepultura eius adipleuit figurã obſeruatio quieuit.
Sabbatizat. ſabbatũ colit.
Sabbath in Zacharia: ianuarius menſis.
Sabe apud hebræos & ſeptem dicitur & iuramentũ ita appellatur.
Sabelli gens italiæ.
Sabini aũt marſi.
Sabellicus. ſabinus.
Sabelliani hæretici a noeto quodam pullulaſſe dicuntur: cuius diſcipulum perhibent fuiſſe ſabellĩũ a quo dicuntur. hi unã perſonam patris & filii & ſpiritus ſancti adſtruunt. hi ſunt & patripaſſiani: qui patrem paſſum dicunt.
Sabeth nomen uirgulti hebraicum: de quo ingeneſi. Ecce aries poſt tergũ eius tenebaſ in uirgulto ſabeth cornibus.
Sabrina & ſabrateria nauis.
Sabraternus nauali.
Sabina genus ligni quæ a græcis brachios dicitur.
Sabini a ſabio dicti ſicut itali ab italo. fratres fuerunt.
Sabirius: lapis fuſcus eſt: & quidam uiridis lapiſ.
Sabrũ: aſperum uel nodoſum.
Sabucus: mollis & paruia arbor.
Sabulũ: leuiſſimũ terræ genus harena.
Saburra. onus quo uacuæ naues ſtabiliuntur: terra grauis.
Saburra platea eſt romæ famoſiſſima.
Saccus & ſacculus marſupium fiſcus: quo condũt neceſſaria.
Saccatũ liquor ẽ aquæ fæce uini admixtus & ſacco expreſſus: unde & dicitur.
Sacellũ templum modicum diminutiuum a ſacro deoꝝ agreſtium locus.
Sacer ſacrior ſacellum.
Sacro as. unde execro. obſecro. execrabiliter. execratio a ſacro as ſacramentũ: uel componitur a ſacro nomine ſacrifcio.
Sacer dicitur ſacratus & uenerãdus & execrãdus
Sacerdotes dicti: q ſacrũ dant cultibus diuinis id eſt ſacrificium. Eſt uero compoſitum ex græco & latino quaſi ſacrũ dans. hi apud gẽtiles flãmes dicebãtur. Initium aũt ſacerdotii primus aarõ fuit. hic enim in lege ſacerdotale nomen prius accepit q iubẽte dño uictimas obtulit. In nouo aũt teſtõ ſacerdotalis ordo poſt xpm a petro cœpit. ipſi. n. primũ datus ẽ põtificatus in xpi eccleſia.
Sacerdotales ueſtes: quid ſignificent dicamus.
Sandalia. amictus. ephot. cinctorium ſubcinctoriũ orarium. tunica. dalmatica. planeta. palliũ achus mitra. manipulus chriſti diſcipuli ſandaliis calciati pedes: in ꝓparatione euãgelii pacis a domino miſſi ſũt: ut ſup ſerpẽtes & ſcorpiões calcare poſſent. Inſtantiam igiſ ꝓdicationis ſandalia ſignificant. Nõ. n. ſunt honoris ſed laboris: non ad quieſcendũ: ſed ad iter agẽdum. Amictus aũt & ephot & cætera indumenta ſacerdotalia: quæ ex ligno conſiciunſ: pene eadẽ ſignificant. ſignificãt. n. utriuſq; hoîs caſtitatẽ & puritatem: q̃ præ cæteris candida ſunt: frequentiuſq; abluuntur. Eſt amictus qdem ꝓcandidus: quo collũ ſtrigiſ: pectus tegiſ. Interioris hoîs caſtitatẽ & mundiciam deſignat. Tegiteiũ cor: ne cogitet uanitates: ſtringit collũ ne inde ad linguã exeat mẽdacium. his enim duobus. i. cogitationibus & mendacio corrumpiſ aia. is amittit caſtitatẽ & incipit fornicari. Quæ. n. de corde exeũt: ut ait dñs: hæc coinquinãt hoîem Eloqa uero dñi caſta eſſe debent. Similiter aũt per ephot caſtitas corporis deſignatur: quod in renibus quidẽ cictorio ſtringitur: quia ibi maxime luxuria dominatur. Ab hoc aũt cingulo ſiue cinctorio duplex cinctorium pẽdet: quia duo ſũt quibus caſtitas conſeruatur & roboraſ. id eſt oratio & ieiunium: hoc enim genus ideſt luxuria ut ait dominus non eiicietur niſi in oratione & ieiunio. Orarium iugũ & onus ſimul ſignificat. iugũ ſacerdotibus: onus diaconibus: ũde ſacerdotibus circa collũ: diaconibus ſuper humeros ponit: ut

enim collo iugū:sic humeris onera feruntur:Boues igitur sacerdotes:asini leuitas in leuitico significant. Vocat autem orarium:quia q̄uis cū alīs indumentis sacerdotalibus & baptizare & consignare & alia multa orādo liceat facere sine orario tñ nisi magna necessitate nihil horum agere licet. Tunica autem in ueteri testamento solūmodo iacynthina erat:qui cœli est color. Angelicam igit uitam & cœlestem conuersatiōem designat. Si autem alterius coloris tunica fuerit. fit etiam alterius significatiōis. Dalmatica uero ad ornatum magis q̄ ad significationem uidetur pertinere: quæ etiam post alia indumenta sacerdotalia inuēta sit Fimbriæ tamen quæ i dalmaticis a sinistro latere pendent:huius uitæ impedimenta superfluitates & sollicitudines significare possunt: quæ quoniam in altera uita non sunt:nec fimbriæ in dextro latere ponūtur. Sinistra nanq; præsentem: dextera uero futuram uitam designat. Qui ergo dalmatica induitur:utriusq; recordatus melioremeligat quæ sine impedimento est. Planeta quæ & casula uocatur charitatem significat. hæc enim supior cætera itra se claudit sicut charitas legis & pphetarum mandata omnia intra se continet. Palliū uero superhumerale & rationale simul utrunq; significat. Qua enim super utrunq; pontificis humerum iacet:suphumerale dicit. quia uero descedens in ipso pontificis pectore iungitur rationale uocatur. habet enim aaron superhumerale & rationale quæ cathænulis aureis simul iungebant. Suphumerale qdē ab humero usq; ad humerū extendebatur. Rationale uero quadrāgulū erat & duplex:sicut & palliū est. habebat autē mēsuram palmi tam in longū q̄ in latum: quæ mēsura pontificis pectori ornando uel operiendo sufficeret: habet igit palliū eandem significationē superhumeralis & rationalis q̄uis eandem nō habeant cōpositionē. Superhumerale igitur quo humeri ornant episcopi onus episcopalis dignitatis significat. Isti enim humeri totius ecclesiæ onera & oues lāguidas populiq; peccata ferre debēt. Superhumerale itaq; non habēt episcopi:qui aliorū onera ferre recusant. Rationale uero sup pectus ponit pontificis ad cordis thesaurū: & sapientiæ secretū custodiendū:ubi.n.rōnale est: ibi debet esse ratio sapiētia & sciētia qd' ipso noīe & loco significat. Sacramenta hæc sunt:quæ in ecclesia geruntur. Baptismus chrisma. corpus & sanguis christi:quæ ob hoc sacramenta uocantur:quia sub eorum uisibili specie uirtutes sacramentorum inuisibiliter percipiuntur. Nam sicut hic uisibilis panis uniuscuiusq; substantiam exteriorem nutrit inebrians corpus. Ita uerbū dei qui est panis uiuus participatione sui fidelium recreat mentes:spiritus sanctus in eis manens ea operatur:unde siue p bonos siue per malos ministros intra dei ecclesiā dispensetur: tamen quia spiritus sanctus mystice illa uiuificat:nec bonorum meritis dispensatorū amplificantur hæc dona nec malorum attenuantur, quia neq; qui plātat est aliquid:neq; qui rigat sed qui incrementū dat deus: unde & græce mysterium dicitur:q; secretam & reconditam habet, at dispositionem. Sacramētum est in quo post electionē iurat unusquisq; miles se nō redire a militia nisi post completa stipendia idest militiæ tempora:& hi sunt qui habēt plenam militiam. Nam xxv. annis tenentur.

Sacrarium:est in quo sacra reponunt ab inferendis & deportandis sacris dictum.

Sacra:sacrificia. sancta religio.

Sacra:deo dicata.

Sacra fames execranda cupido.

Sacrat:dedicat. consecrat. sanctificat. immolat. libat. mactat.

Sacrū uocamus:quod ad deū pertinet. Religiosū quod ad homines iustos. Sanctum uero quod ad aliquid sancitur:quoq; uiolato pœna cōmittitur

Sacrū autem & sanctū est. Sanctū uero non contiuuo sacrū. Item sanctū semp in bona parte ponit Sacrum uero duo significat bonum & malum.

Sacrificiū:est uictima & quecunq; in ara crematur seu ponunt. Omne aūt qd' deo datur aut dedicatur aut consecratur:

Sacrificiū dictū quasi sacrū factum:quia p̄ceptū é & mystice cōsecratū in memoriā dn̄icæ passionis. unde hoc eo iubēte corpus xp̄i & sanguinem dicimus. Quod dū sit ex frugibus terræ sāctificatur & fit sacramētum optāte inuisibiliter spiritu dei Panis enī quē frangimus corpus xp̄i est:qui dixit Ego sum panis uiuus: uinum aūt sanguis eiusdē. unde scriptum est. Ego sum uitis uera: cuius panis & calicis sacramentum græci eucharistiam dicunt. quod latine bona gratia interpretat. Et qd melius corpe & sanguine xp̄i? hoc fit a nobis q; p nobis ipse dominus fecit.

Sacrificium & hostia hoc differunt apud ueteres: q; sacrificiū spontanea oblatio erat:hostia uero q̄ deuictis hostibus imolabat. & hæc uictima dicebatur, alii dicunt ab ictu.

Sacrilegiū, pprie est sacra; re; furtū. postea & dolorum:cultui hæsit hoc nomen.

Sacrilegus:qui sacra legit id est furat:uel qui cultum ueri dei furatur idolis tribuendo.

Saccus a sago dicitur q; eo consuto conficiatur quasi sagus.

Sadai nomen dei hebræum est: quod interpretat omnipotens.

Sadacha hebraice iustitia.

Sabe interpretatur tensio.

Sabe interpretatur collatio. consolatio.

Sades stellæ.

Sadispos hærba dicta:quod sen̄ē sedat.

Sadoch interpretatur iustus siue iustificans.

Saducei interpretantur iustificati:uendicant enim sibi quod non sunt: corporis resurrectionem negant:& animā interire cum corpore dicūt. Quiq; tm̄ legis libros recipiunt:, pphetas respuunt.

Sipharium, atrium templi.

Saphazie interpretatur iudicat deus.

Saphicum metrum Sapho mulier inuenit:unde &

dicitur. Est autem pentametrū cōstat ex trocheo & spondeo: dactylo & duobus trocheis, siue spondeo: ut est illud Christe lux mundi salus & potestas: huic adduntur cimistroici uersus: ut Sydere pinguis.

Sapphirus lapis est ætherei coloris.

Sapphirus ꝓducit penultimā. corripit apud alios

Sapphirus ceruleus ē cū purpura sereni cœli similis: solis radiis repcussus ardētē fulgorē emittit.

Sapphirus hēt spēm cœlesti throno similem: designat cor simpliciū: spē certam pstolantiū. quoꝝ uita opibus & moribus delectatur altissimus.

Sapphirus interpretatur speciosus egregius.

Saphon funis in prora nauis impositus.

Saga regumenta cilicina & exteriora uel malefica: hæc saga & hoc sagium uestimentum.

Sagas uero maleficus dicit horatius.

Sagane genus gūmi: uel uestis: uel malefica sagina

Sagana uel saga idem significabat generis fœmini ni. ut etiam uult prisc.

Sagagemma prasini coloris apud chaldæos: cuius tanta uis est. ut naues e profundo petat & ita hæreat ut nisi rasa pte ligni uix separetur.

Segada. gemma quæ nauibus cohæret.

Sagax: acutus. perituſ. astutus. præscius futurorū prouidus. uelox a sagio gis.

Sagacitas. astutia. uelocitas.

Sagenæ rætia. ueryndum græce uulgo euerclū dr.

Sagena. ræte. Sagenulla pro naui ponitur.

Sagio sagis: igenioſe ago. unde sagax. sagacitas.

Sagina. pinguedo. crassitudo.

Saginatur: fit crassus.

Saginat: impinguat. nutrit. crassum facit.

Sagitta a sagaci idest ueloci iactu dicta est: unde sagitto tas.

Sagittam rūstici uocāt nouissimam partem sarculi in sarmento quia longius recessit a matre: & quasi prosiliuit uel quia tenuitate tæli speciē pferat.

Sagittifer: q fert sagittas.

Sagictæ significant apostolos.

Sagittæ significant aliquando uerba prædicationis: aliquando aīaduersationis sententias.

Sagittarius nouum signum. quem ferunt fuisse cētaurum id est hominem equo mixtū: & post mortem inter astra locatum: cui etiam sagittam & arcū adiungunt: ut ex eo mensis ipsius fulmina demonstrentur. Ante pedes huius quædam corona iacet. Quidam dicunt hūc crotum eusinum cum musis moratum fuisse.

Sagina quæ corrupte salina dicitur a stratu sagorū nuncupatur. unde & caballus saginarius dicitur.

Sagina hebraice græce & latine sella. onus. sarcina.

Sagmen quasi sancimen genus hærbæ: quæ a græcis gerabotane dicit.

Sagulum: stragulum. uel coopertorium.

Sagum callicum nomen est: dictum autem sagum quadrum: eo ꝙ apud eos primum quadratum & quadruplex esset.

Sagum: saccum. diplois. pallium uirgatum.

Saguntum: ciuitas hispaniæ fida romanis: hāc græci ex insula iacynto ꝓfecti condiderūt.

Saguntum pro ξαγόντον dicimus.

Sach hebraice spinæ dicuntur.

Sal quidam putant dictum: q in ignem iactum exiliat. fugit enim ignem cui contraria semper aqua Alii sal ex sallo & sole dictū putāt. Nā sole decoquitur. Fit autem ex aquis marinis uel fluminis uel lacus uel putei: a quibus hauritur. Sunt & mōtes natiui salis ita ut ferro cædatur sal. Sal ꝓ ἅλς alis græco. hic sal & hoc sal lis.

Salacia: dea paganorum quasi maritima dicitur inferioris maris.

Salamlach syriace latine aue dicitur: uox ē salutationis.

Salalach hebraice uel syriace aue. Salamalach ue ro pax tecum.

Salamandra: serpens q in ignibus uiuit.

Salamandra dicta ꝙ contra incendia ualeat: hæc si arbori irreperit omnia poma uenenat: & nō solum non uritur incendio: sed extinguit: hæc dicitur stellio.

Salgo: genus hærbæ.

Salamin interpretatur pacifici.

Saliminiæ duæ sunt ciuitates in græcia quarum postremam Teucer rediens a troia ædificauit.

Salarus: pecuniis deditus.

Salaria: diaria. quotidiana cibaria.

Salambo: genus monstri.

Salathiel iterpretat missus a deo. uel petitio mea deus.

Sale filius iectan. a quo bactrii orti putantur.

Salebra: uia inæqualis. lapidosa. loca luctuosa.

Salebrosus: asper. sale conditus. sapiens. ordinatus temperatus.

Salectus salictus: locus in quo salices sunt.

Salem interpretatur pax.

Salentinum: promontorium Italiæ.

Sales urbanitas. iocularitas. uenustas.

Sales pluraliter: facetiæ. eloquentiæ. salutationes significāt.

Salernum: ciuitas lucaniæ a salis copia dicta.

Salices uirgulti genus: dictæ ꝙ cito saliant: idest crescant.

Salignum de salice aliquid factum.

Salictum uirgulti genus.

Salicta salices: hæ salix nihil seminis habere uidet habet tamen in foliis granum: quo commisso terræ tanq̄ de surculo arbusta cōsurgunt.

Salii: martis sacerdotes dicebantur: quia cum exili tione circa iram illius incedebant.

Salinū. uas aptum salibus idē & salitia q̄si saltica

Salinum: uas in quo sal offerebat cū primitiis.

Salina: loca in quibus sal inuenitur.

Salinator: qui salem facit.

Salisa proprium terræ: q̄ sit salsa.

Salisatores dicti qa dū mēbroꝝ suoꝝ quæ cūq; ps salierit aliqd triste uel ꝓspeꝝ signficare dicunt.

Saliua ex capite in os labit: ab ore in uentrē ieiuni homis saliuam si serpes gustauerit morit.

Salunica: hærba salsa.

Saliuncula hærba medicinalis habens ſpicas miri odoris.creſcit in montibus.
Saliuncula uirgulti flos & genus arbuſti ē.uel ſalix
Salio lis liui & ſalii ſaltum: unde ſalto tas frequentatiuum & ſaltus tus.
Sallio lis liui litū.Sallo uero ſallis pro eodem ſallebat fecit ſicut uello uulſum præteritum.ſalli/tus & ſalſus.unde ſalliturus & ſalſurus.
Salix dicta q̄ uelociter ſaliat id eſt creſcat.
Salmana interpretatur conſumatus ſiue perfectus: uel umbra cōmotionis uel portionis.
Salom interpretatur retribuens uel pacificus.
Salom uox ſalutationis hebræum eſt.
Salomon interpretatur pacificus eo q̄ pax in regno eius fuerit.Secundum nomen eius fuit idida: q̄ fuerit dilectus & amabilis deo. Tertium nomen eius coeleth:quod græce dicitur eccleſiaſtes:latine uero concionator eo q̄ ad populum loqueretur hic iuxta numerum uocabulorum ſuorum tria uolumina ædidit. quorum primus eſt maſloth: quē græci parabolas: latini ꝓuerbia nomināt eo q̄ in ipſo ſub cōparatiua ſimilitudie figuras uerboꝝ & imagines ueritatis oñderit. Ipſam autem ueritatem ad intelligendum legentibus ſeruauit. Secundū librū coeleth uocauit: qui græce eccleſiaſtes latine cōcionator dicitur eo q̄ ſermo eius nō ſpecialiter ad unū ſicut in ꝓuerbiis:ſed ad uniuerſos generaliter dirigatur docens oīa quæ in mundo cernimus caduca eſſe & ob hoc nō appetenda. Tertium librū ſirafirin ꝓnotauit:quod latine dicitur canticū cāticoꝝ eo q̄ oībus cāticis præferat horū trium librorum carmīa apud ſuos hexametris & pentametris uerſibus compoſita eſſe perhibent.ut eſt apud hieronymū in ꝓfatione euſebii de temporibus:qui ſic hēt. Quid Salomone grauius?quid perfectius iob? quæ oīa hexametris & pentametris uerſibus ut ioſephus & origenes ſcribunt apud ſuos compoſita decurrunt.
Salone:ciuitas quam Salonius filius pollionis uicit unde & dicitur.
Salone ciuitas florentiſſima dalmatiæ immo quā pollio uicit naſcente filio.
Salpiga:ſpecies ſerpentis.
Salpizo σαλπιζω græce tibicino.
Salpiſta græce cantor tubicinator.
Salſamentum:piſcis confectio.
Salſamenta:oēs res ſalſæ ut piſces.
Salſugo:liquor ſalis,ipſa res quæ facit ſalſum.
Salſum dictū quaſi ſale aſperſum.
Salſus:ord natus.temperatus.ſapientiæ ſale condi tus.Sal enim pro ſapientia ponitur: inde componitur inſulſus id eſt indoctus.
Saltatores noſatos uarro dicit ab Archadeſalio, quem æneas ſecū in italiam adduxit quiq; primo romanos adoleſcentes ſaltare docuit.
Saltica:genus chortæ ab oppido ſale dicta.
Saltim uel nunc.aliqū: poſtremo. coniunctio diſiunctiua.
Saltem idē eſt uel tractum a captiuis qui dicūt oīa noſtra habere.ſaltem uitam nobis ꝓ ſalute concede:ſiue ſaltē ē coniūctio aduerſatiua aliq̄ndo: ſicut quanuis & ſi & cætera:quæ ēt diminutionē ſignificat.ut ſaltē ſi nō uitā mortē cōcede:ꝓ quo inueniunt ſ at aut uel nec neq; ne:ut in rebus ſecūdis ſapientes fatigantur:ne corrupti obtēperent & neq; unum aſſem præſtas egenti.
Saltus a ſalio.ſalis quod eſt altius uel lōgius exilire
Saltus:montes.latibula ferarum.ſilua.
Saltus:uaſta ſtatio & ſilueſtria loca:ubi arbores in altum ſaliunt:unde & dicit. ſiue itinera anguſta & quaſi abſciſſa inter montes:de quo ꝓpheta. In ſaltum inquit ad ueſperum dormies.
Salubre ad locum refertur uel cibum.
Salutare ad conſilium.
Salubritas:refrigerium.requies.ſolatium.
Saluber bris brior berrimus.
Salue:uale.a ſalute.
Salue & ſaluete uerbum ſalutandi.plus non habet niſi ſalueto:& eſt ſecundæ coniugationis.unde ſaluto ſalutas.
Salum:mare.pontus.pelagus.æquor.
Saluia:hærbæ genus.
Saluatoriū:locus in quo ad ſalutandum aduenientes excipiebantur.
Salutare:ſalutem nunciare.
Salutatio a ſalute dicitur.Sic enī antiq ſolebāt ſcribere.ille illi ſalutem.
Salutaris.ſalutem præſtans.ſalutifer.
Salutaris hærba dicta q̄ dolorē capitis & ſtomachi incendiū mitiget.hæc ſtrignos dicit.
Salutaris ab effectu dicta.
Salus eſt integritas corporis.Salubritas uero ſaluti conueniens cauſa per quam ſanitas uel ſeruatur uel reſtauratur.
Saluus:incolumis.incorruptus.ſanus: unde ſaluo as ſaluator:ſaluatrix:ſalus ſalutis ſalutaris ſaluto ſalutas ſalutamen ſalutatio: reſaluto a ſalute. Componitur ſoſpes:ſalutifer a ſaluo nomine dr
Salue ſaluete.componit ſaluifico cas.
Saluus a ſano deriuatur.
Samaala interpretat audiens.
Samaim hebraice cælū dicitur.
Samara:promontorium orientis.
Samaria ciuitas a qua omnis circa eam regio nomē accepit.quam ſennacherib rex aſſyriorū conſtruxit:uocauitq; nomen eius ſamariam id eſt cuſtodem:quia quando iſrael tranſtulit in medos: cuſtodes ibi conſtituit.hanc antiochus obſidione captam ſolo coæquauit:quam poſtea herodes iſtaurans in honore Auguſti Auguſtam uocauit: id eſt ſebaſten græce.Ibi ſiti ſunt eliſeus & abdias prophetæ: & quo maior inter natos mulierum non fuit iohanes baptiſta.
Samaritani ab aſſyriis tranſlati:ex parte iſraelitaꝝ ex parte gentilem ritum tenuerunt.
Samaritani uel ſamaritæ interpretatur coſtodes:eo q̄ a babyloniis illic in cuſtodiam collocati ſunt iudæorum.
Samaria interpreratur conſeruata:hæc regio inter iudeæam & galileam media iacet.

Sambuca in muſicis ſpecies eſt ſymphoniarum. Eſt enim genus ligni fragilis: unde tibiæ componuntur.
Sambuca: genus citharæ ruſticæ.
Sambucinarius: ipſe qui dicit.
Sambuſtria: qui in cithara ruſtica canit.
Sambucus: ſaltator. hiſtrio.
Samech interpretatur audi uel reſupinatio.
Samia: ſibylla quæ femonoe dicta a Samo unde fuit.
Samia terra a ſamo dicta glutinoſa & candida medicamentis & uaſculis neceſſaria.
Samia: uaſa a ſamo uel a creta: quæ in thracia non longe a roma naſcitur: & ſamia dicitur.
Samii: uilia uaſa bibendi.
Samius: apis a ſamo ubi reperitur.
Samium locus eſt.
Samileuci genus hærbæ: que latine floreia dicitur.
Samnitæ: gens quæ in. cxxx. miliario a roma eſt. media inter picenium & campaniam.
Samnia ſamniæ eſt deriſio: quæ facit multum rugoſum.
Samnis: ciuitas in apulia. hic & hæc ſamnis & hoc ſamnite. inuenitur pro ſamnitis gentile.
Samnium eſt beneuentum.
Samos: inſula in mari ægeo: ubi nata eſt iuno: ex qua ſibylla ſamia & pythagoras ſamius: in hac prius fictilia uaſa dicuntur reperta.
Samos thraciæ uicina inſula modo ſamothracia uocatur.
Samothracia eſt inſula in ægeo mari.
Samothracius: eſt anulus aureus: ſed capitulo ferreo a loco dicitur.
Sampſon interpretatur ſol eorum: uel ſolis fortitudo. fuit enim uirtute clarus & liberauit iſrael de hoſtibus.
Sampſicon: amaracus.
Sampſicus id eſt amaracus hærba floribus aſpirans
Sampſucum id eſt dura paſſio: quæ difficilem anhælitum facit.
Samuel interpretatur nomen eius deus.
Samuelis liber eiuſdem natiuitatem & ſacerdotiū & geſta deſcribit: & ideo ab eo nomen accepit. Et q̄uis ſaul & dauid hiſtoriā contineat: utriq; tamē ad ſamuelem referūtur: quia ipſe unxit ſaul in regnum. ipſe dauid in regem futurū. cuius libri primam partem ipſemet conſcripſit. ſequentia uero eius uſq; ad calcem ſcripſit Dauid.
Sancit: confirmat. ſanctum facit. iudicat.
Sancio cis xi: uetuſtiſſimi tamen ſanciui uel ſancii proferebant: unde & ſanctū & etiam ſancitum inuenitur.
Sancta iuſta ueteres exteriora templi.
Sancta ſanctorum autem locus templi ſecretior ad quem nulli erat acceſſus niſi tm̄ ſacerdotibus: dicta quia ſanctiora ſunt: & præcedunt. Sancta autē a ſanguine hoſtiæ dicta. Nihil enim ſanctū apud ueteres dicebatur: niſi qd̄ hoſtiæ ſanguine eſſet conſecratum uel ſparſum.
Sanctus dicitur ſanguine unctus uel tinctus. Nam anticq̄ omnia ſanguine conſecrabant.
Sanctiones: leges. purificationes:
Sanctitas: caſtitas. religio. integritas.
Sanctum dicitur quod ad aliquid ſancitur: quodq; uiolato pœna cōmittit̄. in bona parte ponit̄.
Sanctuarium: locus uel cubiculum: ubi ſanctæ res geruntur.
Sanctus dicitur qui ſancit res.
Sexus diſcretio maris & fœminæ: dr̄ uero a ſex: qa a digito pedis in ſexto inueniſ̄ articulo.
Sphingis genus ſimiæ: uilloſæ ſunt comis.
Sfinterici ſunt hi quibus in orificiū ideſt annum multæ fiunt cauſæ id eſt paſſiones.
Sphinx gis græcū ē: fibula uel monſtrū quoddam
Sfingia a fingere. i. nitidare & tergere dicta affrani us: accedo ut tibi uertic̄ fingā linteo. i. extergam
Sfungia aīal fiſtulatū dr̄ cruore nihærēs petris: uñ & dū abſcindit̄ ſanguinē emittit. Nā alia ſunt uiuentia in aquis & diſcurrunt: alia quæ ſtant fixa.
Sfungia lapis creatur in aquis leuis ac fiſtulatus: & ; cameris aptus.
Sfungia: panis aqua diutius ſaxatus.
Sy græce. tu latine. priſ. ſi pro ει hei græco. Si conjunctio dubitatiua. ſiue confirmatiua eſt.
Si inde dr̄ ſic. unde componit̄ ſicut ſicuti ſicubi.
Siban tertius menſis martius.
Sibyllæ dr̄ uenerabiliter oēs fœminæ ex lingua græca. Nā ſios æolico ſermone dr̄ deus βοηλην bulen græci mentē & cōſiliū dicūt q̄ſi dei mentē Proinde igit̄ qa diuinā uolūtatē interpretari ſolebant dictæ ſūt. Sicut aūt oēs uiros prophetantes propheras aut uates dicimus: ita oīs fœmina prophetans ſibylla dicit̄. Decē aūt ſibyllæ a peritiſſimis auctoribus fuiſſe traduntur. quarū prima de pſis fuit. Secūda libyca. Tertia delphica in templo delphi apollinis genita: q̄ ante troiana bella uaticinata ē. Quarta cumæa ī italia. Quīta etythræa noie eriphyla ī babylone orta: q̄ græcis ilion petētibus uaticinata ē: & peritura troiā & homerū mēdacia ſcripturū. Sexta ſamia: q̄ femonoe dicta eſt Septia cumana nomine amalthea ipa ē & cymæa. Octaua helleſpōtia ī agro troiano nata: q̄ ſcribit̄ Solonis & cyri fuiſſe tēporibus. Nona phrygia. q̄ uaticinata ē ancyræ. Decima a tyburtis noie albunea. quarū oīum carmina efferunt̄ ī qbus de deo & xp̄o & gētibus manifeſtiſſime ſcripſiſſe cōprobatur. Celebratior aūt iter cæteras erythræa perhibet̄: quā eo tpe uaticinatā nōnulli ferunt: quo roma cōdita ē. & ī iudæa rex erat achaz uel ſicut alii dicunt: qui ei ſucceſſit ezechias: hæc ſane de chriſto quædā manifeſta conſcripſit: cuius carmina uir clariſſimus flaccianus ī quodā græco codice. Eſt oſtēdit ita ī capite habētia. Iheſus chriſtos θεουνοσ. σωτηη qd̄ eſt latine iheſus chriſtus dei filius ſaluator: hi autem uerſus: quorum primæ litteræ hunc ſenſū reddunt: ſicut eos quidā latinus ſcilicet Auguſtinus ex diſtātibus uerſibus interpretatus eſt: hæc continent.

Iudicii ſignum tellus ſudore madeſcet.
E cœlo rex adueniet p ſæcla futurus.

Scilicet in carne pñs ut indicet orbem.
Vnde deum cernent incredulus atq; fidelis?
Celsum cũ sanctis æui iam termino in ipso.
Sic animæ cũ carne aderũt: quas iudicat ipe:
Cũ iacet inculcatus densis in uepribus orbis:
Reiicient simulacra uiri cũctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis pontũq; polũq;
Inquirens tetri portas effringet auerni.
Sanctoꝝ sed enim cũctæ lux libera carni.
Tradetur. fontes æterne flãma cremabit.
Occultos artus retegens tunc quisq; loquet.
Secreta atq; deus reserabit pectora luci.
Tunc erit & luctus: stridebunt dentibus oẽs:
Eripit solis iubar & chorus interit astris
Voluet cœlum lunaris splendor obibit.
Deiiciet colles: ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominũ sublime uel altũ.
Iam montes campis æquant curula ponti.
Omnia cessabunt tellus con fracta pibit.
Sic pariter fontes torrent fluminaq; igni.
Et tuba tum sonitum tristem demittet ab alto:
Orbe gemens facinus miseꝝ uarioq; labores.
Tartareũq; chaos monstrabit terra dehiscens:
Et coram hic domino reges sistent ad unum.
Recidet e cœlo: igniq; sulphuris amnis.
Hæc de christi natiuitate passione & resurrectiõe atq; secũdo eius aduentu in græcis uersibus dicta sic in capitibus iueniunt habere Ihesus christus θεου νοσ σ ωτηρ qđ & in latinũ translatis apparet: nisi q̃ græcarũ litterarũ proprietas nõ adeo potuit seruari. Hæc aũt sibylla siue erythræa: siue ut quidã magis uolunt cymæa: ita nihil habet in toto carmine suo cuius exigua ista particula est: q̃ ad deoꝝ falsoꝝ cultũ pertineat: quinimo etiã cõtra eos & contra cultores eoꝝ loquit ut in eoꝝ uideatur deputãda numero: qui pertinent ad christum: inserit etiã lactãtius quædã de christo uaticinia sibyllæ: q̃is nõ exprimat cuius. Sed quæ ipe singillatim posuit: ego arbitratus sũ cõiuncta esse ponenda: tanquam unũ sit plixũ: quæ ille plura cõmemorauit & breuia. In manus inquit infidelium postea ueniet. Dabũt aũt deo alapas manibus incestis: & impuro ore expuẽt uenenosa sputa. dabit uero ad uerbera simpliciter sanctũ dorsũ & colaphos accipiẽs tacebit ne quis agnoscat: quod uerbũ uel unde uenit ut inferis loquat: & corona aurea coronet. Ad cibũ autẽ fel: & ad sitĩ acetum dederũt inhospitalitatis hãc mõstrabãt mensam. Ipa. n. ĩspiciẽs tuũ deũ nõ intellexisti medẽtẽ mortalĩũ mẽtibus: & spinis coronasti. & fel miscuisti: Tẽpli uero uelũ scindet: & media die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis & morietr tribus diebus somno susceptor: & tunc ab ĩferis regressus ad lucem ueniet primus resurrectionis principio reuocatus. Nõnulli erythræam nõ Romuli sed belli troiani tempore fuisse scripserunt.

Sibilus est spiritus tenuis. fit exili pulsu uel uerberato aere.

Sibilus & sibilum: sed sibila pro sibilantia.

Sibilus enim generis masculini.

Sibilus est idem: qui & regulus.

Sibilon canit anteq̃ mordeat uel excurrat idem & basiliscus græce.

Sibillus regum blandimenta.

Sic. ita in eo modo: hac ratione. sic quando similitudinis est circunflectitur. quando iurandi grauatur. Et quando ut uel uti subiungit sibi sicut dixi sic uti iussi.

Sicambri populi sunt.

Sica a secanda dicta: est enĩ gladius breuis quo maxime utuntur qui apud italos latrocinia exercẽt: a quo sicarii.

Sicarius dictus quia ad ppetrãdum scelus tãlis sit armatus. Sica enim gladius est.

Sicarius gladiator latro homicida.

Sicar antiquitus.

Sicamber francus: qui & teucrus.

Sicamina mora maiora.

Sicania sicilia.

Sicanius: sinus siculus.

Sicani a sicano dicti sunt sicut ab italo itali. idem & sicilienses.

Sichel quod latine siclus corrupte dicit hebræum est habens: apud eos unciæ põdus apud latinos ãt & græcos quarta ps unciæ ẽ & iste stateris medietas. unde cũ in diuinis litteris legitur siclus. uncia est cum uero in gentilium. quarta ps unciæ.

Sichẽ syriæ urbs q̃ latie & græce sichimia uocatur: hãc emor ædificauit: appellauitq; sychẽ noie filii sui ipa est & nũc neapolis ciuitas samaritanorum.

Sicera est omnis potio quæ extra uinum inebriare potest. quod quãuis hebræum sit. tamẽ latinũ sonat pro eo q̃ ex suco frumẽti uel pomorum conficiatur: coctisq; frugibus aqua pĩguis quasi sucus colatur & hæc dicit sicera.

Sicera hebraice omnis potio interpretatur qua inebriari potest.

Sycheus didonis maritus: quem pigmalion interfecit eius cognatus.

Sicilia a sicano rege sicania dicta est. deinde a siculo itali fratre sicilia. prius autem trinacria dicta propter tria acra idest promontoria: pelorum: pachinum: lilybeum: quod latine triquatra dicitur quasi in tres quadras diuisa: hæc ab italia exiguo mari discreta est africum mare prospectãs. terris frugifera fistulis peetralibus uentisq; & sulphure plena: unde ibi æthnæ montis exrant incendia: in cuius freto scylla est & charibdis quibus nauigia aut absorbentur: aut collidũtur fuit autem quondam patria cyclopum & post nutrix tyrãnorum: ac primum omnibus terris commissis seminibus aratro prosciſſa: Principatum urbium syracusis habet fõtem Aretusa: hãc Salustius italiæ dicit fuisse coniunctam: sed medium spacium impetu maris diuisum.

Sicilia insula prope sardiniam: ab oriente cingitur mari hadriatico: a meridie africo ab occidente & septentriõe tyrrheno: a borea usq; ad subsolanum hadriatico: quod diuidit tauromitanos cilicĩæ & brutios italiæ.

Sicilicus latie corrupte siclus dicitur idē & sichæl.
Sicilicus.vi.scrupulis constat; quiq; sic scribitur.
Sicilicus iu diuinis est uncia, in gentilibus quarta pars unciæ.
Sichima ciuitas samaritanorum quæ interpretatur humeri ubi iacob rediens ad laban tabernacula fecit propter suas oues:appellauitq; locū illū tabernacula:de quibus i psalmo lætabor & diuidā sichimā & conuallē tabernaculorū dimetiar.
Sichima humeri latine.humeri autem opera interpretatur.
Sicyonii græci fūt dci a sicyōe rege:hi primum ægyalei a rege ægyaleo noiati fūt.ipi sunt arcades.
Sicyonia arcadia dicta.
Sicyon ciuitas in monte.
Siccitas siccitudo:siccitas iniquitas;
Sicisagna cucumer agrestis.
Siclus solidi duo & semis.
Siclus qui græce dicitur stater.xx.obolos habens.x.scrupulos.idem & sichel.
Sicomius dictus est a loco.
Sicomorus græcum est dicta q; sit foliis similis moro; hāc latini celsam appellant ab altitudine; qa non est brevis ut morus;
Sycomorus ficus fatua appellat stulta ficus;
Sycophanta græce calūniator uel uilium rerū appetitor.σὺκοφάντης calūniator;
Sicubi:id est si alicui.
Sicula.sicilia.
Siculus de sicilia;
Sicula uas aptum ad uinū uel aquā a græco tractū id est sicia σικύα.
Siccus dicitur q; sit exucatus;uel per anti frasim q; sit sine succo.
Siccusior simus,siccitas.sicco cas;
Sidan stagnū fertur esse apud indos: in quo nihil īnatat:sed omnia merguntur.
Sydera illa dicuntur quæ nauigantes considerent: astra autem sunt stellæ grandes ut orion: stellæ uero minores uel multi iuges ut hyades pliades: Signum autem quod animantis imagines formatum est:ut taurus scorpio.
Sydera sunt stellis plurimis facta ut hyades pliades dicta q; ea nauigantes considerantes dirigunt ad cursum constitutum. Quædam autem stellæ iccirco signa dicuntur; quia nautæ contemplantur acies fulgoresq; earum; quibus rebus cœli status ostenditur futurus Sed & homines ea intēdunt ad præuidendas aeris qualitates per æstatē & autūnum hyemem & uer. Ortu enim & occasu suo certis stationibus temporum qualitates significant Aug.unde dicit scriptura q; ydera sunt in signa & tempora .Neq; enim illa dicit quæ obseruare uanitatis ē:sed utiq; utilia & usibus uitæ huius necessaria.
Sydera philosophi putauerunt oceani aere pasci.
Sydera græce latine ferrea.nam ubi nos in uirga ferrea græci eurabdon sydera dicunt.
Syderales sunt dies in quibus mouētur sydera & homīes a nauigatiōibus excludūt.Sidero sideras
Sideritis:gemma ferro similis;
Sydia flores mali granati.græcum est;
Sidicinum oppidum campaniæ.
Sidit:subdit.suppressit.subtus stat.
Sidunt:sedent.
Sido dis habet preteritum uerbi sedeo prisc.unde subsido componitur.eius passiuū sidor sideris. Nam insidiatur dicitur.
Sido dis:unde sydus deris:a quo sidero ras:componitur desidero desiderium desiderator desiderabilis desiderabiliter:cōsidero:a sydere syderor.us a eum.a sido dis.sedo as.componitur consido insido .subsido assido.
Sidolus:diligens.
Sido onis:a sidone profecta;
Sidon hæc sidonis ciuitas est syriæ.
Sidon interpretatur uenatrix uel uenator.
Sidon filius chanaan primogenitus:a quo sidones exorti putantur unde & urbs eorum in phœnice sidon uocatur.
Sidores prior populus qui sidonem ædificauit in insula mediterranei maris.
Sidones frater cadmi phœnix ex suo nomine phœnices uocauit dū de thebis ægyptios in syriā profectus apud sidonē regnauit.
Sidonem urbem phœnices arubro profecti cōstruxisse dicūt:quam a piscū copia sidon dixerunt pisces enim sidon phœnices uocant ipsi & tyrum in syria condiderunt.
Sidonia patria didonis.
Sidonia a sidone urbe tyri.
Sydrach interpretatur decor meus: hic & ananias.
Sydus ē multiuges stellæ ut hyades pliades prisc. hoc sydus syderis; unde sydero as.
Siene ciuitas ægypti;
Syene in arabia serpentes sunt cum alis:
Syenes marmor circa syenem uel thebas nascitur.
Siet prosit dicebant antiqui:fient p sint.
Siphax numidiæ rex.
Sinius lapis mollis & candidus.
Sypho uas dictum q; aquas sufflando fundat; Orientales enim ubi senserint domum ardere cū siphonibus plenis aqua incēdia extīguunt sed & amari supernis aqs inūdat.
Sigena;genus piscis in mari.
Sigeum promontorium asiæ:ubi hellespontus aptius dilatatur:dictum a taciturnitate:q; hercules prohibitus hospitio a laomedonte troianorum rege simulauit abscessū & ide contra troiam uenit cum silentio qd græce dicit sigē σιγή.
Sigilla signa maiora:a signo sigillum.
Sigilla signa ānulorum per dimunitionē sicut anuli ab annis.
Sigem purgamenta metallos in igne siue rubigo;
Signa quædam stellæ dicuntur qa ea nautæ obseruant in gubernandis nauibus.
Signa notæ.indicia.coniecturæ.uel arma.
Signa litteræ sunt uocum & uoces rerum seu intellectum.
Signat:notat.exprimit.signum facit;

Signo as inde dicitur signator tio signaculū: si/
gnum sigillum: unde sigillo as componitur desi
gno præsigno insigno cōsigno assigno. A signo in
signis & insignio is signifer. significo cans. tius. cā
ter. consignifico.
Signanter: euidenter. expresse:
Significat: intimat.
Significanter. euidenter.
Significantius: expressius.
Signum notamen: indicium. testimonium:
Signum dicitur quod animantis imagine formaſ
ut taurus. scorpio.
Signum primitiuum. deriuatur sigillum diminu/
tiuum & signo as & signio is unde insignitus insi
gnis. significo as. signifer. antesignarius designo
as componitur præsigno resigno.
Signū est quando in hoc quod uideſ aliud intelli/
gitur: dictum q̄ aliquid significet. Signaculum
autem est quod alicui rei ad hoc imprimit ut late
at quousq; referatur.
Signifer auctor qui signum fert ante alios uexil/
lifer.
Signes ægyptii mensuras uiarum uocant quas galli
leugas: græci stadia. latini milliaria uocant.
Signum ciuitas: unde signinus dicit.
Sylla brutus. pprium fuit.
Syla sydera signa. sylia p̄ sylua trisyllabum:
Sylia silua est.
Syllaba græce conceptio: siue complexio dicitur.
απο του συλλαμβανω id est conceptio litte
rarum: syllambano συλλαμβανω enim dici/
tur conceptio: unde uera illa est syllaba: q̄ ex plu/
ribus nascitur litteris. Nam una uocalis abusiue
syllaba dicitur: quæ non tam syllaba dicenda est
q̄ ratio tempor̄.
Syllaba: semipes dicitur: quia est dimidius pes.
Syllabatim: paulatim tēperanter.
Syllabicus: accentus.
Syllanas tubas ideſt syllæ.
Syllani milites syllæ.
Silarus lucus lucaniæ fluuius Ser.
Syllepsis est in dissimilibus clausulis per unū uer/
bum conglutinata cōceptio. ut singularis plurali:
aut pluralis dictio singulari uerbo expleta ut sūt
nobis mitia poma: & pressi copia lactis. fit etiam
per accidentia ptibus orationis sicut quando unū
pro multis & multa pro uno ponuntur: fit & per
genera diuersi sexus: ut cymothoe & triton adni
xus. fit & per numerum: ut Italiam sociis & rege
re recepto: Fit & per tempora: ut hactenus aruorum
cultus & sydera cœli Nūc te bacche canam. Fit p̄
personas: ut hunc socii morem sacrorum hūc ipe
tenebo.
Syllepsis casus discrepantes in una significatione
congregati.
Silent: tacent. placida & īmota sunt.
Sileo: omitto. prætereo taceo nescire me fingo:
Silere ad uocem mutam refertur: tacere uero ad
articulatam.
Silentiū nihil est: Sed ub uox non est silentiū dici/
tur: Sicut tenebræ nihil sunt sed ubi lux non est.
Silenus lucidū. purum serenum fulgens.
Silenus nutritius fuit bacchi. senex.
Siler genus uirgulti uel leguminis.
Siler fluuius iuxta salernum. prisc. hoc siler sileris
terræ fœtus.
Silex ē durus lapis dictus q̄ exiliat ab eo ignis hæc
silex cis: etiam hic silex dicit.
Silicernus: senex incuruus. quasi iam cernens silices
sui sepulchri: uel solum cernens silicem.
Siligo genus tritici: a selecto dictum. Nam in pane
species eius præcipua est.
Siligineus uero panis qui fit ex eo.
Silicon quam latini corrupte siliquā uocant græ/
ce dictum q̄ fructus eius sit dulcis.
Siliqua est genus leguminis quod porci in africa co
medunt: significat autem aliquando folles legu/
minum: aliquando purgamenta eorum.
Siliqua follicus leguminum: proprie tamen cuiuſ
dam arboris fructus lōgus latusq; habens interi/
us fœmina: quibus sit pensum.
Siliqua retinet quattuor grana ordei.
Siliqua habet calcum eiusq; tertiam partem: & sic
scribitur.
Siliqua. xxiiii. pars solidi ē. uocata ab arbore cuius
est fœmen.
Siloa fons est ad radicē montis syon: quæ non iugi/
bus aquis: sed incertis horis diebusq; ebullit.
Siloa fons fluens de probatica piscina interpretaſ
fons luminis.
Syllogismus quem græci uocant nos
ieuitabile possumus appellare q̄ interrogatus hic
inde concludat: & utroq; p̄mat cornu.
Syllogismus græce latine dicit argumentatio uel ī
uentabile: qua inuentū p̄babile exequimur.
Syllogismus est igitur propositionis: assūptionis
confirmationisq; extrema conclusio.
Syllogismis aūt non solum rhetores: sed maxime
dialectici utunt̄: licet & apostolus sicut & alii sæ
pe proponat, assumat: confirmet aq; concludat:
q̄ ut diximus p̄prie artis dialecticæ & rhetoricæ
sunt.
Syllogismorum apud rhetores principalia genera
duo sunt inductio & ratiocinatio. inductionis tria
sūt mēbra. prima præpositio quæ ex similitudi/
ne cōstat in una pluribusue. altera illatio quæ aſ/
sumptio dī ex eo q̄ cōcedi uolumus cuius causa
similitudines adhibitæ sūt introducit. Tertia cō
clusio est quæ aut concessionē illationis confir/
mat: aut quid ex ea cōficiaſ declarat sic. Quæso
xenophon sit tuus uicinus meliorē equum habe/
at q̄ tu: illius ne an tuū malis. illius inquit? Quid
si fundū illius etiam? Quid si uxorem meliorē
habet? at ille cōticuit. Meliorem igitur uis habe
re uxorem quare nisi hoc perfeceris: ut neq; uir
melior neq; lectior fœmina sit interris. semper
id quod optimum esse putabis requires. Ratioci/
natio ē oratio qua id de quo est quæstio compro/
batur per se expositum & cognitum: huius duo
sunt modi: Entymema qui est imperfectus sylo/

giſmus atq; rhetoricus: q; in duabus partibus conſiſtit: ſiue ut quidam dicunt ſola propoſitione.
Alter modus epichetrema latitudine diſtãs dialecticis propter quod rhetoricis datur cõſtatq; modis tribus. primus triptitus ideſt membris tribus Secundus quadripartitus. Tertius quinquapartitus.
Syllogiſmi dialectici ſunt ubi totius eius artis aſtilitas & uirtus oſtenditur: quorum concluſio primum lectorem adiuuat ad ueritatem inueſtigãdam: tantum ut abſit error decipiendi a diuerſarium per ſophiſmata fallarum cõcluſionum. Formulæ cathegoricorum ſyllogiſmorum ſunt tres prima habet nouem modos. Secunda. iiii. Tertia ſex: hos ſi quis plene ſcire deſiderat perihermenias apulei legat. Modi uero hypotheticorum: ſi fiunt cum aliqua concluſione ſeptem ſunt. hos ſi quis pleniuſ deſiderat: librum legat Marii Victorini.
Syllogiſmus eſt oratio ī qua poſitis quibuſdam & conceſſis per ea ipſa quæ conceſſa ſũt propoſitionem ſcilicet & aſſumptionem aliud quiddam nẽceſſe eſt uenire q̃ ſunt ea quæ conceſſa ſunt id eſt concluſio: ut omnis homo animal: omne animal ſubſtantia: omnis igitur homo ſubſtantia: hic enī per propoſitiones quæ cõceduntur omnis homo animal. omne animal ſubſtantia: neceſſario aliud quiddam cõcludiſ q̃ ſint illæ duæ: & ab eis tamẽ uenit. Omnis igitur homo ſubſtantia.
Syllogiſmoꝝ uero alii ſunt prædicatiui qui cathegorici dicuntur. alii conditionales. quos hypotheticos uocant. Et prædicatiui quidem ſunt qui ex oĩbus prædicatiuis propoſitionibus connectunt: ut ſuperius: hipothetici uero ſunt: quorum uel una propoſitio conditione nectitur: ut hic: ſi dies eſt. lux eſt: eſt autem dies: lux ergo eſt: habet ergo omnis ſyllogiſmus propoſitionem. aſſumptionẽ & concluſionem.
Syllogiſmus ſpecies eſt argumentationis.
Silua interdũ fructuoſa: nemus uero arbores frondoſæ & umbroſæ dicunt.
Silua dicta quaſi xila: quod ibi ligna cedant. Nam ξῦλῶν xilon græce dicitur lignum: ſignificat gentes.
Silua ſiluanus ſicut ſylla ſyllanus: ſilueſtris ſiluula ſiluicula: componitur ſiluigena. ſiluicola. Siluia pro ſilua.
Siluanũ latini uocant deum: quem græci pana dicunt. id eſt incubum.
Silueſter: teter: horribilis. aſper.
Silueſtre: opacum. amœnũ. umbroſum.
Siluii dicti ſunt omnes albanorum reges ex ſiluii nomine: ſicut romanorum auguſti.
Siluula ſilua modica.
Silurus: genus piſcis: uiliſſimus eſt.
Sim nomen uici. neutrum.
Symachi græce compugnatores.
Symachus ergo compugnator dicit.
Simachia: compugnatrix & adiutrix.
Symachus interpres poſt chriſtum. ebioneæ hæreſis dicitũr fuiſſe.
Symbolum græce conſilium uel conſultum uel ſignum militare.
Symbolos græce conſultor.
Symbola proprie dicuntur quando a diuerſis pretium conficitur in unum: ut conuiuium inde paretur.
Symbolum græce pactum uel collatio.
Symbolum collatio aut pactum: quod fit homiui cum deo.
Symbolum ſignum ſiue fides: ſiue pecunia congregata.
Symbolum græce ſignũ uel collatio uel iudicium interpretat. Diſcedẽtes. n. apoſtoli ad euãgelizandum hoc p̃dicationis ſignũ uel indicium poſuerunt. Continet aũt cõfeſſionem trinitatis & unitatẽ eccleſiæ: & oẽ chriſtiani dogmatis ſacramẽtũ.
Symbolũ græce ſignum uel collatio. i. qd' plures i unũ cõferũt dici põt. id. n. fecerũt apoſtoli ĩ iſtis ſermonibus ĩ unũ cõferẽdo unuſq; qd' fẽſit. iudiciũ aũt uel ſignũ iõ dr̃ qa i illo tpe multi ſimulabant ſe apoſtolos dei eſſe. iccirco iſtud indiciũ poſuerũt p qd' agnoſceret is q chriſtũ uere ſecũdum apoſtolicã regulã p̃dicaret. Deniq; & ī bellis ciuilibuſ qſq; dux ſuis militibus ſymbola diſcreta tradit. quæ latine ſciſma uel indicia nominant ut ſi forte interroget pdat ſi ſit hoſtis aut ſocius: iccirco nõ ſcribi mẽbranis ſed habere i cordibus tradiderũt: ut certũ eſſet hoc nõ ex lectiõe: quæ interdũ etiã ad ifideles puenire ſolet: ſed ex apoſtolorũ traditiõe ſuſcepiſſe & i tabulis cordis ſcribi. in quo quidẽ pauca ſunt uerba. ſed oĩa continẽt ſacramẽta ſicut a propheta prædictũ eſt quoniã uerbũ breuiatũ faciet dominus ſuper terrã.
Symbamata congruitates.
Simeon interpretatur exauditio: ſicut. n. dixit lya quãdo peperit eum qa exaudiuit me dominus.
Symeon filius cleophæ Iacobo ſucceſſit epiſcopus. filius etiam mariæ.
Symæ capellæ. i. naribus p̃ſis: unde ſimiæ. quoq; dictæ ſunt quaſi ſimæ.
Symiæ dictæ quod ſuppreſſis naribus ſunt: licet & capellæ ſit preſſũ habere naſũ. Alii ſimias latine dictas arbitrant q; in eis multa ſimilitudo rationis humanæ ſentiatur: ſed falſum eſt. harũ genera qnq; ſunt: ex qbus cercophyteci caudas hnt quã quidam claram uocant ſphingæ uilloſæ ſunt comis onocephali tyri: callitrites.
Simiæ plena luna exultant. media & caua triſtant.
Similia: ſubtiliſſima farina farris.
Similogo: genus tritici.
Similare: imitari, exprimere: aſſignare.
Similo as aui.
Similis talis qualis ille: quaſi ſimul ille.
Similitudo: imago, forma figura, effigies.
Similitudo eſt cum ſecundũ ſpeciẽ aliquã uiſam imago pingit uel formatur. figura uero eſt cum ipreſſiõe formæ alicuius imago exprimit. cũ aũt propria liniamẽta exprimunt: imago dici poteſt. Ois igit imago ſimilitudo. ſed nõ conuertit

Symiſta:conſcius ſecretorum. Myſta græce dicit myſterii auctor: ſymiſta uero qui ſub eo eſt:uel q conſcius eſt miſterii.

Simois ſimoentos ſimois ſimoentis apud nos fluuius troiæ.

Simonides quidam poeta fuit lyricus: unde ſimonida metra.

Simones delphines dicuntur.

Simon interpretatur pone mærorem uel obediens uel audiens.

Simon chananæus obedientia pura & humilitas.

Simon chananæus ad diſtinctionem Simonis Petri de uico gallileæ chana:ipſe eſt qui in alio euangeliſta ſcribitur Zelotes:Chana quippe zellus interpretatur quia zelo dei ferbuit:hic apoſtolus egypti pricipatum accepit:& poſt Iacobum catheda hieroſolymorum tenuit poſt annos.cxx.ſub traiano meruit per crucem ſuſtinere martyriū.quinto kalē.nouēbris.iacetq; in porphoro.

Simon ſimonos græce:latine ſimon ſimonis.

Simon malos mores odiens:interpretatur.

Simoniani a ſimone magicæ diſciplinæ perito cui Petrus maledixit pro eo q ab apoſtolis ſpiritus ſancti gratiam pecunia emere uoluiſſet:hi dicunt creaturam non a deo ſed a uirtute quadam ſupna creatā:nec credunt corporum reſurrectionem.

Sympatus græce dicitur:eo q tantam in radice uirtutē hēat:ut fruſta carnis i cacabo aſpſa coagulet.

Simpath ia græce compaſſio.

Simplex.largus.benignus.indulgens.communis.

Simplex ideo dicitur deus ſiue non amittendo qd habet: ſeu quia non eſt aliud ipſe & aliud quod in ipſo:ſicut in homine cuius eſt eē aliud & aliud ſapere. deus autem eſſentiam habet ſapientiam. ſed quæ habet hoc eſt:Et omnia unus eſt:ac deinde ſimplex eſt quia non in eo aliquid accidentis eſt.ſed & quod eſt & quod in ipſo eſt eſſentialiter eſt:excepto q relatiue ad quamcunq; perſonā eſt: priſc.hic & hæc & hoc ſimplex ſimplicis.

Symplegas locus in mari uel lapides uagi in mari.

Simplones conuiuæ.

Symphonia græce conuenientia uocum. hāc ꝑficiūt diapente diapaſon & diateſſeron.

Symphonia eſt conſonantia plurimorum ſonorum & modulationis tēperamētū ex graui & acuto cōcordantibus ſonis in uoce flatu & pulſu:cui cōtraria eſt diaphonia ideſt diſſoniæ uoces.

Symphonia uulgo appellatur lignum concauum ex utraq; parte pelle extenſa:quam uirgulis hinc inde muſici feriunt:fitq; in ea & cōcordat grauis & acuti ſuauiſſimus cantus.

Symphoniaci cantores ſymphoniarum.

Siopan & ſigan σιωπαν και σιγαν tacere.

Sympoſium græce conuiuium.

Sympinium genus poculi.quod & gabata dicitur.

Simul una:pariter. Simul aduerbium congregationum:inde componitur inſimul dicit ſimilis ormus.liter.ſimilitudo ſimilo.as aſſimilo componitur.inde ſimulacrū tor.tio:componit diſſimulo as. inſimulo ſimilis conſimilis diſſimilis ſimilago ſimilaginis dicitur:ſimila ſimſlæ.

Simulacrorum uſus exortus eſt cum ex deſiderio mortuorum conſtituerentur imagines:tanq̄ i cōlis receptis pro quibus ſe in terris dæmones colendis oppoſuerunt: & ſibi ſacrificare deceptis perſuaſerunt.

Simulacra autem a ſimilitudine dicta eo q manus artificis ex lapide aliaue materia eorum uultus imitatur:in quorum honore finguntur. Ergo ſimulacra pro eo q ſint ſimilia uel ſimulata aut cōficta uocantur:unde & falſa ſunt. Et notandū q latinus ſermo ſit in hebræis:apud eos enim idolū ſiue ſimulacrum ſemel dicit. Iudæi hyſmaelem primo ſimulacrum feciſſe:gentiles prometheū: græci cecropem apud ſe dicunt.

Simulat:mentitur:fingit.fraudulenter agit.

Simulamus ignota.diſſimulamus nota. Qui.n. fingit ſe ſcire qd neſcit:ſimulat. qui uero quod ſcit neſcire:diſſimulat.

Simulator dicit a ſimulacro.geſtat.n.imaginē eius qd nō ipſe eſt.quod ſcio diſſimulo neſcio quod ſimulo.

Simulo abſolutū & actiuum & ab eo compoſita.

Simulara ē proprie uermis in capite arietis natus:q dum mouetur facit eum repedare.

Simulata eſt uermis in capite animalis cornua habētis:cōmouens illud ad feriendum cornibus: inde dicitur ſimultantes.

Simultas:dolus.inimicitiæ.lis diſſenſio.rixa.odium:occaſio inimicitiarū.

Simulat.inimicos facit.inſectat.fugat.

Sin q ſi ſignificat.Remi.Sin: ſi uero: ſi non: q ſi.

Sin coniunctio cauſalis uel confirmatiua.

Sin græce latine con ſimul ſignificat:priſc.uel circum.Sin tētatio uel rubet interpretat.

Syna mādatū interpretat:qa legem ibi ſumpſerunt.

Syna locus deſerti eſt:q & ſyn:ſed hic magis locus montis:q in ipſo deſerto eſt apellat.

Synai interpretat menſura uel mandatū ſiue tentatio uel ampnora mea.

Synagoga græce cōgregatio dicit.quod proprium nomen populus iudæorum tenuit q̄uis dicta eccleſia ſit:noſtram uero apoſtoli ſynagogam nunq̄ dixerūt:ſed ſemp eccleſiā ſiue diſcernēdi cā:ſiue q congregati:qd ſynagoga interpretatur. & pecora ſolent:quorum greges pecora dicimus: conuocari uero quod eccleſiæ pertinet: magis eſt utentium ratione:ſicut ſunt homines.

Synalœphæ eſt per interceptionē concurrentiū uocalium lubrica:quædam leuiſq; colliſio:ut multa quoq; & bello paſſus dum cōderet urbem: hæc a quibuſdam ſynereſis nominatur.

Sinalœpha græce dicit quaſi quodam ſaltu tranſmittens.

Synalœphe colliſio uocalium adiunctarum.

Synecheis faucium tumor cum feruore.

Synechis a continentia ſpiritus & præfocatione. dicta propter dolorem faucium.græci enim ſynechein σ υνεχειν continere uel præfocare dicunt huius duo ſunt genera.

synapotheneſcopes ὁ σύναποθνήσκοντες fratres commorientes ſimul gerentes mores: fabula de duobus fratribus facta.
Synapis appellatur q; foliis ſit ſim lis napi. hæc ut auctores aiunt calidam uirtutem habet: & egeritur: ſed ſtringit urinam, crudum in cibo ſumptū ſtomacho contrarium: coctū uero in olere iuuat ſtomachum. Sæmē autem eius tritum cum aceto ſerpentium uulnera curat.
Synapi genus hærbæ neutrum: quanuis hæc ſynapis dixerunt.
Synapi ſicut gumi ideclinabile magis ſūt peregrina
Synatriſmos eſt congregatio criminum & beneficiorum in unum ad monendos animos.
Synatriſmos eſt quod uno tractu concluditur. uel congregatio multorum.
Synaxis græce hora dicit: quando fratres cōueniūt
Sympotica græce conuenientia.
Syncathegorema græce circum ſignificans dicitur ideſt omnis dictio præter nomen & uerbum ſecūdum dialecticos.
Syncærus quaſi ſine corruptione: cui contrarius eſt inſinceris ideſt uitiatus corruptus.
Syncerus: rectus, benignus, uel ſine dolo: aut ſanus. ſimplex.
Synceres pluraliter puri &, ſine admixtione corruptionis.
Sycinnum quaſi ſingularis cantilenæ uox. ideſt cū unus canit: quod græce monodia dicitur cū udro muſti: chorus.
Synciput pitis ſemis caput: ſine capite. āterior pars capiti: ſanum caput.
Syncipitium: dimidium caput.
Syncletos græce ſenatus.
Sincletius ergo ſenator.
Syncreſis cōmixtura duarū uocalium in unum ſonum: & ita confunditur una.
Syncreſis: confuſio.
Sinchronion: unius temporis.
Syncopa ablatio de una dictione contraria epēthe ſi: ut audacter, p audaciter.
Syndabalum: fundibalum.
Syndeſmos græce coniunctio dicitur.
Syndeſmos eſt collatio quando bona & mala inter ſe comparantur.
Syndon: lineus pannus.
Syndonem græci uel latini uocant amictorium lineum fœminarum: quo humeri operiuntur idē & conabolagium.
Sine: extra, abſq;, priſc.
Sine p̄poſitio caſus ablatiui ſicut abſq;: habentq; ſimilem ſignificationē quæ eſt negatiua nec in compoſitione inueniuntur.
Sinere: pmittere: ab aliquo ſoluere.
Sino ſinis ſini ſitū: ſinor inde ſitus: cōponit deſino.
Synecdoche eſt conceptio cum a parte totum uel a toto pars intelligitur. Vt ingens a uertice pontus in puppim ferit. Nō enim totum pelagus ſed partem ideſt fluctum dixit. a parte totū: ut puppeſq; tuæ pubeſq; tuorum. Nō enim ſolam puppim ſed totam nauem dixit: aut per id quod dicit: id qđ ſequitur: ut iam ſumma procul uillarum culmina fumant: p quod u eſperum ſignificatur.
Synecdoche græce quaſi continua conceptio dicit græci nāq; continuum ſynecdochen dicunt.
Synæreſis conglutinatio duarum uocalium in unā ſyllabam: ut dii.
Synæreſis cum differimus aliquid petentes ut interim nos permittant aliud dicere: his figuris amplificata expolitur oratio.
Synergus ideſt coopertator: nam erga græce opera τὰ ἔργα.
Synedræ: ſellæ curiales.
Synedrium conuentus.
Syneſictonal gallition hæba medicinalis eſt.
Singillatim per unumquenq; ſeparatim.
Singulariter: unice, maxime, eximie.
Singuli unuſquiſq; per ſe quaſi ſine angulo: & fit ſenſu non littera ab uno. ut bini a duobus terni a tribus: quæ ſunt diſtributiua.
Syngrapha multorum ſcriptura uel cautio.
Syngraphū: cautio uel ſubſcriptio chirographi.
Singultus: uiſcerum pulſus, ſuſpirium, gemitus.
Singultus ex ſtomacho fit, aut ex frigore aut ex frigido bibendo aut ex multo cibo uel potu uel paruo.
Singultare: ſuſpirare.
Singulto ſingultas.
Sineſtra: ſinens extra.
Siniſter: contrarius, noxius, truculentus.
Siniſter ſiniſtra ſiniſtrum.
Siniſtra dicta quaſi ſine dextra. uel a ſinendo: q; rem fieri ſinat.
Synochus quod eſt continuus febris eſt, quæ ita diſtinguitur a ſynoche: quod ſynochus nō habet anſim ideſt requiem.
Synoche uero dum ſimulat ægritudinem retinet dubietatem.
Synochi tres ſunt ſpecies: ameſtionus aginaſticus epaginaſticus.
Synocitidæ gemmæ umbris inferorum euocatæ a paganis dicuntur.
Synodus ex græco in latinum interpretatur comitatus uel cœtus. id eſt conuentus uel multitudo plurimorum in unum.
Synodiæ communes.
Synonyma ideſt plurinomia eo q; in pluribus nominibus ſit ſignificatio una. ut eſt illud ſcio calleo teneo: uel enſis gladius mucro.
Synonymum eſt quoticns in connexa oratione pluribus uerbis unam rē ſignificamus: ut nihil agis: nihil moliris nihil cogitas.
Synopis terræ ſpecies inuenta plurima in pōto eſt unde nomen a ſynope urbe accepit, ſpecies eius ut ait plinius res ſunt: rubra & minus rubens & iter has media.
Synopis & amiſon ciuitates ponti.
Sinon hærba.
Sympathion: cōpugnantia.
Sympathia: compaſſio.

Sympaſcho συμπάσχω græce compatior:
Sympſalmā dicitur uocū copulatio in pſallendo:
Symplagiū dicit minus ræte a plagis ideſt funibus rætium.
Symphitum hærba:quam alii cōfirmam dicunt.
Symphoſin itinerum uel uiarum.
Syntaxis græce appoſitio,conſtructio.
Synthaxin græci dicunt ordinationē ſiue conſtructionem dictionum.
Syntagma:dogma documentum:ſtructura ordinatio.
Syntegma compoſitio partium:
Syntema,ſpicarū compoſitio.
Synthetícos paſſio quædam:cuius apoſtema intus eruperit.
Sinthesis hyperbaton ē ex omni parte cōfuſum ut Tris nothus arreptas ī ſaxa latētia torq̄t. Saxa uocant itali mediis q̄ in fluctibus aras.Etenim ordo talis eſt:tris arreptas nothus in ſaxa torquet:quæ ſaxa mediis fluctibus latentia itali aras uocant.
Synteleſtes græce municeps fœmininum.
Syntoma quando ſimul multi cadunt:
Syntoma:uitium.
Syntoma græci uocant:quas nos accidētias dicimus ideſt capitis dolor:fluor nariū.uomiti impetus urinæ uentriſq;nimietas,ſudoris ſolutio: & cætera talia.
Syntoma accidentia ſunt febribus ut capitis dolor & cætera.
Syntonomia græce conciſio.
Sinuat: torquet complicat.
Sinuatum:curuum,pandum,conuexū, replicatū:
Sinus receptaculum aliquod,portus,flexio maris.
Sinus dicitur ſinuatæ ueſtis receptaculum:gremiū uero interius accuratæ ueſtis ſecretum ptí.hic ſinus nus a ſinuatus p ſyncopam.id eſt reuolutio: hoc ſinum ſini pro uaſe dicitur producta penultima,dicitur tamen & hic ſinus.
Sinus uas fuit antiquitus:hunc uarro a romanis primo lepiſcam,deinde gremium,tertio ſinū dicit uocatum:pro quo nunc œnophorum & depeſtā nominat iuxta græcum.
Sinus dicunt maiores receſſus maris:ut ī mari magno ioniuſ,in oceano aretheo caſpius:in indis mare rubrū:quod etiam oceano aſcribitur.
Synzigiæ συζυγίαι græce coniugationes.
Synzuga ideſt cōiuga ſimilia:ut mei tui:ſapiēs tertia ſapientia.
Siocriſis ē collatio quando quis meliorem cauſam ſuam q̄ aduerſarii demōſtrat:uel conceſſio quādo mala importune deſiderantibus concedimus.
Sion mons eſt iuxta muros urbis hieroſolymæ conſtitutus:interpretaſ uero ſpecula uel ſpeculatio. Nam hæc ciuitas a dauid in monte conſtituta ē.
Sion mons eſt qui intra hieruſalem primo poſitus fuit:nūc uero extra eſt,interpretatur autē ſpecula,quia de eo ſpeculabantur aduenientes.
Sion iterptaſ ſpeculatio ſignificat ſctām eccleſiā.
Sios æolice deus dicitur.
Syor aquas turbidas.
Siphārium dicitur omne quod ante cantantem pro pretio ſuſpenditur.
Siparū genus ueli unum pedē habēs:quo iuuari nauigia ſolēt quotiens uis uenti langueſcit:qđ ex ſeparatione exiſtimant dictum.
Sciopodæ dicti ꝙ ſupini ſe cooperiant pedum magnitudine.
Sipus ciuitas iuxta montem garganum: unde & ſipontus dicitur.fœmininum.
Syn græce con latine.
Siqua ſi aliqua,aut ſi quomodo.
Siquis & nequis & aliquis infinita ſunt.
Siquidem,ſi tamen.
Si quominuſ.ſi aliter q̄ dico.
Syracuſa urbs ſiciliæ.
Syraculius theocritus dictus eſt.
Syraculana ciuitas in pachino eſt.
Syra gēs ē de ſyria ſiue fœmina,ſura uero ps pedis.
Syramforas latini furarios uocant a genere uinculi quo prius ligabantur.
Syraſirin hebraice:latine dicun ur cantica canticorum.
Syrena:umbra in mari ideſt lamia:
Sirem σεῖρην a σεῖρη per ei diphthōgum ideſt græce cathena.
Siren deo canens interpretaſ priſ,hæc Sirē ſirenis.
Sirenas phiſiologus dicit animalia eſſe mortifera in mari:quæ a capite uſq; ad umbilicū figurā hominis habeāt:extremas uero partes uſq; ad pedes uolatiles & dulciſſimæ melodiæ carmen canunt ita ut per ſuauitatem uocis auditus hominū a longe nauigantium ad ſe trahant & graui ſomno ſopitos dilanient.De his dicit Eſaias Sirenes & dæmonia ſaltabunt in babylone.
Syrenes in Eſaia dæmones aut dracones magni criſtati & uolantes a quibuſdam putantur.
Sirenas tres fingunt fuiſſe ex parte uolucres & ex parte uirgines:quarum una uoce;altera tibiis:tertia lyra canebat;quæ illectos nauigantes cantu in naufragium trahebant.Secundum ueritatem autem meretrices fuerunt:quæ tranſeuntes ad egeſtatem deducebant.Alas autem habuiſſe dicūtur & ungulas quia amor uolat & uulnerat.in fluctibus commorari quia fluctus uenerem creauerūt. hæ ferūt fuiſſe filiæ achelot: quæ cum legerent flores cum proſerpina ipſa a plutone rapta tādiu eam quæſierūt donec mutatæ ſunt in aues:humanis tamen capitibus & uoce; atq; in inſulas maris ſunt tranſlatæ.
Syrenſis eſt correptio pronunciationis.
Sirreo græce confluo.
Syrexis,ideſt ruptio apoſtematis.
Syri a ſyrin uocati perhibent:qui fuit nepos Abraā ex cethura:quos aſſyrios ueteres appellarunt.
Syria ab oriente fluuio euphrate: ab occaſu mari & ægypto terminatur:tangens a ſeptentrione armeniā:& capadociam a meridie. habet autem in ſe prouincias comagenam: phœniceam & paleſtinā,cuius ps ē iudæa abſq; ſarracenis & nabatheis

Syria interpretatur sublimis.
Syricū rubri coloris pigmentū, ipsum est & fœnicem: quod syri & phœnices in rubri maris littoribus legunt: est & interfactitium.
Syrius stella est: quā uulgo canē uocant.
Syrius dicta propter flāmæ cādorem: q; eiusmodi sit: & præter cæteras lucere uideatur. hæc oriens mundum ardore exurit. interdum morbo corpora afficit: ab hac enim dies caniculares dicunt: q; hi plus flagrāt ardoribus q̄ dies totius æstatis.
Syrius stella in ore canis posita.
Syrus uero homo de syria.
Syrinx græce latine dicit fistula: unde siringa dicta quæ i harūdinē est mutata: ex qua fit fistula.
Syrma est series orationis tenorem suum usq; ad ultimū seruans: ut illud principio cœlū terras cam posq; linquentes lucentēq; globum lunæ titaniaq; astra spirirus intus alit.
Syrma longa reuolutio uestis uel alterius rei dicit
Syrma dictio longa uel longaria id est longa scriptura.
Syropheum uirginale pallium fuit.
Syrophenissa: fœmina de syriis: qui sunt in fœnice chananea.
Syromastes fortis.
Syro græce traho: unde syrtes seiro uero canto: unde sirenes in mari esse dicuntur dulciter canētes.
Syrpe hærba quædam aquiua, pereatur lac syrpicum idest laser.
Syrtes sinus africi maris duo maior & minor q; in se naues trahat.
Syrtes sunt harenosa loca in mari: quas Saluſtius a tractu uocari dicit: q; ad se trahant & appropinquanti uadoso mari hæ eant: hæ mari ægyptio uicinæ sunt: & pariter admiscentur.
Syrtes tractus aquarū rapaces, scopuli supra mare loca harenosa uel arida accedunt & recedunt.
Syrtis cū plurale semper sit quomodo alpis: tñ singulariter a poetis profert: & facit hæc syrtis has syrtis quia græce syrteis ὁ συρτεις ὁ.
Syrtites gēma dicta quia in littore syrtium primū inuenta est in parte lucaniæ.
Syrtis lapis dictus a syria ubi reperitur.
Sisanium genus pomi græcum est.
Sisara & iabin principes militiæ: quos occiderunt mulieres debora & barach in torrente cyson.
Sisara interpretatur futurū iudiciū. uel gaudio exclusio. uel equi uisio.
Siser genus leguminis uel piscis, neutrum.
Sisimbrium hærbæ genus.
Sismus ὁ σισμος græce terræmotus & fumus.
Sisyphus saxum contra uerticē montis uertere dicit: quia prodidit louem de ægina Asopi filia.
Sistarchia, ppie sunt naturarū. dictæ q; sint sutæ substātiæ. uel uascula in quibus portantur cibi.
Sistemata principales partes musicorum.
Sistere interdum resistere uel prohibere: idest qui aliquam rem in loco stare facit assistere: in medio adesse consistere. habitare uel stare.
Sistit stare facit repugnat.
Sistitur, præsentatur, obtinetur.
Sisto tis stiti stitū. uel sisto sistis statui a statuo uel steti a sto.
Sistrū ab inuentrice uocatū. Isis enim regina ægyptiorum id genus inuenisse probatur: hæc aguina uocantur.
Sistrum lingua ægyptiaca dicitur tuba: cū qua Isis describitur.
Systole est correptio contra naturam.
Sita: positā.
Sitis nihil est, sed ubi potus deest: sitis noiat: sicut tenebræ: ubi non est lux.
Sitis: ide sitio sitis cōponit scyphus. i. sitim fugās.
Sitio sitis sitiui.
Siticulosus qui semper sitit.
Sitis dicitur quasi siccatio itineris sucorum.
Sitis gēma uiridis uel sicut dicitur iaspidis genus dicta q; in scythia inuenitur.
Sy ὁ ῦ græce latine tu pris.
Sythonia thracia a rege sithone.
Sithonius mons thraciæ: ubi ppetuæ niues sunt.
Sitropedes uasa fictilia coquēdi cū tribus pedibus.
Situla serpens dicta: quia quem momorderit siti pereat: eadem & dypsax.
Situla dicta: q; sitientibus apta sit ad bibendum qd' græci cadū dicūt: uulgo modiosum dicitur.
Sitū: positū uel positio: seu cōpositio ipsa a sinor.
Situs: habitus, odor malus ātiqtas, natura, modus.
Situs proprie est humor diutino tēpore collectus in sordes.
Situs tus negligentia. a sinor.
Situs antiquitas positio.
Situs a positione dictus: ut quis aut stet aut sedeat
Siue seu: cōponitur ex si & uel: unde aliam cōiunctionem quærit.
Smaragdus gemma: cui nihil uiridius cōparātur.
Smaragdus uirens nimium: dat lumen oleaginum Est fides integerrima ad omne bonum patula: quæ nunq̄ scit deficere a pietatis ope.
Smaragdia a smaragdo deriuat penultia correpta.
Smyris lapis asper & indomitus oia terens.
Smyrna calami cassia in arboribus nascūtur ad pigmenta.
Smyrna asiæ minoris urbs canticū eog; interpretat
Smigmata: unguenta. sabanum. laumentum.
Sobal interpretatur uana uetustas, nomen uiri: un orta est gens.
Sobath hebraice februarius mensis.
Sobrinus: qui de sorore nascitur.
Sobrius: temperatus, moderatus.
Sobrius: sine ebrietate:
Sobrietas: parcitas, temperantia.
Socita.
Socer dicitur a societate generis.
Socer uir qui generum habet.
Socrus uero fœmina: quæ nurum habet.
Socer ri. cuius fœmininū cum socera debuit esse socrus crus fecit.
Socci cuius diminutiuū soccelli de dicti: q; succū habeant: i quo pars palantæ initiat. Socci autem

nō ligātur ſicut caligæ:ſed tātum imittūtur. Cernui ſocci ſunt ſine ſola ligati uero:quos nos ſolia cos uocamus: clauati autem eo ꝙ de minutis clauisſola conligetur.

Soccis comœdi utuntur:genus eſt calciamenti.

Soccus calceolus.

Socifena quæ ſociat aliquos uel ſocitina a ſatiōe dicta ideſt lucina.

Sociat.coniūgit.amicat inde ſocius:unde ſocietas alis aliter:componitur conſocio conſocias conſocius.

Socius a conſortio dicitur:particípes:adiutor.comes.

Socius eſt qui in aliquo pacto mihi ad aliquid gerendum coniungitur Amicus uero eſt.qui mihi uſu uitæ ſimiliter fideli amore coniungitur.

Socii dicuntur propter periculi aut operis ſocietatem quaſi unum colligati.

Societas:amicitia pax.fœdus.

Secors.imprudens.negligēs.ſtultus.fatuus.hebes.

Secors:quaſi ſine corde.

Secordia:ſtultitia.

Socrates primus philoſophoꝝ.

Socratici philoſophorum genus.

Socrates romanus ſophroniſci filius diſcipulus uero diutimæ mulieris fuit.hic ex patre quodam cæſore lapidis ortus eſt: & ipſe diu paterna uſus ē arte.ideſt ſculptor ſtaturaꝝ fuit.huius diſcipulus fuit plato ariſtonis filius:qui eloquenita ſua omnes philoſophos.ſuperauit.

Sodales dicuntur qui ad ſymbola conuenire cōſueuerunt:quaſi ſuum dantes:alias quaſi ſedantes ꝙ ſimul edant.

Sodalitas amicitia.idem ſodalitium.

Sodes aduerbiū alludentis uel uerbum blādientis

Sodoma interpretatur excluſio eorum:inde ſodomiticus ſodomitatius.

Sœne caſtꝝ in finibus æthiopiæ.ubi eſt turris magdal:ubi ſunt nili cataractæ.uſq; ad quem locum nilus nauigabilis ē.

Sophar interpretatur ſpeculum diſſipans:uel ſpeculatorem diſſipans.

Sophonias interpretatur abſcondens ea.

Sophonias ſpeculum uel arcanum domini interpretatur:utrunq; uero propheræ conuenit:ipſe enī ſcit myſteria dei.

Sophroneſis græce uirtus dicit.quæ moderatæ ēt licitis utitur.i.temperantia.

Sophronium:pudica.

Sophrō pudicum.σωφρονεστὸ græce caſtitas nō ſobrietas.

Sogolla quod ſymachus. .i.p̄cipuū tranſtulit.

Sol dictus ꝙ ſolus appeat obſcuratis fulgore ſuo cunctis ſyderibus. Solis equi quattuor pinguntur pyrous ideſt ſplendens.Eous ideſt calens.æton.i. ardens phlægon.ideſt repeſcens.has enim quattuor naturas habet quando oritur ſplendens eſt: & ſic per cætera.

Solis radius nulli prior nulli lōginquior.ſimiliter & globus lunæ æqualis eſt omnibus:ſimilis ſol & indis & britannis eodem momento uidetur cū oriturnec dum mergit in occaſum minor apparet orientalibus q̄ occidētalibus & item ecōtrario ſol a nullo diſtat:nulli potentior:nulli remotior.

Sol ſignificat dominū uel tribulationem perſecutionum:uel aptam & manifeſtam rem.

Sol ſignificat prædicatores aliis ſplendentes.

Sol ſingulariter ipſum luminare ſignificat:pluraliter ipſos dies:uel pro ſplendentibus rebus.

Sola:deſerta ſingularis.

Solamen:conſolatio.lenimen.a ſolor aris.

Solatium:oblectamentum.leuamen.refrigerium.

Solarium dictum ꝙ ſoli & auris patet.

Solarium dicitur a ſolero as. ideſt altum ædificio quæ excelſa eſt domus uel a ſole.

Solari:conſolari.lenire.ſubleuare. quaſi ſolidare.

Solor aris commune antiquitus.priſ.

Solero & ſoleror idem ſignificabat antiquitus id eſt ſolarium ædifico.

Solœciſmus eſt uitioſa compoſitio uerborum: ut inter hominibus pro inter homines: plurimorū enim uerborum eſt inconueniens diſpoſitio:ſicut barbariſmus untus uerbi corruptio.dictus autem ſolœciſmus a ciuibus:qui ex urbe ſoloe:quæ nūc pompeiopolis dicit̄ profecti cum apud alios cōmorantes ſuam & illorum linguam uitioſe:inconſequenterq; confunderent:ſolœciſmo nomen dederunt: unde ſimiliter loquentes ſolœciſmum facere dicuntur.

Solœciſmus apud poetas ſchema dicitur: quotiēs in uerſu neceſſitate metri factus inuenitur. Cum autem non eſt neceſſitas:permanet ſolœciſmi culpa:fit autem per partes orationis:ut puta ſi unam partē pro altera ponamus:ut toruum nomen pro torue aduerbium:apud amicum pro ad amicum & ſiluis pro in ſiluis: aut per accidentia partibus ut per qualitates ſicut proprium pro appellatiuo: per comparationem: ut ſanctus hominum p ſanctiſſimus.per genera ut amaræ cortices. p numeros ut pars in fruſta ſecant. per caſus ut urbem quam ſtatuo ueſtra eſt: p urbs.per modos ut itis p ite:per ſignificationē:ut ſpoliātur eos pro ſpoliāt per tempora:ut cadit pro cecidit:per perſonas:ut danai:qui parent atridis ſumite arma pro paretis Accidētia autem partium orationis ſūt.xii. Qualitas.comparatio.genus.numerus.figura.caſus. p ſona.ſignificatio:tempus.coniugatio.poteſtas.ordo:fiunt præterea plurimis modis: quos omnes potius uitare debes q̄ ſequi: qui regulam recte loquendi tenere ſtudes.

Soloeciſmus ideſt ſoloes uitium: quia linguā aliorum uitiat.

Soloeciſmus dictus σολοικισμος ideſt ſani uerbi corruptela.

Solere:conſueſcere.

Soleo es ſolitus ſum.neutrum paſſiuum.

Solechis canicula ab ægyptiis dicit.

Soleæ genus calciamenti a ſolo pedū uel uincuii.

Sollennes dies dicũtur: qui ad hoies ptinent ut parentalia tur cũ quis defuncti officia expleuerit: dicit̃ sollẽnia prẽstitisse.
Sollẽnia: solita festa: lætitiæ religiones.
Sollẽnitas a sanctis dicit̃ ita susceptа: ut mutari ob religionem non debeat.
Sollẽnitas ab eo q̃ solet nomen accepit, quõ perennitas dicitur fluminis: quæ non siccata est per totum annum. Ideo autem sollennitas celebrat̃: ne quod semel factum est de memoria tollatur.
Sollers dictus q̃ sit sollicitus in arte & utilis. Sollers enim antiquitus dicebatur: qui erat omni bona arte instructus.
Sollers: ingeniosus, sagax, peritus, cautus.
Sollertia: industria: sollicitudo.
Selea genus piscis in mari dicta q̃ sit instar talciamentorum solis. Nam solea græce genus calciamenti purum solum habens.
Sollicitus: inquietus, anxius.
Sollicitudo, anxietas, confusio, ægritudo, mæror cura superflua.
Sollicitudo moderata est ac temperalis non ut cura: quæ est sine moderatione: unde dicitur eo q̃ corruat.
Sollicitat: commouet.
Solicophanes figura quæ masculinum & neutrum uel actiuum cum nentro iungit.
Solidum, ualidum, firmũ quasi solo datũ, integr.
Solidare: firmare: robarare, integrare.
Solidus dictus: quia nihil sibi deesse uideat̃. solidum enim ueteres integrum dicebant & totum: unde & dicit̃. Ipse quoq; nũmisma uocat̃: pro eo q̃ principium effigiæ signatur.
Solidum apud latinos alio nomine sextula dr̃: cuius tertiam partem ideo dixerunt tremissẽ, q̃ eũdem solidũ faciat ter missus. Ab initio uero unũ nũmisma unus argenteus erat.
Solidus aureus uel argẽteus uel æreus qui noĩbus & effigiæ principium insignitur.
Solifuga animal est in sardinia perexiguũ araneæ forma dicta q̃ diem fugiat: superſedentibus est pernicioſum.
Soliloquium dicimus cum ad interrogata ipſi nobis respondemus.
Solisequia hærba est: quæ cum sole oriente uel occidente flores aperit & claudit hanc græci heliotropium uocant.
Solis gemma candida est: trahitq; nomen spem solis: spargit enim radios.
Solyma poetæ dicunt corrupte p hierosolyma.
Solstitiales dies dicuntur: in quibus sol stat crescẽdi spacio dierum noctiumue.
Solstitium enim est: cum sol stat in ascensu uel descensu.
Solstitialis annus. est cum sol expleto per oĩa signa circuitu in id unde principium sumpserat recurrit. Ipse & solaris annus uel ciuilis per trecentos sexagintaqnq; dies perficitur.
Solstitia duo sunt, primum hyemale, viii. kalẽdas: ianuarii: quo sol stat in descẽsu & dies decrescere incipiunt. Alterum æstiuum octauo kalendas iulii: quo sol stat in ascensu: & noctes crescere incipiunt: his contraria sunt duo æquinoctia unum uernale octauo kalẽdas die aprilis: alterũ autumnale octauo kalendas octobris.
Solstitium aũt dicitur quasi sol̃s statio.
Solstitium æstiuum: ideo dicitur lampas q̃ ex eo die lampas solis claritatem & calorem maiorem accipiat.
Solstitia duo a pluribus esse dr̃. xii. kalẽdas ianuarii. &. xii. kalẽdas iulii, sicq; duo æquoctia. unũ xii. kalendas aprilis. alterũ. xii. kalendas octobris
Solitum: frequens. assuetum. usitatum.
Solium in quo reges sedent propter tutelam corporis secundũ quosdã a soliditate dictũ. Alias p antiſtichon quasi sedium a sedendo. unde sella quasi seda & subsellia quasi subsedia.
Solium latini: græci thronũ uocãt. Sella regalis ẽ:
Solon id est totum: inde solleres sollertia. sollertus, sollicitus.
Solor aris cõmune antiquitus consolor subleuo.
Soluere: liberare: destruere, fundere.
Soluo uis ui.
Soluor solutus: inde solutor solutio: resoluo. resolutorium.
Solus: singularis, unicus.
Solus solius, inde solitudo solitarius.
Solor aris solamen solatiũ, consolor. A solo fit sol q̃ solus liceat: uel super omnia lucens: a quo solatium. Conponitur solstitium: unde solstitialis. A solo componitur solliuagus: sollennis, solennitas solenniter.
Solũ est omne quod sustinet a soliditate dictum.
Solum terra dicitur.
Solum inferior pars pedis est. dictũ q̃ eo terræ uestigia imprimimus, uel quia eo sustinemur.
Solurus genus piscis.
Solurius mons hispaniæ a singularitate dictus q̃ altior cæteris uideatur: uel q̃ radius solis in eo anteq̃ ipse cernatur.
Solutus, uentosus, uanus, garulus, fusus.
Soma dictum quasi quoddam schema id est aniæ sepulchrum: quod est corpus.
Soma τὸ σῶμα græce corpus.
Somatopeia est in corporeis rebus corporeorum attributio.
Somanites interpretatur obediens.
Somnus est quo dormimus: somnium uero quod dormientes uidemus quorum somniorum imagines sex modis tangũt animum. Quædam enim somnia uentris plenitudine uel inanitatem occurrunt: quædam ex propria cogitatione, quam in die hũimus: quædam spũm̃ immundorũ illusione, sicut auguriãtibus fiunt. Quædã supnæ reuelationis mysterio, sicut in sõnis ioseph angelus apparuit. Nõnunquã permixte id est cogitatione & reuelatione simul daniele dicente. Tu rex cogitare cœpisti &c.
Somnus significat mortem carnis uel torporem negligentiæ: aut calcatis desideriis quietem uitæ.

Somniorum imagines animum tangunt his modis uentris plenitudie uel inanitate illusiõe & cogitatione:cogitatione simul & illusione: reuelatione cogitatione simul & reuelatione:

Somnus est intimi ignis coertio & per membra molita & labore relaxata diffusa quies.

Somnium proprie ex uisu procedit cũ sui uis ignis quiete clausa atq; sopita est. Tũc cuiusmodi erãt reliquiæ:& quibus in locis talia pariaq; somnio& simulacra nascuntur idest rationabilia in capite de ira & ultione in corde: de libidine in renibus.

Somnium est quod ex cõmotionibus animæ obori tur. Visum uero est:quod ex diuina uirtute legatur:admonitio cum angelicæ bonitatis consiliis regimur & admonemur. Spectaculum cum uidẽ dam nobis uigilantibus se offert cælestis potestas clare iubens aut prohibens forma & uoce mirabili. Reuelatio quotiens ignorantibus sortem futuram iminentis exitus secreta panduntur.

Somnium. uisio. oraculum. insomniũ. phantasma quod & uisum dicitur.

Somnium & similia quæ habent m ante n in eadẽ syllaba debent pronunciari.

Somnis ipedimentum.

Somptophane. chægypciace saluator mundi.

Sonam interprætatur pecus eorum uel dentes eorum.

Sonare. sonum emittere uel facere.

Sono sonas & sono sonis eiusdem significatiõis sonui præteritũ sonitum.

Sono as. inde sonus soni. sonitus tus sonorus ra rũ componitur dissonus. armisonus. altisonus. consonantia; A sono nomine componitur sons sontis: unde componitur insons.

Sonorus bene sonans. sono grauis.

Sons:nocens. culpabilis. dictus quasi satis nocẽs uel sonando nocens.

Sonticus morbus. sacer uorax.

Sonus est quicquid sensibile auditur: sonitus uero confusæ uocis.

Sonus est motus aeris: huius tria sunt genera. uoce ut per fauces: flatu sicut per tubam. pulsu sicut p lyram &c.

Sopa:supa.

Sophia græce sapientia.

Sophi:sapientes.

Sophisma tigmentum:eo q; fingitur cõmentũ.

Sophismata falsæ conclusiones uerborum:ubi in falsis sententiis connexionis ueritas manet.

Sophisticus sermo captiosus uel abũdantius q̃ gra uitatem deceat uerborum ornamenta coniecta ris. Augustinus.

Sophista græce:latine sapiens.

Sophistica:argumentosa. callida.

Sopire:mollire. lenire. sepelire blandiri. dormire facere. extiguere. terminare.

Sopio pis sopior sopitum somno grauatum:sopo ratum uero perpetuo quiescens.

Sopor lenis somnus.

Sopor aris soporatus:somno grauatus. pressus;

Sopio pis piui sopitus sopor.

Soporo as soporatus. componitur soporifer.

Sophonias propheta fuit interpretatur speculatio dei uel sapientia. aut condensio.

Sophocles grandiloquus scriptor fuit tragœdiaꝝ

Sophrosyne græce prudentia dicitur latine.

Sor fortis uel petra ciuitas siue tyrus interpretatur uel tribulatio. hebræum est.

Sora ciuitas italiæ.

Soracte tis. mons est uersus campaniam neutrum.

Sorba græce latine mespila dicta sunt poma silue stria.

Sorba arbor cuius poma similia sunt mespilis magnitudine & forma:sed ossa & folia non habent a sorbendo dicta quia dulcia sunt.

Sorbet. haurit. uorat gluttit.

Sorbeo bes bui sorbitum. ide sorbillo diminutiuũ & sorbo bis prisi.

Sordet:horridum est tabet. lãguet.

Sordeo sordes dui.

Sordes:macula:tabes. culpa:uitium. squalor illuuies.

Sordeo des sco. hæc sordes dis:sordidus ior ssimus sorditas unde surdus. ior. ssimus surditas cõponitur absurdum.

Sordidus:spurcus. immũdus.

Sordido as actiuum. hinc sordeo es. absolutum.

Sorech:initium nouum.

Sorech genus uitis optimæ interpretatur electa uel dilecta sicut in Esaia.

Sores fluuius orientis uel gens.

Sorex soricis animal mus dictus q; rodat & in morem serræ præcidat. Antiq sauricem sicut & clodum & claudum dicebant.

Soriscula. uasculũ aquæ.

Soritica ars est uel argumentum philosophorum.

Sorita propríe minutissimarum rer& in unũ collectio poniturq; p minutissimis quæstionibus.

Sornis quædam terra est secundum clima.

Sarcophagus lapis dictus q; corpora defunctorum cõdita in eo intra .xl. dies absumãtur.

Sarcos σ ορος .n. græce arca dicitur φαγειν. comedere.

Saroon. sepulchrum. arca in qua mortuus ponitur Iuuenalis de alexandro. Sarcophaco contentus erit.

Soror ita intellígitur ut frater. Nam soror ex semine dicta q; sola cum fratribus in sorte cognatiõis habeatur.

Sororius sororis filius.

Soros σ ορος græce aceruus.

Sors fortuna conditio. fatũ uel euentus.

Sors sortis. unde sortiri.

Sors sordis unde sordes:quod quidam negant.

Sortilegi. uates augures qui dant sortes.

Sortilegi sunt qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas sanctoꝝ sortis dicunt diuinatiõis scientiam ꝓfitentur.

Sortitur:disponit. ordinat. sortem emittit.

Sortior & sortio idem significabat ãtiquitus.

Sortior tiris tor fors'tis ũde componitur ſortilegus exſors exſortis.
Soſia proprium fuit lucratoris ĩterpretatur q̃ lucratus ſit libertatem.
Soſii duo ſapientiſſimi.
Soſpes: incolumis.ſanus ſaluus.hic & hæc & hoc ſoſpes ſoſpitis.ſicut & hoſpes hoſpitis. Nam neutra eoꝝ in plurari inueniuntur hoſpita: inueniuntur tamen hæc hoſpita & ſoſpita.
Soſpito ſaluto.
Soſpit: ſalutat.
Soſpito as & ſoſpitor aris.
Soſpitans: ſalutans.
Soſpitas: ſanitas.
Soter ſaluator.græce σωτηρ.
Spaciatur deambulat.
Spacior aris.
Spadices equi uagi rufati.Spadix enim ẽ ſubrupẽs color.
Spadix cis penultimam producit uirg.
Spadices quos fenaticos uocãt: pfuſos myrteos.
Spadores ſunt ſurculi uitium fruge carẽtes: dicti q̃ ſunt ſterilitate affecti.
Spado: eunuchus.caſtratus.
Spalangius: muſca uenenoſa.
Spargos perſica lingua canem uocant.
Spargana infantiæ initia.
Spargo gis ſparſi ſparſum.
Spargere diſſeminare.
Sparſa: diuerſis locis poſita uaria diuiſa.
Spartæ ciuitas eſt lacedæmoniæ.
Spartini iidẽ ſũt q & lacedæmones dicti ꝓpter ſerpentes aduerſus eos ex omni pte confluentes.
Spartana ciuitas ab ſparte filio phenei dicta qui filius iachi fuit.
Spartus: frutex uirgoſus: ſine foliis.
Sparus genus gladii: ruſticanũ tælum a ſpergendo dictum.
Sparus ẽ piſcis quidam.qui a lancea miſſili dictus eſt q̃ eiuſdem figuræ ſit.
Spaſmus σπασμος eſt tenſio & contractio neruorũ cum dolore uæhementi & acuto: alii q̃ ſit lœtalis paſſio a corde dictũ putauerunt.
Spatha gladius eſt lõgus ex utraq; parte acutus ipſa eſt & rumphea a paſſiõe græce dicta quæ parthos dicit: unde patior teris patif. Alii latine autumãt dictũ ſpatum: q̃ ſpatioſum ſit & latum: unde & ſpatula in pecoribus.
Spatulæ fructus palmarũ anteq̃ aperiantur.
Spatulæ græce delitiæ.
Spataſo σπαταλω græce delitior.
Spacium interuallum.requies.laxamentum tẽpus æuum.
Spaciatur: deambulat huc illucq; ſe deportat.
Speciẽs dicuntur multarum rerum collectiones in una uiſione monſtratæ.
Species forma.imago effigies.ſimilitudo.
Species eſt quod prædicatur de pluribus nõ ſpecie differentibus ſed numero in eo q̃ quid ſit ut homo prædicat de Petro & Martino & hoc homine
Specialia noĩa dicta: quia partem demonſtrant ut homo.ſpecies.n.animalium eſt homo.
Speciale ubi proprie uniuſcuiuſq; pſonæ facta narrantur.
Species quædam in genere ſuo ſpecioſitatis forma naturalem præſtans ſimilitudinẽ ſuis indiuiduis non inſtrumentalem.
Speciatim.particulatim.membratim.per ſpecies p numeros.
Specifica pulchra ſpecioſa.
Specimen documentum.indicium: ſignum experimentum.ſimilitudo rei.
Specimen a ſpecio cis uel a ſpecie: probatio: forma le decus.
Speciоſus pulchra ſpecie uel a ſpectu: ſicut formoſus a forma.
Spectacula ludi erant ad quos uidendos omnium ora patebant.
Spectare: uidere.aſpicere: ſuſtinere.frequẽter aſpicio.
Spectabilis: ſublimis.honoratus.pulcher.
Spectaculum: ubi omnium uſui publica præbẽt inſpecto.
Spectatus: lucidus clarus.comptus.honoratus per uulgatus. ꝓbatus.
Specula ſunt in quibus fœminæ uultus ſuos intuẽtur dicta q̃ ſplendorem reddãt uel quod ibi fœminæ intuentes conſiderent ſpeciem ſui uultus.
Speculum: pfectus.
Specula locus ſpeculandi.fœmininum.
Speculum lapis dictus q̃ more uitri tranſluceat.
Specular: feneſtra.hoc ſpecular aris foramen p uitrum trãſlucens.
Specularia: genera uehiculorum de qbus ſpeculaẽ
Speculari.de alto proſpicere.aſpicere.explorare.
Speculator in eccleſia præpoſitus dictus: eo q̃ ſpeculetur atq; proſpiciat populorum ſub ſe poſitoꝝ mores & uitam.
Speculator eſt qui ex alto proſpicit.
Specus eſt foſſa ſub terra: qua ꝓſpici põt.
Specum latine ãtra græce dicuntur. Sunt aũt loca ex quibus repercuſſæ uoces imaginẽ referũt.
Specum ſpelunca:
Specus huius ſpecus & hoc ſpecus ſpecoris & ſpecum ſpeci & hoc ſpecu ſpecu & hæc ſpeca.
Spelæa græce ſpeluncha latine.eſt autem q̃ ripis eſt cauatum.
Spelæum græce dicitur ſpelunca: concaua ſaxa dicuntur.
Spenicos græce cuneua latine ut bis.ter.quater.
Sphæra mundi rotũditas uolubilis: & qcquid tale eſt a uolubilitate dictum ſicut ex capillis uel pilis fit: quibus pueri ludunt.
Sphæra pila dicta a ferendo uel feriendo.
Sphæra.corpus ex omni parte rotundum.
Sphæra quædam cœli eſt ſpecies in rotunditate formata. cuius centrum terra eſt ex omnibus partibus æqualiter concluſa: hanc nec principium nec terminum habere dicunt: ideo q̃ in rotundo quaſi circulus unde incipiat uel deſinit non ſaci-

le comprehēditur:
Sphæras in carnibus a rorū ditate græce dicimus: Quicquid enim rotundo formaſ: ſphæra a græcis dicitur.
Speramus tantum bona: expectamus uero bona & mala, hoc mire dixit Virgilius.
Sperchius amnis theſſaliæ.
Spero σπείρω græce ſemino.
Sperma ſemen.
Spermologos græce doctiloquus.
Spernit: contemuit. faſtidit.
Sperno nis ſpreui: ſpernor ſpretus.
Spretor componitur a ſpernor aris.
Sphærocles. rotundum.
Sphæſo teres nouæ ferulæ.
Sphærulæ calami.
Sphærulæ i modum ſphæræ factæ: rocundæ: ut calami.
Spes eſt futurorum bonorum: expectatio quæ exprimit humilitatis affectum: & ſedulæ ſeruitutis obſequiū dicta q̄ ſit quaſi pes, pgrediēdi ad deū.
Spes eſt cupitorum: nemo. n. ſperat quod nō cupit.
Spes eſt tabificus aſpis: qui dum mordet hominem ſtatim conſumit: ita ut liquefiat.
Spicam abuſiue de maturis frugibus dicimus. Nā proprie cum per folliculum ideſt extremum tumorem ariſtæ adhuc tenues in modum ſpiculi emanant.
Spica meſſis: unde ſpiculum dicitur Seſ. ſpicus. & hoc ſpicum.
Spicio cis non eſt in uſu: ex eo aſpicio actiuum.
Suſpicor aris & conſpicor aris deponens coniugatione etiam mutata.
Spicio qd' non eſt in uſu inde dicitur ſpecies ſpecioſus ſpecioſitas ſpecialis. ior. litas. liter unde componitur ſpecifico as. aſpectu deriuatur ſpecto as. frequentatiuum: unde ſpectator. tatio culum ſpectabilis. componiſ expecto. deſpecto. proſ. inſp. Aſpicio deriuatur ſpeculum: a quo ſpeculor aris ſpeculator atio ſpecula læ. Aſpicio componitur perſpicio. circūſpicio. proſ. inſpi. aſp. ſuſp. cōſp. reſp. a quibus cætera deriuantur. aſpectus. deſpectus. ctio. pſpectus. pſpicuus. cōſpicuus & cætera.
Spicula ſunt ſagittæ uel lancæ breues a ſpicarum ſpecie dictæ.
Spiculor aris.
Spiculator carnifex.
Spicus frondator. auis quædam eſt.
Spina eſt iunctura dorſi dicta, q̄ habeat radiolos acutos. cuius uis iuncturæ ſpondilia appellantur propter partem cerebri: quæ fertur per eos longo tractu ad cæteras corporis partes.
Spinæ a pungendo dictæ q̄ ſint acutæ ut ſpicæ harum ſunt genera multa: ut hærbæ. & cætera.
Spina inde ſpinoſus. ſpinetum.
Spinas dicimus ſenteſ.
Spinus uero eſt arbor prunus.
Spina ſpiritualis doctrinæ uiros ſignificat: qui dum de uirtutibus & peccatis differunt: cor audientiū pūgunt. ſignificat etiam ſicut dominus ait diuitiās cum ſollicitudine & uoluptate: quia ſuarum cogitationum punctione lacerant: & ad peccatum pertrahendo uulnerant.
Sphingæ ſunt lecticæ: in quibus eſt ſphingiæ effigies: quos nos gryphos dicimus.
Sphinx monſtrum eſt quoddam huius ſphingis
Spit. ter: fibula.
Spiraculum: flatus. ſpiritus.
Spiracula dicta loca peſtiferi ſpiritus.
Spiramen ſpiraculum ſpiritus. uentus proſper.
Spiramentū ab aſpirādo aerē laxamentum ſpatiū.
Spira propie eſt circulus non ad eundem punctum reductus.
Spiræ capita columnarum uel factura earum.
Spiræ funes quibus in tempaſtatibus utuntur quos nautici ſuo more cucurbas uocant.
Spiræ proprie funium dicuntur a ſperto dictæ. Nā ſpira inuolucrum eſt funium
Spiræ: uolumina. gyri circuli. nodi quibus ſe ligāt ſerpentes.
Spirare uiuere eſt: expirare uero mori.
Spirat: flat. redolet. ſpiritum emittit.
Spirantia: olentia. aut morientia quaſi ſpiritum trahentia.
Spiritus: uenti turbines. flatus: aer tēpeſtates.
Spiritum ita diſtare ab anima dixerūt auctores anima eſt ipſa uita hominis præſtans ſenſum motūq; corpori: ſpiritus autem ipſius animæ eſt quædam uis ac potentia rationalis: per quam lege naturæ p̄ ſtare uideſ cæteris animalibus.
Spiritum & animā idem eſſe certiſſime pronunci / at euangeliſta dicens. Poteſtatem hēo ponendi animam meam. De hac ipſa quoq; domini anima rursus euangeliſta ita ꝓtulit: Et inclinato capite emiſit ſpiritum Sed aīa dicta pro eo q̄ uiuat ſpūs uel pro ſpūali natura. uel pro eo q̄ ſpirat in corpore Item anima flatus uitæ eſt aīalem hoiem faciens. ſpiritus autem ille eſt qui carnales cōcupiſcentias calcat. Omnis aīa ſpiritus eſſe poteſt: non tamen omnis ſpiritus anima.
Spiritus ſanctus ideo p̄dicatur deus quia ex patre filioq; procedit & ſubſtantiam amborum habet.
Spiritus ſanctus dictus ſecundum id quod ad aliquid refertur ſpirans. & ſpirans utiq; ſpiritum in ſpiritas eſt: & ex eo dictus eſt ſpiritus: proprie autem quodammodo dicitur ſpiritus ſecundum q̄ refertur ad patrem. & filium: quod eorum ſit ſpiritus: Nam & hoc nomen quod ſpirituſ deus dicitur: non ſemper ſecundum id refertur ad aliquid ſed ſecundum id quod aliquam naturam ſignificat. Ois enim natura in corpore ſpūs in ſcripturis ſacris appellaſ: ideo ergo ſpiritus dei ſanctus uocaſ: quia ſanctitas eſt patris & filii. Nā cū ſit pater & ſpiritus ſāctus: & filius & ſpiritus ſcūs: proprie tamen ille uocaſ ſpiritus ſāctus tanq̄ ſāctitas coeſſentialis & conſubſtantialis amborum.
Spiritus diſtincte accipitur quo rationamur & intelligimus ut renouamini ſpiritu mentis ueſtræ id eſt mente: & caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: & ſpiritus aduerſus carnem: diciſ etiam uniuerſa

anima:ut inclinato capite emiſit ſpiritum uel ſpiritus iumẽtorum:dicitur tamẽ alio modo a mẽte prorſus diſcrete ut ſi orauero lingua: ſpũs meus orat:mẽs aũt ſine fructu eſt & habet difficilem q̃ſtionẽ.latiore quoq; ſignificatione deus ſpiritus uocat:& iſte flatus q̃is ſit corpus.

Spiritus uis animæ eſt mente inferior:ubi corporalium rerum ſimilitudines exprimunt ſicut pharao ſpiritu uidit:quo cum intellectus acceſſerit: qui mentis eſt proprius fit reuelatio:pphetia doctrina:ſicut in ioſeph fuit.

Spiritus nomen eſt naturæ:angelus uero officii.Nã illi beatæ patriæ ſpiritus ſemper ſunt ſpiritus:angeli uero ſolum cũ per eos aliqua nunciant.Sunt etiam officiorum uocabula uirtutes;poteſtates & cætera.

Spiritus dicitur a ſpiro as pro ſpiratus ſicut halitus pro halatus.

Spiſſum:denſum in unum collectum:dictum q̃li ſine ſpanſo.

Spiſſus a um ior.ſſimus ſpiſſitudo ſpiſſo ſpiſſas.

Spitames:pſalmus.

Splendet:fulget.micat.nitet.lucet.

Splendor:honor.dignitas.gloria: magnitudo.

Splẽdidus ior ſſimus.lucidus:clarus.

Splen: lyen græci.nos ſplen dicimus: q̃ ſub illis pticula & longa eſt & cito flexibilis: quaque riſus mouetur iuxta cor.

Splenis & iecoris uiſcera quaſi ex conturbato ſãgine uident eſſe concreta.iuxta eos aũt qui de phyſicis diſputant uoluntas uenereæ concupiſcentiæ cõſiſtit in iecore:affectus iracundiæ in felle: pauoris in corde. lætitiæ in ſplene: in pulmonibus uero aerem cõtineri affirmant.

Splen dictus a ſupplemento ex contraria parte iecoris:ne uacua exiſteret:quem quidam etiam riſus cauſa fictum exiſtimãt.Nam ſplene ridemus felle iraſcimur.corde ſapimus.iecore amamus. priſ.hic ſplẽ huius ſplenis.

Splenos hærba dicta q̃ ſplenẽ curet.

Sphodra græce ualde.

Spodaſtes amator.

Spoletum ciuitas eſt:unde & ſpoletanus.ſicut beneuentum beneuentanus.

Spoliat:exuit priuat.prædat.

Spoliatus:exuſtus.deprædatus:

Spolia ſunt priuatorum:exuuiæ uero ducum.hoc ſpolium.

Spolia:hoſtium præda dicta quaſi pallia:uictis.n. detrahuntur.

Spoliaria exteriores balneorum cellulæ:i quibus balneantium ſpolia reponunt.

Sponda exterior pars lecti a ſpondendo;pluteus interior.

Sponder:promittit.pollicet.

Spondeo es ſpopondi ſponſus ſponſor:

Spondeus pes dicit qa tracti ſonat. Nam ſpondius quidam tractus dicitur qui fundebatur circa aures ſacrificantium:unde ibi canentes ſpondiales nominabantur.

Spondeos ὁ σπονδεῖος græci nos ſpõdeus dicimus.pes eſt qui conſtat ex duabus ſyllabis longis ut æſtas.

Spondolus eſt internodium ſpinæ dorſi.imo eius ſpinæ uulgariter.

Sponſio. deuotio.

Sponſores:uades pmiſſores.

Sponſus uel ſponſa a ſpondeo dictus.Nam per uſũ tabellarium matrimonii cautiones ſibi inuicem mittebant:in quibus promittebant ſe inuicem cõſentire in iura matrimonii & fideiuſſores dabãt Cæterum proprie ſpondere uelle eſt.Ergo ſponſus non quia promittit:ſed quia ſponder:& ſponſores dat.

Sponte;uoluntarie.ultro.

Spontaneus.uoluntarius.

Sporta genus uaſis de iuncis palmis factum: inde ſportula culina dicitur: ad quam reportabantur ſportulæ diuitum cum cibis.

Spreuit:deſpexit reppulit.

Spretus contemptus.repulſus.a ſpno deriuatur.

Spuere ſaliuam ponere id eſt emittere.

Spuo is ſputum.

Spuma dicta ab eo q̃ ſpuatur. ſordes enim ſunt undarum:quæ a muſto uel eis quæ coquunt purgantur:hinc ſpumare eſt ſpumam facere;ſpumoſus uero qui ſemper ſpumat.

Spumeum latinum eſt quod græci ἀφρον dicunt caro eſt.

Spongia a figere dicta ideſt nitidare.ẽ aũt tota lacebroſa plena cauernulis toraq; aqua adimpletur

Spurcitia: immunditia.

Spurcus nõ tm̃ impurus:ſed & ſæuus dicitur.

Spurius autem patre incerto;matre uidua genitus quaſi tantum ſpurii filius quia ueteres muliebrẽ naturam ſpurium dicebant.

Spurcus.dictus q̃ ſit impurus:unde & ſpurcitia.

Spurcum uinũ eſt quod offerri nõ licet:aut cui aq̃ admixta eſt quaſi ſpurium id eſt immundum.

Spurii:meretricii.

Spurius dicitur qui de patre ignobili & matre nobili naſcitur.

Spurius fauonius dicitur de nobili matre uel adulterio fœminæ.

Spurium baptiſma falſum corruptum & adulterũ

Sputa ſaliua dum piicifa ſpuo is.

Squalere:ſordere.ſicca eſſe.

Squalidum:deforme.ſordidum.incultum.

Squalidus ſqualidior ſimus ſqualiditas.

Squalor:ariditas:inqnatio.ſordes deformitas pallor.tabes macies.ſitus.

Squama ſerpentium uel piſcium cutis.

Squamata ẽ lorica ferrea ex laminis ferreis aut æreis concathænata in modũ ſquamæ piſcis ex ipſo ſplẽdore ſquamarũ & ſimilitudine dicta.

Squamatus genus piſcis dictus q̃ ſit ſquamis acutus:unde & eius cute lignum poliſ.

Squilla gẽus piſcis deliquati:hæc uulgo lota dicit

Squinis:cuius flos ſquinãtos dicitur.ἄθος γὰρ enim græce flos dicitur.

Stabile.firmum.fidele.certum.immutabile:forte
Stabilis ior ſimus.
Stabula loca:in quibus pecora conſiſtunt:ferarum ſylua eſt:ũde ſtabularius qui ſtabulum id eſt domum hoſpitibus cõmodat.
Stabulum ſicut ſtabulo as a corripit & ſtabit. & ſtatus ſtata ſtatum:& quæcunq; nomina a ſto ſtas deriuantur.Excipitur ſtamen & ſtaturus a.um quæ producunt.
Stabulo as & ſtabulor aris idem ſignificabat antiq; tus ideſt colloco.
Stabuſzama nomen fluminis.
Stachir latine ſpica.
Stacten eſt incenſum:quod ꝑſſura manat dictum a græcis.ϛακτος.i.liquidus.
Stacte:fructus cynnamomi.
Stacte id eſt ſmyrnis cum lyſaba candidatur.genus ꝓciosæ rheſinæ.
Stadium octaua pars miliarii cõſtãs paſſibus.cxxv. auctore hercule: q; ſub uno ſpiritu hoc ſpatium cucurriſſet:ac proinde ſtadium appellaſſet: quoniam in fine reſpiraſſet.
Stadium:ſtadion græce dicitur.
Stadium ſignificat laborem.Remigius;
Stadius dicit Macrobius.
Stadialis ager habet paſſus.cxxv. a ſtadio dictus:
Staphylè ϛαφυλη græce una latine.
Staphylius græce botrys.
Staphyſagria hærba q̃nq; digitoꝝ.
Stagna loca alta:ubi aqua ſtat.
Stagnũ lacus:qui non fluit dictum q; ibi aqua ſtet
Stagnare:ſtagnum facere.uel pati.cum aqua fluens incipit ſtare.
Stamo portus.
Stantegus prætor.
Stauros græce crux.
Stare:permanere.eſſe.ſtupere:
Stat:placet plenum eſt.hæret.immotum eſt.
Stater eſt nũmus habens ut quidam affirmant ũnciam.ideſt aureos ſex.Alii putant tres.In euangeliis enim pro duabus didrachmis datur ſtater.
Stater qui eſt ſyclus.xx.habet obolos græcum eſt.
Stater dictus q; tribus ſolidis ſtet appendens aureos tres.
Stater eſt nummus appendens ſemiunciam unam id eſt aureos.hic duplicatus unciam facit.
Stater cõtinet q̃ttuor ſcrupulos. hic ſtater ſtateris.
Statera eſt geminæ ponderum lances æquali examine pendens:dicta q; ex duabus lancibus & uno medio ſtilo librata pẽdeat.eadẽ & trutina & cãpana.
Statio ubi ad tempus ſtant naues.portus autem ubi hyemant ĩmotus ab acceſſu uentorum.
Statio idem & ieiunium de militari exemplo dicta pro eo q; nulla lætitia aduenies caſtris ſtationem militum reſcindit.diſcernunt autem quidam dicere ieiunium indifferenter cuiuſlibet diei abſtinentiam eſſe:non ſecundũ legẽ ſed ſecundũ propriã uoluntatẽ.ſtationẽ aũt obſeruantiam eẽ aut ſtatutoꝝ dieꝝ:ut quartæ & ſextæ feriæ in ueteri lege:aut temporum ut ieiuniũ quarti & quinti & ſeptimi ac decimi menſis uel quadrageſimæ. his tertium genus quidam addũt quod xerofagium dicunt abſtinentiã ſcilicet ciboꝝ humentiũ:unde & dicitur quod ſiccis quibuſdam utantur.
Stationes:uigiliæ.excubiæ.uices.
Stataria a ſtãdo uel a ſtetera.i.pacifica uel tranqlla
Statim:continuo.certe.mox.
Statuarium:conflatorium.
Statua ſimulacrum.idolum.imago.
Statuo & ſiſto ſtatui faciunt.
Statuit:ædificat.decernit.iudicium facit ponit.
Status quæſtionem uel exenicã ueſtẽ ſignificat. ſtatura uero q̃ntitatem uniuſcuiuſq; rei.
Status apud rhetores dicitur ea res in qua cauſa cõſiſtit ideſt conſtitutio.græci autem ſtatum a contentione dicunt.latini nero non ſolum a pugna p quã expugnent propoſionẽ aduerſarii ſed q; in eo pars cõſiſtat utraq;.
Status cauſarum ſunt duo:rationalis & cauſalis.
Status tus penultmã corripit:Virg.
Status:poſitio eſt conſtitutio.
Stauoratin genus palliorũ depictorũ ex ſtorace q̃ gutta ſimilis eſt mali cidonii.
Stephadium dictum quaſi ſtipendium:ſic enĩ prius cœptum eſt.
Stephadium a ſtipitibus quaſi ſtipiadium prãdiũ
Stephanus martyr primus in nouo teſtamento fuit qui hebraice interpretatur norma eorum q; prior fuerit in martyrio ad imitationem fidelium.
Idem græce coronatus interpretatur paſſus enim & q; uocabatur accepit.Sephanus græce corona dicitur.
Stegnone troodes id eſt abſtractum uel ſolitum infirmitatis genus.
Stegnopatia adſtrictum corpus.
Stelenus filius capnei.
Stellæ a ſtando dictæ:quia fixæ ſunt ſemper in cælo: nec cadunt. Nam q; uidẽtur ſtellæ labi: non ſunt ſtellæ ſed igniculi ex aere lapſi: qui fiunt dum uentus altiora petens æthereum ignem ſecum trahit.
Stella uero ẽ quælibet ſingularis:Sydera ſtellis plurimis facta ut hyades.Aſtra ſtellæ grandes ut orion lucifer.ſed confunduntur.
Stellæ immobiles ſunt cũ cælo fixæ: ꝑpetuo motu feruntr.Sydera uero aut feruntur: ſicut quæ cælo fixæ ſũt aut ſũmouẽtur ſicut planetæ id eſt errati cæ.Numerus eſt circulus ſtellaꝝ per quem cognoſci dicit in quanto tẽpore unaquæq; circulũ ſuum percurrat ſiue per longitudinẽ:ſiue per latitudinem.Nam luna octo annis fertur explere curſum ſuũ.Mercurius.xx.lucifer nouem. Sol.xix.ueſp xv.phæton.xii.Saturnus.xxx.qbus pactis reuertiõnẽ circuli ſui uel iiſdem ſignis & ptibus reuertũtur.In ambitu q̃dem.vii.cæleſtium orbiũ iferiori circulo luna primũ eſt cõſtituta.Secũdo Mercurius ſolis celebritati par:ſed in quadã ut philoſophi dicũt cõtraria:Tertio uenus dicta lucifer qa iter quiq; plus lucis habeat. Quarto ſolis curſus. Quito ueſper:quẽ marti aſſignat.Sexto phæton

quē iouem appellant. In ſūmo uertice ſaturni ſtella poſita eſt. Hæc aurem ſydera planetæ id eſt errantes uocantur: non q̄ errent ſed q̄ nos erantes faciunt. in ſole enim & luna omnibus noticia eſt ortus & occaſus ideo. quia ſol & luna directo curſu eunt. iſtæ uero retrogradradæ & anomalæ efficiuntur. præcedunt uel antegradiuntur dum motum conſuetū facere uidenſ & aliqd p̄ter conſuetudinem p̄cedunt. Remouenſ uero uel retrogradiuntur: dū modū conſuetum agere uidenſ & aliquid p̄ter conſuetudinē remoāſ. Stationē faciūt quia dū ſemp mouenſ in aliquibus tñ locis ſtare uidentur.

Stellæ plāete quæ a græcis ſic dicūſ phæta. Spiriona. ſpes bon. hos romani rū noibus ſacraſt Iouis. Saturni Martis. ueneris. Mercurii.

Caliſto lycaonis filia a Iunone fabuloſe in urſam conuerſa eſt quæ græce arctos appellaſ. & filius eius arctophylax in ſeptētrionalibus ſtellis trāſlati. Horum igitur aliorum q; ſignorū ſuperſtitioſæ obſeruantiæ quæ ad cognitionē ſyderū coniunguntur id eſt noticiā futuroꝝ & fidei noſtræ ſine dubitatōe cōtraria ſūt: & xp̄ianis ſic ignorari debent: ut nec ſcripta uideanſ. Sed nōnulli ſyderū pulchritudine & illecti in lapſus ſtellarū cæcatis mētibus corruerūt: ita ut ſupputatiōe noxia quæ matheſis dr: euēctus reꝝ preſcire conenſ: quos nō ſolū chriſtianæ religiōis legis doctores: ſed etiam gentiliū plato Ariſtoteles atq; alii rerum ueritate cōmoti cōcordi ſñia damnauerūt dicētes coſuſionem reꝝ potius de tali pſuaſione generari. Et q̄uis nō fuerint cæleſti ſapientiæ dediti: ueritatis tamen teſtimonio errores eorum pertulerunt.

Stellio genus lacertæ a colore dictus. Eſt enim corpore picto lucentibus guttis in modū ſtellarum.

Stellio aīmal modicum uenenatum ſimile lacertæ

Stema græce corona. generis nobilitas. hoc ſtema ſtematis.

Stema: genealogia. generationis computatio. uel filum quo ligabantur ſacerdotum capita pro corona: unde & dicitur.

Stēmata ornamenta regalia uel ſigna generoſitatis.

Steno ciuitas: inde ſtenianus: ſicut campania campanianus.

Steniphiaci id eſt uinacia.

Stenuo interpretatur debilitas.

Stercus a ſterten. dicitur. hunc quidam dicūt ſtercutium.

Stercorandi agriratiōem qdam nomine ſtercutius primum induxit. hunc quidam ſaturnum putauerunt ut magnam illi nobilitatem facerent.

Stercorare eſt lætamine aſpergere.

Stertus autē dictū uel qa ſternitur in agris uel quia extergi oporteat qcqd in ciuitate ſordiū redūdat ſiue qd' uerius eſt ſterten qui & ſtercutius dictus eſt. idem eſt & fimus. qd' uulgo lætamen dicitur.

Steretica græce priuantia.

Stereon græce: ſolidum corpus latine.

Sterilis: infæcundus. defætus. aridus nullum ferens fructum.

Sterile: infructuoſum. dictum q̄ ſtet quaſi aridū.

Sterilitas: infæcunditas.

Sterillum barba de capra.

Sterium ſtatio. i. ſolitarii habitatio.

Sterixin græci uocant cum in apoſtemata dolor ſe figat & firmet in uno loco.

Stero. ϛερεω firmo.

Sternaces pauidi.

Sterno nis unde dicitur ſtratum: ſtrages ſtramē ſtramentum. Componitur proſterno: ſubſterno inſterno conſternoratis.

Sternit: deiicit. æquat. interficit. diſiungit.

Sternutamenta ſternutationes.

Sternutatio eſt cū iſtatio a pectore exurgit: quæ cū aptos ad emanandum poros non inuenit: cerebrū tangit: & congeſta per nares exiens totum caput protinus concutit.

Sterologium: poſt loquium:

Steron proteron. ſententiæ ordine permutatio: ut poſtq̄ alios tetigit fluctus & ad æquora uenit ante enim ad æquora uenit: & ſic tetigit fluctus.

Sterpie cauda ſerpentis.

Sterpopolus. ϛ. polium campeſtre.

Sterquilinium: locus ſtercore plenus.

Sterquilinium dictū eo q̄ ſtercore liniaſ & ificiaſ

Stercorium conſtat heptametro catalectico: ut æacidas trahit uenus hectora plāgit: pergama troes

Stertere raucare uulgo dicitur. Eſt aūt dormiendo flatum offendentem per nares emittere & ſonare

Sterto. tis tui deficit ſupino.

Stibium ceruſa cæruleo colore: quo mulieres ſupcilia ornant: uel ſuperinducant.

Stricea uel ſtiga tunica.

Stricioſus mitiſſimus.

Stigia palus.

Stygis. i. inferni palus:

Styguis rex quē poetæ in iferno regnare credebāt.

Stigmata: ignea pūcta. ſigna plagarum. hoc ſtigmatis.

Stigma coctura igneorum uulnerū. ſignū. ciatrix cauterium.

Stilla. eſt gutta quæ cadit. Sed hoc intereſt: dū ſtat uel pēdet quaſi glutinoſa dicitur gutta: dum uero ceciderit ſtilla eſt. Quare palæmon uincentinus inſignis grammaticus ut eſt apud. Euſebium cæſarienſem: quōdam interrogatus quid iter ſtillam & guttam intereſſet: gutta īquit ſtat: & ſtilla cadit. hinc & ſtillicidiū quaſi ſtilla cadens.

Stiria enim græcum ē id eſt gutta unde fit ſtilla diminutiuum.

Stillicidium id eſt guttæ cadentes de tectis: unde fit ſtilla.

Stilbon mercurii ſtella a paganis dicitur uelocior cæteris planetis ita ut ſeptem diebus ſuos meatus & circulos.

Stillio a ſtellis maculatum quas habet dictus. qui & ſtellio dicitur.

Stilus graphium quo in tabulis ſcribitur. ponitur etiam pro ipſa ſcriptura: quæ ex eo fit uel aliquid longū & acutum: qa ſtilos græce lōgū: inde ſtilus graphiū: ſcriptura eloquium.
Stili ſudes acuti: radii. calami:
Stili ideſt figuræ deſcribendi tres ſunt cum uerborum & ſententiaꝝ exornationibus ſuis grauis: mediocris: attennatus: quibus ſūt cōtrari: ſuffultus uel turgidus: diſſolutus: exilis uel exanguis.
Stimula dea paganoꝝ excitatrix.
Stimulus: punctio. angor. cura. aporia. ictus.
Stimulat: incitat. inſtigat. agitat.
Stingo gis xi ctum & ſtingor ſtingues & ſtinguens inuenitur.
Stinguit: occidit. immittit. delet.
Stinguo: quod nō eſt in uſu componitur extinguo. inſtinguo. inſtinctus. tus.
Stinctum hærba: quæ & ſatyrion. dictum q᷑ ſuſcitet uenerem.
Stipa græce ſterilis dicta q᷑ ex ea ſtipent tecta. hinc ſtipula per diminutionem.
Stipat: condenſat. circūuallat. cingit. congregat.
Stipatus: circūfuſus circundatus.
Stipator: pediſſequus.
Stipes mendicitates. elemoſynæ. lignū. truncus.
Stipes ſtipis fœm. Stipes uero ſtipitis maſculinum priſc. Stipes ſtipitis idē & ſtips ſtipis lignū trūcus
Stips: ſubſtantia. uictus mendicitas.
Stipes quod de paruo in fūmo colligitur.
Stipendium a ſtipe id eſt ſubſtantia appendēda dictum. Antiqui enim ſolebant pecuniam appendere magis q̄ numerare.
Stipendiū: laboris fructus: quod militibus datur.
Stipendia facit. militat. arma portat.
Stipulatio eſt promiſſio uel ſponſio: ūde & promiſſores ſtipulatores uocant dicta a ſtipula. ueteres enim quando aliquid promittebant ſtipula metē tes frangebāt: quā iterū iungentes ſpōſiones ſuas agnoſcebant. ſiue q᷑ ſtipulū firmum dixerunt.
Stipulor in actiua ſignificatione quomodo in paſſiua ablatiuo iungit: ut ſtipulora te pro interrogo te. q̄uis ſit actiuum.
Stipulor ab ſte & ſtipulor ab ſte pro interrogo te. Inuenitur etiam in paſſiua ſignificatiōe ſimiliter dictum: ut ſtipulor abſte pro interrogor.
Stipulari eſt promittere ex uerbis iuriſperiti: unde etiam ſtipulum appellauerunt firmum.
Stipulator: promiſſor.
Stipulæ ſunt foliæ uel uaginæ cuius culmus ambit & fulcitur: ne pōdere fruges curuent quæ ſtipulæ ambiūt culmū. dicta quaſi uſta & quaſi ſtupulæ.
Stipula impoſtura ſignificat aridos ad fidem uel inanes populos.
Stipus: calix conſecratus.
Styria ſpinæ nomen eſt: cuius fructus habet guttiſ ſimilia grana.
Stiria græce gutta uel pendens glacies: unde ſtilla diminutiuum.
Styrma aqua dura tenuis in gelu cōuerſa.
Stirps: origo. radix: genus. propago.
Stirps truncus arbor.
Stirps ex longa generis ſignificatione dicitur.
Stirps quando ſignificat prolem femininum quando arborem uel materiam maſculinum.
Stiticus qui non poteſt egerere: a ſtando dicitur.
Stiua manubrium aratri. quo tenetur.
Styx palus in inferis: uorago infernalis.
Styx a ſtigeo ϛ᷑ε γ ξ ω. i. a triſticia dicta eo q᷑ triſtes faciat. hæc ſtyx ſtigis: inde ſtigius gia giū. ſignificat gurgitem odiorum: quod ex triſticia uenit.
Stlata genus nauigii latum & a latitudine dictum inde ſtlataria purpura dicitur ideſt marina uel nauis piratica.
Stoa græce porticus. unde ſtoici dicti ſunt:
Stoaces ruina colliſionum.
Sto tas ſteti. ab eo compoſita ſeruant duplicationē ab eo ſtatum producit penulti. nomia tamē ab eo core: ut ſtatus. a. um. ſtabilis. Compoſita ab eo adſto & adſtitum & aſtatum. preſto preſtitū. & preſtatum faciunt.
Sto ſtas. inde ſtator ſtatio ſtationarius. ſtatus tus uñ ſtatim. ſtultus. ior. ſimus ſtultia. componitur ex hoc ſtultiloquus ſtultiloquium Aſto ſtabulum ſtabularius ſtatua. ſtatera ſtatura ſtamen ſtadium ſterilis ior. ſimus. ſterilitas ſtabilis bilitas. ſtabilio is. ſtiticus. ſtella ſtellatus. as quo componitur ſtellifer & ſtellio. Stagnū & ſtagno as. ſteter eris. ſtatuo is ſtatutum. ex hoc componitur deſtituo. inſtituo. conſtituo. ſubſtituo reſtituo proſtituo p ſtituo. Aſto compo itur aſto circunſto obſto obſtetrix obſtaculum. reſto perſto præſto præſtito exto as. exta inſto inſtantia conſto conſtans conſtāter conſtantia conſtantinus a conſtātius. a. Siſto. unde aſſiſto aſſiſtrix ſubſto compōitur hoſtium hoſtiarius. componitur hoſpes hoſpita hoſpitalis hoſpitalitas hoſpotium hopitor aris. Ab hoſpes componitur ſolpes. Aſto componitur cuſtos cuſtodia cuſtodio dis. antiſtes ſuperſtes triſtis. ior ſimus aſtutia. Solſtitium ſolſtitialis. luſtus iuſtitia iuſtitium.
Stœcades inſulæ maſſiliēſium: qua rhodanus in mare exit in fronte narbonenſis prouinciæ dictæ quaſi opere in ordine ſint poſitæ.
Stœcas hærba q̄ in eis naſcitur: unde & dicitur.
Stoici ſunt qui in ciuitate morantur a ſtoa porticu dicti: quæ erat athenis: in qua picta erant geſta ſapientium & uirorum fortium. in hac philoſopha bantur ſapientes: unde & ſtoici dicti ſunt. hanc ſectam zenon primus inſtituit. hi negant ſine uirtute quemquam effici beatum. Omne peccatum uni forme eſſe aſſerunt: & animam corpore perire dicunt.
Stoicidæ fœmininum a ſtoico quaſi fœminæ.
Stola græce dicta q᷑ ſupermittatur. Idem & ricinū latine appellatum eo q᷑ dimidia eius pars retro reiiciatur a dextro latere in leuum humeꝝ: quod unigo mi uortem dicūt quaſi ſignū maritale. Matronale. n. operimētum eſt. Caput enim mulieris uir eſt: unde & ſuper caput mulieres eſt.
Stola uel ſtolia græce miſſe latine.

Stola ſignificat corpus. Remigius.
Stola genus candidi ueſtimenti ſuper caput & ſcapulas, dimidia eius pars reiicitur.
Stolidus: ſtultus. hebes. imperitus. obtunſus. iorſimus, ſtolidiras.
Stoma græce latine os oris. Oſton uero os oſſis.
Stomachus græce os dicitur eo q̄ ſit oſtium uētris. & ipſe cibum accipiat & in inteſtina tranſmittat.
Stomachaſ: indignatur. accidiatur: angit: urit.
Stoplum: grauis ſonus.
Storax lachryma eſt. Vnde eodem noīe dicitur ſimilis mali cidonii. cuius diſtilatio illa quæ uirgis & calamis inhæſerit ſtorax calamites dicitur & ē mundat.
Storax dicta q̄ ſit gutta arboris & fluens & congelata. Nam græci ſtyriam guttam dicunt.
Storia ideo dicta q̄ ſit terre ſtrata. Nondum enim lanies ſtramenti repertis in his accubabant.
Strabo diſtortis eſt oculis.
Strabo & ſtraba. priſc.
Strabus ſtrambus græce.
Strages: corporum proſtratio. ruina. agger. moles. cædes.
Stragulū ueſtis quæ toxa dicitur.
Stragulū ueſtis ē lor. dictum q̄ ī ſtratu & ī amictu aptum ſit. de quo Salomon ait: ſtragulatam ueſtē feci ſibi.
Stragula ueſtis precioſa plumario opere facta.
Strāgulare uariare.
Strambo qui oculum unum diſtortum habet.
Strangulat: ſuffocat. gulam manu premit ſugillat.
Stranguria dicta q̄ ſtringat urinam.
Strata dicta quaſi pedibus uulgi trita. ipſa eſt dilapidata. i. lapidibus ſtricta: quā prius pœni poſt romani per omnē pene orbē diſpoſuerunt propter rectitudinē itinerum & nē plebs ocioſa eſſet.
Strategos στρατηγοσ græce militia.
Stracia στρατια græcē militia.
Stratelates græce militum dux.
Stratiotes miles.
Stratiotita militaria. priſc.
Stratos græce exercitus. priſc.
Stratos græce maſculinum. i. legio exercitus.
Stratoria lectoria quæ ſterni ſolent in lectis.
Stratores: compoſitores ſellæ regiæ.
Stratocles ad amiticiam accitus interpretatur.
Stratonice ciuitas aſiæ.
Stratus tatum: ſubiectus. ad terram deiectus.
Stratus a ſternendo dictus quaſi ſtoriatus. In his antiqui accubabant nondum laneis repertis.
Strabus græce ſtarambus.
Strenates: cupidi.
Strenuus: fortis. efficax. gnauus. uigilans.
Strenuus fortis ē. dictus q̄ ſternēdo aduerſa renuat
Strepit: clamat. tumultuat.
Strepo pis ſtrepitus frequentis populi ſonitus.
Strepitat: ſæpe ſtrepit. tumultuat.
Strictus: tenuis: gracilis breuis. præſſus. nudus. euaginatus. ſiccus.
Strictura eſt terra ferri in maſſam cocta.
Strictum: ſummatī. leuiter raptim.
Stridebat: aſperum ſonum faciebat. confricando ſonabat.
Strido dis & ſtrideo des eiuſdem ſignificationis.
Strido dui & ſtridi ſecundum diuerſos:
Stridor: ſonitus. ſtrepitus. onomatopœia eſt. de ſono fit.
Strigium: genus ueſtimenti.
Strigla genus piſcis.
Strigil græce pecten eſt aut proprie inſtrumentum quo ſudor corporis raditur.
Striga longitudo maior latitudine.
Strigatus ager eſt qui per ſtrigas creſcita ſeptentrione in meridiem.
Strigna: pallia operoſiora.
Strignos hærba. i. una lupia quæ ſalutaris dicitur.
Strimon fluuius tracie in byſtiona prouincia inde ſtrymonius. a. um.
Stringere: putando componere. obtangere.
Stringit: deſuper tangit. fortiter tenet. ſummatim tranſcurrit.
Stringo gis xi ctum.
Stringa caſtrēſe uocabulum interuallū turmatū in quo equi ſtringuntur: unde & ſtringoſi dicuntur corpore macilenti.
Strix animal in affrica dictū a ſtridure pēnarū quas tergo laxatus emittit & canes uulnerat ſequētes.
Strix nocturna auis hīs nomē de ſono uocis q̄ n. clamat ſtridet. hæc uulgo dr̄ama ab amando parūulos. uñ & lac præbere fertur naſcentibus.
Stobilus conus.
Strongyleuna æolidum inſula:
Stromata: commentaria: ſcientiæ uarietates.
Stromateos opus loci uaria diuerſitate contextum
Stromatheum: uarietas: tanquam opus uarietate contextum.
Stymphalides aues a ſtymphalidibus inſulis ſunt dictæ: ubi plurimæ ſunt aduerſus quas hercules ſagittis eſt uſus.
Strophades dictæ quia filii boreæ poſtq̄ arpyias fugarunt inde reuerſi ſunt: ſtrophe enim græce conuerſio dicitur latine.
Strophades inſulæ: quæ prius plote uocabantur.
Strophe græce conuerſio fœmininum.
Strophea iportuna prominētibus ſaxis cacumina.
Stropha conuerſio ut a medio reſponſio. nequitia. fraus.
Stropha: retorta ſententia. argumentatio uaria & ſe met in diuerſa uertens.
Strofarius: impoſtor. fraudator.
Strophus: tortus. fraudator.
Strophiū eſt cingulū aureū cū gēmis pallīū uirginale. a ſtrophe q̄a cōuertit a renibus ad anteriora
Stropylos auis quæ crocodilum penetrat.
Struthio uel ſtrutius de græco nomine dicit quod animal in ſimilitudine auis pennas habet non tamen a terra altius eleuat. oua fouere negligit ſed proiecta tantummodo fœtu pulueris aiant. hæc a quibuſdam aſida dicit.
Structum: fabricatum. ornatum. clauſum. tutum.

Structor dicit incisor carnium uel infertor.
Structuræ:ædificia.positiones.
Struere:moliri.cogitare.apparare.
Strue is xi structū.inde structura structile,compo nitur astruo.obstruo.destruo.
Strues:aceruus lignoꝝ.congeries.
Struma:gibbus.
Strumosus gibbosus.uel tumor in gutture.
Strupi:quibus remi liganturꝝ.uincula lora:
Strucios quam quidam hæ; bam lanarem dicūt:eo ꝙ pleriq; lanam ex ea lauent.
Studere:ualde cupere.unde & litteraꝝ studia sunt dicta a cupiditate lectionis.
Studium honestarū artium doctrina.littere.scien tia:eruditio.
Studiosus:assiduus.destinatus.perseuerans quasi studiis curiosus.
Studium est uæhemens animi applicatio ad aliqd agēdum.
Stultus est hebetior corde unde affranius.Ego in; quit stultum me esse existimo.fatuum eē nō opi; nor id est obtunsis quidem sensibus nō tamē nul; lis. Fatuus uero est qui neq; quod fatur ipse neq; quod alii fantur itelligit. Stupidus uero quasi la pideus.ita differunt.
Stupa canabi ē lini uestipula dicta quia ex ea rimæ nauium stipentur unde stipatores dicūtur qui ea in nauibus componunt.
Stupea uincula:funis de canabo factus.
Stupet.incertus est.torpet.miratur.sensu caret.
Stupidus dictus quasi lapideus quasi stolidus sa; pius scapens.
Stupeo es.unde stupor stupidus stupesco & ob stu; pesco.stupens.unde. componitur stupefactus & obstupeo.
Stuprum in uirgine cōmittitur.Incestus uero in pa rente uel uidua.adulterium in nupta.
Stupula dicta ab usto collecta.enim messe urit ꝓ; pter culturam agri.
Stupula dicit uel quia pars eius urit uel qa ps eius interdum pro palae incidit.
Suapte:sua sponte.sua natura.est enī adiectio syll a bica.pte.licet aliqd exp̄ssius significet:ut tua pte: meapte: uestrapte.
Suadere:mouere.hortari. prouocare.
Suasor:in suam sortem trahens.impulsor.
Suadeo des suasor sio.suadela. dibilis: componit malesuasus.a.um.malesuada persuada persuasor persuasio persuasorius.
Suacha hebraice clamor.
Suaues uoces sūt subtiles & spissæ claræ atq; acutæ
Suauis:benignus.dulcis.comis.iocūdus.
Suauis ior simus itas iter. componit suauiloquus. suauiloquiū suauicors.
Suauiū osculū a suauitate.
Suauiū uoluptatis est atq; lasciuiæ.
Suauiat:osculat.basiat.
Sub quando ad locū significat uel ante.uel per ac cusatiuo iungit ut postesq; sub ipsos nitunt & sub ipsum arctuꝝ.sublucē surgit. i.ante. sub noctem recūrsat pro per.quādo uero In loco significat ab latiuo iungit ut sub quercu posuit uel sub luce uel sub illa. In compositione modo localem uī ha bet ut sub eo.mō diminuit ut subrideo subtristis
Sub.inde dicit subtus.subter.
Subhaustatus sub hasta fisci comparatus & titula tus aut uænalis.& dicit pluraliter. subhastate q̄si plurimæ possessiones statutæ sub hasta fisci.
Subactum:deuictum.prostretum:subiectum.a su bigo gis.
Subare:subagitare. a suibus tractum est cum pro uocant libidinem.
Subaudis:intelligis.animaduertis.
Subaudit:subintelligit.
Subarmales dicunt tunicæ subcinctæ id est curtæ.
Subcinctorium dictum ꝙ sub brachiis ductū ala; rū sinum ambit:atq; hinc inde subcingit.sciendū tamen quod omnia uerba quæ habent.b. ante.c. debent b mutare i c sicut etiam ante.f.g.m.p.r.in eaſdem mutant ut succurro sufficio suggero sum mito suppono surripio.
Subdere:respondere.uel subiectum facere.superare subiicere.
Subdiuū:refugiū uel certamen sub aura.
Subdiuo:sub aura.sub cælo puro.
Subducit:retro subtrahit.demit.a terra leuat.
Subdolus:fictus callidus insidiosus:uersutus.
Subæratum quod subtus habet æs: superius. augꝝ
Suber arbuscula.prif.hoc suber. eris.
Suberies arbor dicta quasi subedies ꝙ fructus eius sues edunt.
Subiicit:subministrat.supponit.cogit.subrogat.
Subicere cito:supponere uero aliter.
Subiicio cis ieci. subiectum ex sub & iacio compo; nitur.
Subigere:superare.domare.complere.acuere.
Subigit cogit in unum redigit.subiugat.cogitat.
Subigo gis subactū.Inde frequentatiuū subagito.
Subire:ante oculos uenire.succedere.itrare. in mē tem uenire.
Subeo is biui uel subii subitum.componitur ex sub & eo is.
Subinde frequenter sæpius ingeminanter.
Subindus:frequentius.
Subircos ascellæ dicta: ꝙ fetorem in quibusdam reddant.
Subitum:repentinū.
Subito:ex improuiso.in opinate.repente.
Subiunctiuus modus dictus quia per eum subiun; gitur aliquid ut locutio plena sit:qui nan eget so; lum aduerbio uel coniunctione sed etiam altero uerbo ad perfectum sensum ut cū faciam utulā pro frugibus ipse uenito.
Subiunctiuus aliquando dubitationem:aliquando possibilitatem:aliquando comprobatioem signi; ficat.dubitationem ut eloquar an sileam. Appro bationem.ut sed mihi uel tellus optem prius una dehiscat.possibilitatem ut doceam si uelis. & pe; nitendo rei non factæ hoc utimur.: ut faces in ca; stra tulissem.id est cur faces in castra non tuli.qd

debui facere. electiue quoq; utimur discam quoniam doceam. quæ confirmatiue dicũtur.

Subiunctiuũ significat dubietatem: ut si uideã itelligo: confirmationem. ut hinc fore ductores reuocato. s. t. Qui mare qui terras omni dictione feruerent. pollicitationem suadendo: ut prodest si legas. Imperando: ut ne dicas: Et tũc non eget alio uerbo. ostendendo aliquid potuisse fieri nisi qd impedimẽto fuisset: ut facerem si placuisset possunt fortassis & alii inueniri.

Subiunctiuæ coniunctiones dicuntur: quia subiunguntur: dicimus enim regiq; hominiq;: non uero que regi que homini.

Subiugare: uincere domare. contundere. sub iugũ mittere.

Sublatum: raptum. subleuatũ.

Subleuat: subuenit. sustinet. & in altum regit.

Sublegit: subtrahit. coligit. uerba furat.

Sublenit: subsignauit. subiunxit. resignauit.

Subligat: ligamen inguinũ.

Sublime excelsum quasi supra limen editum in altum.

Sublimis ab altitudine honoris dictus. Nam pprie sublime dicit quod est in altũ.

Sublimat: exaltat ad honorem prouehit.

Sublinguiũ: operculũ gurgulionis ꝙsi parua lingua quæ foramẽ linguæ recludit uulgo liuida dicit.

Sublinguiũ sonitus qui sub lingua sonat quasi bonus aut rectus sonitus aut submurmur.

Sublustris luna modicũ lumen habens.

Subnectit: supplicat. subligat. subiũgit.

Subnitit: conatur. supponit se.

Subnixus: suppositus: suffultus. subfirmatus. munitus. circundatus. instructus.

Subsamnat: irridet: insutat. nares submouet deridendo.

Subsanno as.

Subseciuus: subsequens.

Subseciua: subsequentia. succedentia. residua reliqua iacentia malus inter uepres.

Subseciua proprie sũt quæ sutor de materia præcidens quasi superuacua abiicit. Item subsetiui agri quos in pertica diuisos recusant quasi steriles uel palutres: item obseciua quæ in diuisione agrorũ efficiũt centurie iugera. cc.

Subseciuus dicit a linea aliqd subsecante de integro aliquo.

Subsedit succedendo possedit uel paululũ resedit a subsideo es.

Suasellia. sedes. cathedræ minores.

Subsellia doctor& sunt cathedræ: Nam sedes singulariter proprie regni est. dicta sũt ante subsedia quod est subsedere.

Subsequa: pedissequa. succedanea.

Subsequiũ: subsequens obsequiũ.

Subsidium: auxilium. præsidium. auxilium. qd' postea superuenit.

Subsistit: paululum. expectat. adiuuat paululum stat.

Subsistentia dicit uel constituta & fixa uel ex quibus res aliquæ subsistũt ut substantiæ uel elemẽta quibus factus est mũdus.

Subsolanus uentus ideo, dcus qa sub ortũ sit solis a dextro lateræ uulturnũ a leuo eurꝰ haber.

Substantia est quæ & proprie pricipaliter dicit: qa neq; in subiecto est: neq; desubiecto prædicat: ut aliquis homo uel aliquis equus.

Secũdæ aũt substantiæ dicũtur in qbus speciebus illæ quæ principaliter substantiæ dictæ sũt insũt atq; claudũtur: ut in homine.

Substantia græce usia dr. dicta aũt qa subsistit. illa aũt q. i subsistẽte uel in subiecto sũt subiecte non sũt qa nõ subsistũt sed mutant sicut color & forma. accidẽtia uero sũt. Ex nouẽ accidentibus tria sũt inter usiã. i. quantitas qualitas situs. hæc enim sine usia esse non possunt extra usiã uero sũt locus tempus habitus. intra & extra usiam relatio facere pati.

Substantia est id qd' nõ ab alio sed semper ex hoc ẽ quod propria intra se uirtute consistit.

Substãtia rei ẽ oẽ illud p qd' ẽ res. merito ergo substantia est per quã fidei plixitas eddit & trinitatis unitas cathænat. idcirco ait propheta. Nõ audierunt uerbũ substantie. i. uerbũ. patris uocẽ christi quia ex pr̃na substantia loquebat.

Substantia. ipsa rei alicuius natura & ratio qua constat designat subsistentiam personę uniuscuiusq; hoc ipsum quod extat & subsistit.

Subsistentia est ipsũ qd' accidẽtibus ut possit esse nõ indiget: Substãtia uero id qd' aliis accidẽtibus subiectũ quoddã ut ualeat esse submistrat. Sua illis. n. stat dum subiectũ est accidentibus. Itaq; genera & species subsistunt tm̃. Neq;. n. accidentia generibus speciebusue contingunt. Indiuidua uero non modo subsistunt uerũ etiam substant. Nam nequæ ipsa indigent accidentibus. ut sint informata enim sunt iam propriis & specificis differẽtiis & accidentibus quibus ut esse possint submini strant dum scilicet subiecta sunt.

uel ὑποστάσι graece latine subsistentia dicitur uel subsistere ὑποστα νατ. οὐσία uero substantia uel substare. græci nanq; diuites nominibus essentiam. substantiam. subsistentiam personam nominibus totidem reddunt. nam essẽtiam οὐσίαν subsistentiã ὑποστάσιν substantiam uero οὐσίαν personam uero prosopon πρόσωπον appellãt. ideo autem græci ὑποστάσεις indiuiduas substantias uocauerunt quoniam cæteris subsunt & quibusdam quasi accidentibus suppositæ. Nos quoq; eas substantias dicimus quasi suppositas. Cunq; etiam prosopa nuncupent easdem substantias: nos quoquæ personas possumus nuncupare. ideo autem græcus de irationabilibus animalibus hypostasin nõ dicit. sicut nos de eisdẽ nomẽ substantiæ ꝑdicamus. quoniã hoc nomen melioribus est applicatum ut sine descriptione naturæ uel subsũtiæ uocabulis abscerneret. Et igit & oĩs essẽtia οὐσία quoniã ẽ subsistẽtia. Quoniã in nullo subiecto ẽ & hypostasis id est substantia. quoniam subest cæ

teris q̄ non ſunt ſubſtantiæ. & ꝓſopia perſona q̄a ē rationale ī diuiduū deus quoq; ὡΗ ideſt eſſētia ē. Eſt enim & maxime ipſe ē a quo omne eſſe proficiſcitur ē ΟΥΣΙΑ ideſt ſubſiſtentia ſubſiſtit enī nullo idigens & ΥΠΟΣΤΑΣΙ qua ſubſtat unde etiam dicimus unam eſſe ΟΥΣΙΑ uel ΗΥΠΟΣΤΑΣΙΝ ideſt eſſentiam uel ſubſiſtentiam deitatis ſcilicet tres. hypoſtaſes. id eſt ſubſtātias & ꝓſonas. Niſi. n. tres in deo ſubſtantias eccleſiaſticus uſus loquēdi excluderet: uideretur ideo de deo dici ſubſtātia nō q̄ ipſe cæteris rebus quaſi ſubiectū ſupponeret: ſed q̄ idē omnibus uti eſſet: ita etiam quaſi principiū ſubeſſet rebus dū eis omnibus.

id eſt ſubſiſtere ſubminiſtrat. Sed hæc oīa idcirco ſunt dicta ut differentia naturæ atq; ꝓſōe ideſt atq; monſtrare mus. Quo uero nomine unumquodq; oporteat appellari. eccleſiaſtice ſit locutionis arbitriū. hoc interim conſtat differre naturā atq; perſonā quia natura eſt cuiuſlibet ſubſtantiæ ſpecificata ꝓprietas perſona uero rationalis naturæ in diuidua ſubſtantia.

Subſtruere. aliqua ſuppoſita ſubſternere.

Subſtantia in indiuiduis: ſubſiſtentia in ſpecialibus eſſentia in generalibus.

Subſtituit: ſuppoſuit. in loco decidentis conſtituit

Subtalares genus calciamenti quaſi ſubtalo ꝓprie.

Subtegmen ſubūbraculū. uel ſtamen telæ.

Subtel: una pars pedis. uel medietas. inde ſubtilis.

Subter & ſuper præpoſitiones contrariam habent ſignificationem & utraque accuſatiuo & ablatiuo iungitur.

Subterfugere. uitare declinare.

Subter eſt quod re aliqua ſuperiore deprimit & ꝓcurat.

Subtus uero q̄ dimiſſū altius contingitur.

Subtexūt: obiiciunt.

Subtile: tenue: inualidū. leue.

Subtiles ſūt uoces q̄bus non eſt ſpiritus ſicut infantiū. Quæ enim ſubtiliſſimæ cordæ ſūt ſubtiles ac tenues ſonos emittūt.

Subtilis malitioſus. ſubdolus.

Subtiliter: eleganter. diſerte diſtincte.

Subtrahit: ſurripit. expilat: furat.

Subtrectat ſubſtituit.

Subtrinū locus ubi ſuūt aliquæ ſpecies.

Subucula ē ſacerdotalis linea corpori penitus aſtricta eademq; talaris. ſiue ponderis: hæc & uulgo camiſia dicit.

Subucula pannus additicius a ſubiiciendo uel ſubſuendo dictus.

Subucula ephor ſuperhūmeralis.

Subuertit: excludit. a fundamento deſtruit.

Subuenit. ſuccedit. adiuuat.

Subulci porcorum paſtores a ſuibus: ſicut bubulci a cura boum.

Suburia: ſonus quilibet.

Subura celebratiſſima uia romæ eſt.

Suburbana ſunt circūiecta urbis ædificia quaſi ſub urbe.

Suburbanus componitur a ſub & urbanus. i. qui in in urbe habitat.

Suburbanus dicitur qui in ſuburbio. i. territorio dicto a terendo bubus.

Succedaneus. ſucceſſor

Succedit. proſpere euenit.

Succedere: alio decedente in locum eius deuenire ſubrogare.

Succeſſus. proſper euentus.

Succenturie ſunt illi homines qui parati ſunt pro centuriis ſi defecerint ſtare.

Succenturiati dicuntur qui in ſecunda cēturia ſūt quaſi ſub prima. i. in eius auxilium.

Succenturio as.

Succentor eſt q̄ ſubſequenter canendo reſpondet.

Succendit: ſubtus uel ſurſum combuſſit.

Succendia: fomenta.

Succenſet: iraſcitur. culpat. detrahit. imputat.

Succinctorium ueſtimentum quo genitalia tegūt ideſt & perizomatum.

Subcinericius panis cinere coctus & reuerſatus. ipe eſt & focacius.

Succida lana tincta ſucco alicuius coloris.

Succida carnes porcoꝝ in uſum repoſitæ a ſuccedendo. dictæ.

Succidit: leuiter incidit: uel ex parte iterficit a ſub & cædo.

Succinatum fului coloris.

Succinus quē electrū appellāt fului cerueliq; coloris fertor arboris ſuccus eſſe & ob hoc ſuccinum appellari uocatur & a quibuſdam harpago eoq̄ attritū paleas ſicut magnes ferrum rapit.

Succhi locus gentilitū interpretatur loquens.

Succula diminutiuum a ſus quod eſt cōe.

Succuba pellex amica a ſuccubēdo. i. latēter iacēdo

Succumbit: uictus eſt. cedit deficit.

Succurrit: ſubuenit. opem præſtat.

Succus dictus quod ſacco exprimitur ut ptiſane.

Sudes palli accuti utraq; parte ſtipites fuſtes.

Sudes perticæ quibus naues producuntur.

Sudus da dum. purū nitens.

Sudū. ſerenum poſt pluuiam ſplendidum purum diuū lucidū.

Sudo as inde ſudor ſuccus ide ſiccus ior. ſimus ſiccitas. ſicco as. componitur ſucculentus ſuccidum exſudo deſudo inſudo.

Sudare: ſuperius udare ideſt ex interiori ſupra cutem aquam manare.

Sudarium quod capiti apponebatur ſignificat diuinitatem uel chriſti paſſionem quæ loge a noſtra paſſione diſiuncta eſt linteamina uero corporis laborū ligamenta quæ nunc electos omnes id ē eius membra conſtringunt.

Suere conſuere.

Suo is ſui ſutum.

Sues porci. hic & hæc ſus ſuis: unde ſuinus nanum

Sues ſignificant peccatores: laſciuientes: imundos.

Sueſula ciuitas. unde ſueſulanus.

Suetum: aſſiduum. uſitatū. quottidianū.

Sueſco ſueſcis ſueui ſuetum. unde cōponit aſſueſ

co.desuesco.
Sueui pars germanorum fuerunt in fine septētrio nis quorum fuisse centum pagos & populos mul ti prodiderunt.dicti autē putantur a monte sue uo qui ab ortu finitimum germaniæ fecit cuius loca incoluerunt.
Suffecit:su bdidit:suppositit.a sufficio:
Suffectus:substitutus.subrogatus in loco deciden tis.
Sufferre:sustinere.
Suffero suffers sustuli a sustulo antiquo.
Suffibulum.subligamentum.
Sufficere.sustinere durare:substituere.
Sufficio is a fio componitur actionē significat suf fiui quia sensum mutauit.
Suffire.obliuere.
Sufflare sursum flare.spirare.
Suflamen dicitur illud quod rotæ opponitur ne recurrit oppositio.
Suffocatio:strāgulatio:suggillatio.
Suffoco as.producit penul.Componitur.n.ex sub & fauces.
Suffragines dictæ quia subtus franguntur : idest flectūt non supra sicut in brachis.uel quia sufra gantur.i.adiuuant nerui crurum.
Suffraginatus.fractis cruribus.uel in locum deci dentis sustitutus.
Suffragari:patrocinari.succurrere.auxilium dare
Suffragoraris.
Suffragium.auxilium.uel suffragium.componit a fragor.quod non est inusu.
Suffragilatō est fidē aliquorum suscipere qui sūt fide iussores.
Sugga nomen gemmæ.
Suggere:subministrare.insinuare.subiicere.
Suggestio: insinuatio.intimatio.
Suggestio:diabolica immissio tentatio.
Suggestus:sella regalis.a suggerendo.tribunal.
Sugillat.strangulat.suffocat.gulæ manū inicit.
Suggillare:gulam stringere:suadendo concitare ir ridere.
Sugit:tristitia.
Sugit:hac sumit.sumendo agit.
Sugo gis suxi.
Sugrandarium dicebatur sepulchrum infantium nondum.xl.dies implentium quia nōdū bustum uel tumulus poterat dici.
Suegrunda inter tectum & parietem uulgo dicitur quod græci postecon dicunt.
Sui interpretatur loquens.locus est.
Sui pronomen tertiæ personæ significat οὗ ἑᾶ pro nomina simplicia & reciproca.i.quādo in se agit ut hic miseret sui.& cōposita ἑᾶυτου quæ sūt retransitiua & reciproca :ut petrus iubet te uenire ad se.
Suilla caro porcina a suina :quod item a suis deriuatur.
Suilli porci matrini dicti quia dum escā querūt more suis memoriam habeant.terram:enim sub aquis fodiunt:nam circa gutur habent oris offici um & nisi os haureis mergat pastū non colligūt
Suinum.porcinum.
Suina a sue dicitur unde suilla diminutiuum.
Sulcat.secat.diuidit.
Sulcus aratri ductus uel nauium culsus
Surcus a sole dictus q̄ procissus solem capiat.
Sulci significant corda sanctorum.prosciſſa uome re uerbi dei.
Sulphur dictum quia igne accenditur.ignis.n.est. Nam uis eius in aquis feruentibus sentitur.neque alia res facilius accenditur.fulgur quoq; sulfuris odorē habet:& lux ipsa sulpurea est:Nascitur āt in insulis æoliis inter siciliā & italiam quas ardere icunt & in mero insule & in italia . hulus.iiii.sūt genera:Vnum quod foditur.transluceteq; &.uiret quo solo medici utuntur Alterum quod appella turgleba uscibus tm̄ fullonum familiare Tertiū liquor est:usus eius ad lanas quia candorem mol litieq; præstat.Quartum ad lychinia maxime cō ficendam aptum.
Sulphur dicitur quasi soli pyr idest terræ ignis.
Sulphur fomentum est ignis:quod tamen sic ignē nutrit ut fetorem grauissimum exhalet.
Sulphur ris.inde sulphureus a um.
Sulmone ciuitas sami est.
Sulzica a salibus dicta quasi salzica idest salinum
Summates:uiri potentes.
Sūmatim.partim strictum.leuiter.
Sum uerbū substantiuū nullius coniugationis pro prie ad deum pertinet qui semper est.
Sum fit ab ἔιμι græco per ablationem ιυ finalis & assumptoinem.s.in principio & mutatione e in u
Sum es est.inde dicitur ens.futurus.essentia essen tialis.essentialiter componitur absens.presens. præsentia.unde componitur impresentiarum ad uerbium.pn̄to as.tor.tio.absens.tia.A sum cōpo nitur intersum.obsum.desum.insum.subsū.sub tersū possū.i.potis sū.uñ potens tialis aliter potē tatus potenter potens tior potissimus:potestas prā tuus possibilis.a potis potior potissimus.Et cōpo nit compos .impos..utpote aduerbium.
Sūmanus dicitur pluto quasi summus manium .i. infernalium.
Sumē dicitur tenerrimus arboris cortex:hinc & pu be natos pilos summa dicunt.quia uirtus humāi seminis illos profert.
Sumen pungendo.
Summa prestantissima.suprema.
Summe egregie.
Sūma te finis perfectio breuis & cōsumata colectio substātia.
Summittere humiliate.supplicate.
Sūmergit.obruit.
Sūmissus:suplex obiecto uultu inclinatus.pstratus.
Sūministrat.suppeditat.sufficit.sūmouet.propel lit.inhibet.
Summere:suscipere.
Sumo is sūpsi sumptuminterposita causa eupho niæ sicut promo mis.pm psi.
Sumimus ipsi a nobis:accipimus uero ab aliis.

Item ſumimus per nos. accipimus a uolentibus tollimus a nolentibus, itē auferimus iuite quicqd dedimus, aſſumimus iuſſu eripimus ui.
Sumnis. i. impēditio in lege.
Sūmotenus: leuiter prioribus labris
Sumptus expendium.
Sumpturius: q erogat ſumptus.
Sūptuoſus. ꝓdigius: luxurioſus: cōſumptor.
Sumula: breuiſſima ſumma.
Summus a um. ſūmatim ſummitas.
Summum: magnum. præſtantiſſimum nouiſſimū relidiuū.
Summus duas m habet cum nomen eſt. dum uero uerbum eſt unam: ſumus ſumo.
Summum bonum deus eſt qa incommutabilis ē & corruptio nulla i eo eſt creatura uero bonum ſed non ſummum: quia mutabilis eſt.
Sunamitis captiua uel deſpecta interpretatur.
Sunto: ſint imperatiuum futuꝝ iuris uerbum eſt & teſtamātarium: deriuatur a ſunt addita o ſicut ab amāt amāto. Suo is ſui ſutū ꝓducit penultimā
Sutor ſutrix componitur a ſuo exſuo cōſuo diſſuo ſeco ſecuris & cætera.
Suparum lineum brachiale puellaꝝ.
Supara rugaturæ dicuntur panni camiſia. manicæ mulierum uſq; ad humeros.
Supar compar a par componuntur. ſub aliquo par.
Supparent: ſupplenter parent.
Suppellex omnia utenſilia domus. facultas ſubſtā tia alicuius a ſupplendo dicitur.
Supellex tilis: ātiq uero ſuppelletilis i nominatiuo
Suppeditat. ſuffragatur. ſubminiſtrat: ſupplet. pre bet facultatem.
Suppedaneū ſcabellum dictum q; ſub pedibus ſit hoc græce hyppodion dicit.
Suppedi: ſubeſt. opitulatur.
Suppedium: refugium.
Suppedile. iuxta pedes eſſe.
Super: inſuper. præterea.
Supereſt qd eminet: ſupra uero quod ſubſtractū habet aliqd. Item ſup interdum aut minimū aut ſatis accipitur. ſupra uero iuxta.
Super præpoſitio modo ponitur pro de: ut multa ſuper priamo rogitans ſup hectore multa: modo pro inſuper & amplius ut iſup ifenſi pœnas cum s. p. modo ꝓ deſuper ut ſupereſt uallo ꝓſpectat & pro ſupereſt: ut nec fuga iam: ſupereſt & pro ul tra ut ſuper garamantos.
Super: inde dicitur ſuperus ra rum ſuperior com ponitur. ſuperſtes ſuperſtitio ſummus ma um. ſu pbus ideſt ſuperuadens: unde ſuperbia ſuperbio is: inſuper deſuper.
Supero as ſupra ſupior ſupremus ſupremitas.
Super & ſubter cōtraria haben t ſignificationem & utraq; accuſatiuo & ablatiuo iungit. qbuſdā tam uidetur figurate ablatiuo iungi: quomodo poſt ante circum ut longo poſt tempore uenit; & uides properari littore circum. Et fronde ſuper uicidi ſunt: nobis mitia poma. Et ſuper denſa teſtudine quod ſi figurate accipimus ſuper & ſupter loco aduerbiorum neceſſe ē eas accipi quomodo poſt ante circum cum ablatiuo.
Super tamē quando loco deponitur ſine dubio ab latiuo iungitur ut multa ſuper priamo rogitans inuenitur etiā ſine dubio aduerbium cum uerbo ut ſuper inſidens calcat in compoſitione quoq; in uenitur ut ſuperſedeo ſuperuacuus. & ſuper & ſu pera ꝓ apocopam & ſyncopam facta ſunt: a ſuper deriuatur ſuperus.
Supera: cæleſtia: conuexa. ſydera.
Superat: uincit eminet. abundat tranſit.
Superaria ueſtis quæ ſuperinduitur.
Superlimnare domus ſignificat intentionē nr̄arū mentium & cogitationum uel frontē corporis ubi portamus crucem xpi.
Supercilia dicta quaſi ſuperpoſita ſunt ciliis quæ ideo pilis ueſtita ſunt ut oculis munimenta prætē dant & ſudorem a capite fluentem depellant.
Supercilium: faſtigium ſumitas: ſuperbia altitudo
Superciliоſus: ſuperbus. arrogans. rigidus.
Superfluus. importunus. incongruus.
Super: dii. celeſtes.
Superlatiuus dicitur quaſi ſupexcellens ſuum cō paratiuum.
Superlatiuum eſt quod ad plures ſui generis com paratū ſuperponitur omnibus ut fortiſſimus græ corum achilles uel per ſe prolatum cū ualde ad uerbio intelligitur ut fortiſſimus hercules ualde fortis.
Superlatiuus gradus dicitur q; comparatiuo ſuper ponatur: ut doctiſſimus.
Superne a ſuperiori parte ſuppoſito ꝓpiciatorium
Superſedeo. omitto diſſimulo.
Superſtition propiciatorium.
Superſtitio dicta q; ſit ſuperflua aut ſuperiſtituta obſeruatio. Alii dicunt a ſenibus qui multis annis ſuperſtites delirant. & erant ſuperſtitione qua dam.
Superſtes ſuperſtitis cōis generis. priſ.
Supſtitioſus: falſus religioſus. aut idolorū cultor.
Superſtes uiuus adhuc ſuperſtans. ideſt uitam du cens. hæres.
Superſtites antiquitus dicebātur teſtes q; ſuper ſta tum aut rem proferebantur: nunc parte nominis Sablata teſtes dicuntur.
Superſuadere eſt diſſuadere.
Superuacaneū. i. ſuperfluum.
Superuacuum. irritum: ſine cauſa. ſuperfluum.
Superbia eſt ſupergrediens mentis elatio de eo qd non eſt: arrogantia uero inanis gloria de his quod quiſq; eſt. De ſuperbia autem naſcitur arrogantia nam niſi p̄ceſſerit occulta elatio mentis nō ſeq ſap ta iactantia laudis: dicta autem ſuperbia quia ſu p uult q; quod eſt.
Supbus puerſæ celſitudinis appetitor q precellere uult alios græce ὑπερήφανος.
Superbia ſicut origo oīum eſt criminum ita ruina cunctarum uirtutum: hæc enim aut exordio men tem pro peccato proſternit aut nouiſſime de uir tutibus deicit: unde omnium peccatorū maxima

eſt:qa'tam per uirtutes q̄ p̄uitia humanam mentē exterminat.
Superbiæ id eſt arrogantiæ quattuor ſunt ſpecies q̄re in arrogātia.
Supbire eſt p̄cepta maioris iobediendo trāſcendere. Recte ergo oīs peccans ſuperbus uocatur:eo q̄ faciendo uetita contēptui habeat diuina p̄cepta. Recte quoq; initium oīs peccati eſt ſuperbia qa niſi præceſerit mandatorum dei inobedientia trāſgreſſionis nō ſequitur culpa.
Supbit.faſtidit.deſpicit.dedignatur.deſerit.
Suppetit:ſubeſt.oppitulat.ſuppeditat.conſtat:uel iuenit:ī animo uenit:ſubuenit:ſubrogat.
Suppetiæ:auxilia.
Suppetitū:refugium uel ſuppetitio.
Supinus ad cælū erectus.uētoſus:ſuperbus:
Supina dicta.quia apaſſiuis participiis:quæ quidam ſupina nominarunt naſcuntur amandi dodum amatum tu.
Supina uel participalia ſicut & infinita eiſdē caſibus iūgūtur quibus ſua uerba ut Noceo tibi nocē di tibi cauſa nocendo tibi nocendum eſt tibi nocitum tibi proficio nocitu tibi gaudet pro nocendo tibi &c.Similiter dignandi primo ſed i u deſinēs magis nominatiuo iungitur ut dictu facilis.
Supina dicta q̄ reſupinatis uultibus participia aſpiciunt uel ab eis aſpiciuntur Nam cum articulis a græcis proferūtur.uel ideo dicuntur quia auerbo tranſeunt in participium .& iterū a participio reſupinantur in uerbum:& quia ī actiua uoce cū ſint ad paſſiuam retorquent ſignificationē:hæc & participalia dicuntur .quia a participiis deriuantur.
Supia dici poſſunt quia iter ſe reſupinari & quaſi contraria uidentur ad aliquid ire & ab eodem reuerti ut uenatum uenatu.
Supplex:humilis.preces fundens.ſummiſſus:
Supplicat ueneratur:rogat preces:fundit.placat.
Supplicatio gratiarum actio uel deprecatio:
Supplicationes quæ fiebant de bonis damnatorum ſacra.n.res de bonis execrandoꝝ fiebat.
Supplicium proprie dicitur de eo nō qui quoquo modo punitur:ſed ita damnatur ut bona eius cōſecrent & ī publico redigāt nā ſupplicia diceba tur ſupplicamenta & ſuppliciū dicit de cuius dānatione delibat aliqd deo.unde & ſupplicare.
Suppliciter.humiltter.cum ſupplicatione.
Supploſa.excluſa.
Supplodit.ſubſonat.
Supponit:ſumittit pro aliquo ponit dat.
Suppremus.ultimus.uel ſūmus.ſupior uel inferior extremus:dictū a ſupra qđ ſuper emineat.
Supprimit.occultat.coercet.frangit.haurit.
Supuratus.purulentus.
Sur anguſtia.
Sura fœminum pars pedis.uel crus.uel poſterior pars tibiæ.i.ultima uel a genu iuncta ad pedē:ſed ponitur pro pede.
Sure tor.muſculi:idem ſignificant. aut enim tibia rū ſunt aut crurū uel lacertoꝝ uel ulnaꝝ.
Surcula uimina ſucciſa.
Surcula a præciſione ferri dicta ſimplices corbines ſunt.
Surdus a ſurdibus humoris in hauribus perceptis dictus q̄is in aliis caſibus accidat.
Surdeo es dui unde ſurdeſco.
Surdus a ſorde ſormus ſurditas.cōponit abſurdū
Surgo gis ſurrexi a ſurſum & rego componitur.
Surgitur a loco. exurgitur a ſomno inſurgitur ad uindictam .conſurgitur ad auxilium.
Subridet.leniter arridet.uel.latenter.
Subrigit.erigit caput lauat.
Subripit.furatur.explicat.
Sub rogat.ſubſtituit.ſubiicit.
Subruit.ſubuertit.
Surſum aduerbiū ad locum ſignificat:ſurſū ī loco
Sus dicta q̄ paſcua ſubigat & terra ſubacta eſcas inquirat.hic & hec ſus ſuis a græco σῦς inde ſuinus.na.num.unde ſuilla diminutiuum & ſubulcus.
Suſanna interpretatur liliū.uel ſubleuatio gloriæ.
Suſa oppidum perſiæ nobiliſſimum.idem & ſuſi.
Suſcipere ad animam & corpus refertur.
Suſcipio:ſuſtuli.
Suſpicor & ſuſpitio a ſuſum uel ſurſum componitur ſed abiciunt unam s.quia non poteſt geminari conſonans alia conſonāte ſubſequente ſicut nec antecedente niſi ſit muta aut liquida.
Suſpicit:ſurſū aſpicit.uenerat:miraſ.colit.ituef.
Suſpicienter:uenerabiliter.
Suſpitiones:indicia quædam & ueſtigia.
Suſpicio eſt uelut de quibuſdam coniecturis:
Suſpicium:refugium.preſidium.
Suſpicatur:exiſtimat.arbitratur.
Suſpirat:ex alio ſpiritum trahit.
Suſpiriū dcm̄ qa īſpiratio difficultatis ē quā græci dicunt id eſt p̄focationem.
Suſpirium anxietas.reſpiratio.
Suſtentat:tolerat.
Suſtinet.præſideo eſt ſuffragat.patitur.tolerat.
Suſtollit:aleuat.
Suſtulit:ſurſum tulit:
Suſis metropolis ciuitas eſt regionis elamitarum a qua & regio dicta eſt in qua daniel fuit.
Suſis oppidum perſidium nobiliſſimum in achamenia eſt hoc aiunt memnona conſtruxiſſe dictū q̄ imminet fluuio ſuræ.
Suſpecta ſollicita non tuta infida.
Suſpectum:ſuſpiciendum.erubeſcendum.
Suſpectat:ſuſpicatur.aſpicit.
Suſpendium eleuatio intentionis ad deum.
Suſpenſio ſtrangulatio.laqueus.
Suſpendioſum:laqueoſum.
Suſpenſe:ſollicite.dubie cogitantis.
